


Le 10 juillet de l'an 1789
CATHOLICVS CATECHISMVS.

R 3792
Friderici Nauseæ
BLANCICAMPANI,

Episcopi Viennensis, inuestissimi Cæsa-
ris &c. FERDINANDI à sacris studi-
is & Consiliis, in catholicum
Catechisatum libri
quinqz.

Vniuersis Ecclesiastis non modò pro-
futuri, sed & perneceſſarii.



ANTVERPIE,
in ædibus Ioannis Staelen
M. D. XLIII.


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

Le collège de la Compagnie de Granaada. S. I.
CATHOLICVS CATECHISMVS.

F. 1527
Friderici Nauseæ
BLANCICAMPANI,

Episcopi Viennensis, inuestissimi Caesa-
ris &c. FERDINANDI à sacris studi-
is & Consiliis, in catholicum
Catechismum libri
quinqz.


Vniuersis Ecclesiastis non modò pro-
futuri, sed & pernecessarii.



ANTVERPIE,
in ædibus Ioannis Steeli,
M. D. XLIII.

REVERENDISSIMIS IN

Christo patribus, clarissimis principibus ac dominis,
Dn. Reginaldo Polo, Dn. Petro Paulo Parrhisi, Dn.
Ioanni Morono S. R. E. Cardinalibus, sacro sanctae
sedis apostolica ad ecumenicam synodum Tridenti
indictam, Legatis et Commissariis dignissimis dominis co-
lendissimis, Fredericus Nausea Blancicampianus,
Episcopus Viennensis indignus, S.



Vllis sane nec verbis nec scriptis vnḡ cō-
sequear reuerendissimi patres ac obseruant
issimi domini, quātā mihi letitia ē meo
q̄ publico pariter nomine grauius, vobis
q̄ ex animo gratulatus fuerim, quando
nuper ex amicorum receptis ē Roma literis certo certi
us intellexi, vos vnd̄ tres à S. D. N. Paulo III. P̄t. Max.
suadente concorditer sapientissimo ipsius S. R. E. Car-
dinalium senatu, Tridentum non secus atq; prodromos
præmissos, ut pote Concilium, tam diu toto passim or-
be votis omnium ardentissimis exoptatum, & supra q̄
scribi potest desideratum & efflagitatum, illic indictū
paulo maturius incepturos. Quir enim vobis tam san-
ctam, tamq̄ piām & glorioſam felicitatem minus gra-
tuleris, qua pr̄ter omnem, quod equidem persuasum ha-
beo, ambitionem, sed solo clarissimarum virtutum ve-
strarum merito ad eam tanq̄ primarij quidam apostoli
selecti estis prouincia, qua nō possit, hoc presentim tem-
pore, alia esse nec sanctior, nec magis necessaria, nec ma-
gis proficia, nec magis deniq̄ glorioſa & grata, et qui-
dem maxime vobis, in quib⁹ nihil nec pietatis, nec reli-
gionis, nec sanctitatis, nec eruditioñis, nec doctrinæ, nec
prudentiæ, nec experientiæ, nec iudicij, nec consilij, nec
deītū quicq̄ quod ad absolutiss. sacro sanctæ sedis apo-
stolica pertinet Cardinales, Legatos, Consiliarios &
Comissarios, quoquo modo desiderari possit aut debeat.
Disperge sane, si quid hac parte vel mentior vel adul-
tor, testis, inquam, simul auritus & oculatus. Quan-
tus enim sis ipse Paule Parrhisi in omni iuris tam diuī-
ni q̄ humani scientia peritus & consultus, cogitando
*** quam

PRIMVS LIBER, IN PRÆLVRIA
catholici Catechismi. Folio I.

Secundus, de duodecim christianæ catholice-
q; fidei articulis. Folio XI.

Tertius, de septem catholicæ ecclesiæ sacra-
mentis. Folio XXVII.

Quartus, de decem præceptis decalogi.
Folio CXXIII.

Quintus, de catholicis ecclesiæ precationibus
& orationibus. Folio CCXXXIII.

EPIST. FRID. NAV. AD CARDIN.

Quām dicendo facilius consequor, utpote qui te meum
in facultate iuridica præceptorem, nullo nec loco, nec
tempore, nec alio quoq; modo p̄cūtendum, toto du-
dum biennio in celeberrima Venetorum Patauij Aca-
demia non secus atq; quendam Vlpianum vel Scœu-
lam, vel si quis fuit illis vnq; juris peritior, singulari stu-
dio synceroq; iudicio & audiuerim et cognouerim, qui
tq; tandem te promotore censoreq;, iuris Cæsarei docto-
ratus insignia non sine summa animi voluptate suscep-
rim. Ipse vero Pole, q; non solum ad vnguem Hebrai-
cam, Græcam, Latinamq; linguam calleas, sed & vitæ
sanctimonia moriūq; castitate mire religioseq; prefulge-
as, ego post pleroq; omnes, quos hac in re testes habes
omni exceptione maiores, expertus sum, quando Senis
Tusciae Italæ in florentiss. illic archigymnasio Theolo-
giae operam dedi, quandoq; non absq; incorruptissima
tua & bonæ memorie Cardinalis Senensis a Picolomi-
nibus commendatione doctor eiudem Theologicæ, q;
tumlibet indignus, quod vereor, creatus sum. Sileo inten-
tum q; cum magna omnium admiratione reliquias insig-
nies vereq; regias virtutes tuas cum stemmate tuo incly-
to, utpote regio, (non enim ignoro, te ex illustrissima
Britannia, q; nunc Anglia, regum stirpe prosapiaq;
legitime prognatum) nullo non tempore nec infelicer
coniunxeris, & in hanc vfc; diem iungere non cesses.

Tu autem Morone, nec meo nec aliorum indiges
tuarum, quas suo & loco et tempore verius attigi pro-
dignitate, q; predicauī, celeberrimarum virtutum, do-
ctrinæ & gratiarum præconio: quippe, qui me dudum
antea presagiente propter illas nō sine summa tua, tuæ,
q; nobilissimæ familiæ gloria, ad hoc tantum tantæ dig-
nitatis & amplitudinis Cardinalicæ fastigium perue-
neris. Qui proin ampliss. patres, mihi priuatim non
gaudeā, quod vos iam olim, tot mihi nominibus et do-
mestica propemodum cōsuetudine charos, & insigniū
virtutum celistrudine perq; venerandos, functione tam
nobili coniunctim perfungi intelligo? Atq; quur de-
inde vobis quoq; tam gloriosum munus publico eti-

am,

EPIST. FRID. NAV. AD CARDIN.

am, nimirum totius Christiani orbis nomine gratuler,
quia tales ad talem, modis videlicet omnibus incom-
parabilem prouinciam delecti estis, quales ipsa plane
requirit & exigit & quippe Legatos omnibus numeris
commendatiss. quorum felicibus auspiciis, piis
conatibus & prudentibus consiliis optimi quicq; con-
staute confidunt, præparatum iri viam ad duo quedam
principia generis humani bona: nempe pietatis illius
veræ Christianæ, multis (proh dolor) modis collapsæ,
semperq; magis & magis nō absq; horrenda rerum ora-
nium iactura collabentis, & publicæ perpetuæq; totius
Christiani orbis, inter eius præfertim monarchas, con-
cordie, ad veram catholicamq; religionem et pietatem
perneccatarie, restitutionem. Ad que quidem duo pla-
ne singularia bona, maximopereq; necessaria, vt via
per vos esset facilis & certius inuenienda, placuit vo-
bis primum nostri Catechisini librum de præludiis in
ipsum, dicare: siquidem docturus ea iamdudum, quæ
catholicæ censebantur esse catecheses, mihi prorsus
operæ precium facturus videbar, si nō illotis, quod ait
manibus ad tot tantæq; sacrosancta nostræ catholicæ re-
ligionis arcana paulò negligentior accederem, sed dua-
bus potius de causis in illa quibusdam paucis, perinde
communioribus locis, præluderem & anteirem, com-
monstraturus videlicet secretiores quædam ad ipsa san-
cta sanctorum portas & ianuas. In primis enim per
eiusmodi præludia futurum plane sperabam, vt que
fortassis essent intellectu q; quis credit paulò difficulto-
ra in catholicæ Catechesis sacre nostræ religionis (que
duodecim potissimum fidei articulis, septem sacra-
mentis, catholicis precationibus, decalogi præceptis, & uni-
versalibus deniq; ceremoniis cōstare dignoscitur) pre-
missis communioribus aliquot locis, aliquanto faciliora
fierent, & intellectui, quæ subsequerentur, magis ob-
via. Quis enim ignorat, ipsas prefationes & libentius
nos ad auditionem & lectionem propositæ rei perducere,
& cum eō venerimus, eius euidentiorem præstare
intellectum? Deinde videbatur mihi prorsus inconve-

* 3

nientia

EPIST. FRID. NAV. AD. CARDIN.

niens, & rei, quam tractaturus eram, plane dissentaneum, si dimisisti initia & originibus non repetitis, protinus interpretatiōis materiam auspicarer. Quidquid autem huius erat operae, nulli q̄ vobis censebatur iustius & rectius dicari posse, & quidem maxime, q̄ praeſores precurſoresq; Concilij non perperam præludia co-deceant. Nec interim vereor, ne sitis, quod vobis tam candido, tamq; sincero pectori dicatur, alſernaturi, quū nil aliud inibi catechizo, q̄ quod, vt bene sperauerim, aliquanto plus in recessu pro restituenda catholica pie-tate praefaturum sit, q̄ prima statim fronte præſeferat, & praesertim, vbi (quod summopere cupio) ipsum eo animo vestra lectione dignabimini, quo vobis dicatum est a me.

Quod itaq; superest, opto reueren-dissimas amplitudines vestras ad Christianam religionem reparandam propagan-dāmque pientissima de ei benignitate diutissime felicis simetq; seruatī tri supersti-tes et inco-lumes.

Viennæ Austriae, Calendis Decemb. Anno a Christo Iesu natu M.D. XLII.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI PRIMI.

In præludia catholici Catechismi.

P R A E F A T I O.

Quid Catechismus sit, ac vnde dici coepit, deq; illius utilitate & necessitate. Caput I.

Quot & quibus olim nominibus Christiani appellari coepi-ent. Cap. II.

Christianos olim discipulos fuisse appellatos. Cap. iii.

Christianos olim fuisse quoque fratres cognominari coepitos. Cap. III.

Christianos etiamq; quōdam Nazaræos fuisse cog-nominatos. Cap. V.

Quanam causa, vbi & quando Christiani primum ap-pellari coepi-ent. Cap. VI.

Quid & quis vere sit ac dici possit Christianus. ca. viij.

Quid religio sit, ac vnde dici coepit. Cap. viij.

Q̄ sit omnibus religio salutaris & necessaria. cap. ix.

Christianam religionem cæteris esse omnibus proba-tiorem. cap. X.

Quibus rebus vera Christi religio constet. cap. xi.

Quid iustificatoria sit fides, & quur ipsa primas fibi vē-dicit in Catechismo catholico. cap. xij.

Fidem veram non haberi posse, nisi dono & adiutorio dei. cap. xiiij.

ELENCHVS ARTICVLORVM

Libri Secundi.

De. xij. Christianæ catholicæq; fidei articulis.

Ritus articulus sancti Petri:

Pro Credo in deum patrem omnipotentem, creatorē cœli & terræ.

Declaratio articuli, & eiusdem per scripturas confirmatio sequitur.

Paraphrasis sequitur.

Secundus articulus sancti Andreæ:

Et in Iesum Christum filium eius unicum, dominum nostrum.

¶ 4 Declaratio

ELENCHVS ARTI. SYMB. APOST.

Declaratio & confirmatio sequitur.
Paraphrasis sequitur.

Tertius articulus sancti Iacobi:
Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria
virgine.

Declaratio & confirmatio sequitur.
Paraphrasis sequitur.

Quartus articulus sancti Ioannis:
Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & se-
pultus.

Declaratio & confirmatio sequitur.
Paraphrasis sequitur.

Quintus articulus sancti Philippi:
Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis.
Declaratio & confirmatio sequitur.
Paraphrasis sequitur.

Sextus articulus sancti Bartholomaei:
Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram dei patris omnipotens.

Declaratio & confirmatio sequitur.
Paraphrasis sequitur.

Septimus articulus sancti Thomae:
Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.
Declaratio & confirmatio sequitur.

Paraphrasis sequitur.

Octauus articulus sancti Matthaei:
Credo in spiritum sanctum.
Declaratio & confirmatio sequitur.
Paraphrasis sequitur.

Nonus articulus sancti Iacobi:
Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communio-
nem.

Declaratio & confirmatio sequitur.
Paraphrasis sequitur.

Decimus articulus sancti Simonis:
Remissionem peccatorum.

Declaratio & confirmatio sequitur.

Paraphrasis sequitur.

Vnde

ELENCHVS CAP. LIBRI TERTII.

Vndeclimus articulus sancti Thaddæi:
Carnis resurrectionem.

Declaratio & confirmatio sequitur.
Paraphrasis sequitur.

Duodecimus articulus sancti Matthiae:
Et vitam eternam.

Declaratio & confirmatio sequitur.
Paraphrasis sequitur.
Conclusio sequitur.

ELENCHVS CAPITVM

Libri Tertiij.

De septem catholicæ Ecclesiæ sacramentis.

PRAFATIO.

Quoniam spes definiatur, & qua causa fidei pro-
xime succedat. Cap. I.

Spem certam tribus præcipuis rebus haberi. Cap. II.

An bona opera & merita quoquo modo spem robo-
rent. Cap. III.

Quid sacramentum sit. Cap. III.

Septem esse sacramenta. Cap. V.

A quo sacramenta sint instituta. Cap. VI.

Quam ob causam sacramenta sint instituta. Cap. VII.

De Baptismo primo ecclesiæ sacra-
mento. Cap. VIII.

In aqua prorsus esse baptizandum. Cap. IX.

In aqua benedicta baptizandum esse. Cap. X.

In nomine sanctæ Trinitatis esse baptizandum. Cap. XI

In baptismo gratiam dari. Cap. XII

Fide opus esse in baptismo. Cap. XIII

In baptismo remitti omne peccatum. Cap. XIV

Baptismum multifariam esse præfiguratum. Cap. XV

Baptismum non nudum esse signum. Cap. XVI

Per baptismum fieri demum Christianū. Cap. XVII

Magnæ dignitatis esse sacramentū baptismi. cap. xviii

De ordine & modo ceremoniarum in baptizando pue-
ro fieri solitarum. Cap. XIX

Infantes recte fide aliena baptizari contra Anabap-
tistas

ELENCHVS CAP. LIB. TERTII.

- tistas. Cap. xx.
Christianæ nomina pueris esse imponenda in baptis-
mo. Cap. xxi.
Hæreticos perperam negligere cæremonias in baptis-
mo. Cap. xxij.
De confirmatione, secundo ecclesiæ ca-
tholicæ sacramento. Cap. xxiiij.
De descriptione confirmationis. Cap. xxvij.
De efficacia confirmationis. Cap. xxv.
De probatione virtutis & efficaciae confirmationis.
Caput xxvi.
Qz inique redigant in ordinem hæretici sacramentum
confirmationis. Cap. xxvij.
Christum instituisse sacramentum confirmationis.
Caput xxvij.
De ordine & modo cæremoniarum in homine confir-
mando fieri solitarum. Cap. xxix.
De Eucharistia, tertio ecclesiæ sacramento.
Præfatio.
Quid Eucharistia sit cap. xxx.
Quomodo Eucharistia sit veri corporis & sanguinis le-
su Christi sacramentum. cap. xxxi.
De transsubstantiatione panis & vini in Christi corpus
& sanguinem. cap. xxxij.
Quar verū Christi corpus appelletur panis. ca. xxxij.
Bonum & malum sacerdotem consecrare posse.
Caput xxxliij.
In sacramento Eucharistia omnia fieri miraculose.
Caput xxxxv.
Sacramentum Eucharistia esse verum sacramentum.
Caput xxxvi.
Quam ob causam Christus venerabilissimum Eucha-
ristia sacramentum instituerit. cap. xxxvij.
Summam Christi charitatem fuisse, quo ad ipsam insti-
tutionis Eucharistia causam. cap. xxxvij.
De causis institutiōis eucharistie, quo ad nos. ca. xxxix.
Quomodo dignè sumendum sit venerabilissimum Eu-
charistia sacramentum. Cap. xl.
Eucha-

ELENCHVS CAP. LIB. TERTII.

- Eucharistiam digne esse sumendam. cap. xlii.
Quibus ceremoniis vsus sit Christus in Eucharistie in-
stitutione. cap. xlj.
An recte pieq; laici sub vna duntaxat specie communi-
cent de Eucharistia, & quor illis altera sit species ab
ecclesia quondam adempta. cap. xljj.
De poenitētia, quarto catholicæ ecclesiæ sacramēto.
Præfatio.
Quid peccatum sit, & quale eius nocumentum, de quo
poenitendum est. cap. xljj.
Quid proprie sit poenitentia. cap. xlv.
De tribus poenitentia partibus, & mysteriis earum, &
rationibus, & præfigurationibus. cap. xlvi.
De contritione, prima poenitentia parte. cap. xlviij.
De quot ac quibus peccatis, & quomodo de eis conte-
rendum sit. cap. xlviij.
Quo pacto, & quam ratione homo semper possit ac
debeat conteri de peccatis suis. cap. xlx.
Quām necessaria penitentie volenti sit ipsa contritio, pri-
ma poenitentia pars. cap. L.
De confessione, poenitentia parte prima. cap. LI.
De nonnullis cōditionibus cōfessuro planè necessariis.
Caput LII.
Num cōfessio vocalis, quam vocant auricularem, sit ne-
cessaria. cap. liij.
De certis quibusdam verę confessionis conditionibus.
Cap. liij.
De obiectis schismaticeorum & hæreticorum, contra
confessionis auricularis institutionem. cap. lv.
De responsis ad obiecta hæreticorum. cap. lvi.
An soli sacerdoti, & quidem proprio, vt pote parceria-
no confitendum sit. cap. lvij.
Epilogus eorum, que ad confessionem sunt necessaria.
Caput lvij.
De satisfactione, parte poenitentia tertia. cap. lix.
De definitiōe satisfactionis & eius declaratiōe. ca. lx.
De reliqua parte diffinitionis satisfactionis. cap. lxi.
De partibus satisfactionis. cap. lixij.
De

ELENCHVS CAP. LIB. TERTII.

- De tribus satisfactionis partibus. Cap. LXIII
De objectis contra satisfactionem, & eorundem confutacionibus. Cap. LXIII
De residuis objectis contra satisfactionem. cap. LXV
Epilogus trium poenitentiarum partium. Cap. LXVI
De retrahentibus à poenitentia, & quibus modis in contrarium mederi possit. Cap. LXVII

De sacramento Ordinis V.

Præfatio.

- Quid sacramentum Ordinis sit. Cap. LXVIII
Ordinem esse verum ecclesiæ sacramentum, plurifariam probari. Cap. LXIX
De numero & discretione ordinum ecclesiasticorum. Cap. LXX.
Quid quenq[ue] deceat ordinatum, & quod sit vniuersus officium. Cap. LXXI
Quomodo sacerdotalis ordo distinguatur in quosdam officiorū & dignitatū ordines & gradus. cap. lxxij
Romanum pontificem, quem vere reuerenter p[ro]p[ter]am vocamus, omnibus sacerdotibus & horum prælatis, officio, dignitate & iurisdictione excelle re. Cap. LXXIII
Quomodo fiat, vt par sit singulis episcopis potestas, & ipse tamen Romanus episcopus, id est, papa, principatum gerat. Cap. LXXIII
De ordine & confirmatione episcopi. Cap. LXXV
De visibili signo, id est, elemento & verbo, adeoq[ue] de cæmeriarum significacionibus ipsius sacramenti ordinis. Cap. LXXVI
De excellenti sacerdotum dignitate. Cap. LXXVII
Eos enormiter peccare, qui nouissimis ipsis temporibus varie negligunt ecclesiæ catholicæ sacerdotes. Cap. LXXVIII
Propter malos sacerdotes & reliquos ecclesiæ ministros, non esse totum ordinem contemendum, nec etiam ab unitate ecclesiæ recedendum. cap. lxxix
Sacramenta, & quæ sunt sacerdotij, & que posse per ma-

ELENCHVS CAP. LIBRI TERTII.

- los atq[ue] per bonos ecclesiæ ministros efficaciter tractari. Cap. LXXX
Non ordinatos, mere laicos esse, nō propriæ fæc[t]ores, sed eorum quæ sacerdotij sunt indignos. Cap. lxxxi
De sacramento Matrimonij. Praefatio.

Quid sit Matrimonium. Cap. LXXXII.

Cur & quomodo matrimonium legitima sit coniunctio. Cap. LXXXIII.

Cur sola viri & mulieris coniunctio sit matrimonium. Cap. LXXXIII.

Quid appellatione coiunctionis veniat. Cap. lxxxv.

Quid individua sit vitæ consuetudo in matrimonio. Cap. LXXXVI.

Quomodo communicatio iuris humani & diuini sit in matrimonio. Cap. Ixxvij.

Responsio contra haereticos, falso adulterentes, connubio posse iungi religione impares. Cap. lxxxvij.

Cur, & vbi matrimonium sit institutum. Ca. lxxxix

Quid sit sacramentum ecclesiæ. Cap. XC.

Matrimonium esse verum ecclesiæ sacramentum. cap. xcij.

Quid inter sit inter sacramentum & mysterium. cap. xcij

Probatur rationibus, conferri gratia in sacramento matrimonij. Cap. xcij.

Quantum discriminis sit inter virginitatem & coniugium. Cap. xciiij

Quam male cedat illis, qui matrimonium suscipiunt indigne. Cap. XCV

Quomodo digne ad sacramentum matrimonij sit accedendum. Cap. xcvi.

De fide matrimonij. Cap. xcviij

Quid sit sacramentum in matrimonio, & quomodo custodiatur. Cap. xcviij

De tertio matrimonij bono, de prole videlicet suscipienda. Cap. xcix.

De septimo, eodemq[ue] postremo vnguis infirmorum sacramento. Caput C.

Vnctio

ELENCHVS CAP. LIB. QVARTI.

- Vnctionem infirmorū esse sacramentū, quia elementū habeat & verbū cum promissione gratiæ. cap. CI.
A quo, & quando, & quomodo fuerit institutum vñctionis sacramentum. cap. cij.
De ministro, ysu, & forma sacramenti extremæ vñctiōnis. cap. cij.
Confutari hæreticos, qui negant vñctionem infirmorum esse sacramentum, quia epistola Iacobi non certi sit authoris. cap. cij.
In quem præcipue vsum sacramentū vñctionis sit institutum, sumiç debeat. cap. cv.
Quo esse debeat agricōtus affectu, quum fuerit extrema vñctione curandus. cap. cvi.
De quibusdam catholicis circa sacramentum extreme vñctionis obseruantiis. cap. cvij. & vltimi.

ELENCHVS CAPITVM

Libri Quarti.

- De. X. præceptis decalogi. Præfatio.
Edatore mandatorum. Cap. I.
Qualis & quanta sit à deo merces, eius mandata seruantibus. cap. ii.
De mulcta & poena nō seruantis dei præcepta. ca. iii.
Quomodo sint subditis præcipue dei præcepta tradenda & inculcanda. cap. iii.
Quomodo dei præcepta rite seruanda sint ab omnibus, caput V.
Quid, & quotuplex sit dei præceptum. cap. vi.
Quir deus tantum decem, nec plura, nec pauciora dedit præcepta. ca. vii.
De primo præcepto. cap. viii.
Nō habebis deos alienos corā me &c. Exo.xx. Deu.v.
De secundo præcepto. cap. ix.
Non afflumes normē dñi dei tui in vanū. Exo.xx. Deu.v.
De tertio præcepto. cap. X.
Memento, vt diem sabbati sanctifices. Exo.xx.
De quarto præcepto. cap. xi.
Honora patrem tuum, & matrem tuam. Exo.xx.

De

ELENCHVS CAP. LIBRI QVINTI.

- De quinto præcepto. cap. xij.
Non occides. Exo.xx.
De sexto præcepto. cap. xij.
Non incechaberis. Exo.xx.
De septimo præcepto. cap. xliij.
Non furtum facies, Exo.xx.
De octauo præcepto. cap. XV.
Non fallum testimonium dices, Exo.xx.
De nono præcepto. cap. xvij.
Non concupisces rem proximi tui, Exo.xx.
De decimo præcepto. cap. xvij.
Non concupisces vxorem proximi tui, Exo.xx.
Epitome decalogi. cap. xvij.

ELENCHVS CAPITVM

Libri Quinti.

- De catholicis Ecclesæ catholicæ praesciptionibus & orationibus.

Præfatio.

- Q**uid oratio sive precatio sit. Cap. I.
Diuos in cœlis & in terra posse orari & implo
rari. cap. ii.
Vbi orandum sit. cap. iii.
Varios esse orandi modos cap. iiiij.
Utrum magis expedit orare publico sive secreto. ca. v.
Quomodo orandum sit. cap. vi.
Cur deus oreatur & inuocetur, quum ipse sciat omnia. caput viij.
De summa orationis Dominicæ dignitate & excellen
tia. cap. viij.
De exordio orationis dominicæ cap. ix.
De petitione prima. cap. x.
De petitione secunda. cap. xi.
De petitione tertia. cap. xij.
De petitione quarta. cap. xij.
De petitione quinta. cap. xliij.
De petitione sexta. cap. xv.
De petitione septima. cap. xvi.
De

ELENCHVS CAP. LIB. QVINTI.

- De significatione & efficacia verbi, Amen. Cap. xvij.
Præfatio in ipsam angelicam salutationē. Cap. xvij.
De salutatione angelica, & interpretatione nominis
Marie. Cap. xix.
Quid Aue significet. Cap. XX.
Quomodo Maria sit gratia plena. Cap. xxii.
Quo pacto dominus sit ac fuerit cum virgine Maria.
Cap. xxij.
Quomodo virgo Maria sit ac fuerit non solum inter
mulieres, sed & inter omnes creaturas benedicta.
Cap. xxij.
Quomodo dominus Iesus, fructus ventris Marie sit ac
tuerit, & benedictus. Cap. xxij.

Friderici Nauseæ

BLANCICAMPANI

Episcopi Viennensis, inuidissimi Cæsa-
ris &c. Ferdinandi à sacris studiis & Con-
siliis, in præludia catholici Catechismi

Liber primus.

P R A F A T I O.



Vum Iudei vel in hæc usque tem-
pora ab ipsis cunabulis suū ediscant
Mosen, Mahumetharīg sua teneane
dogmata, ipsīg (quos vocant) Plato-
nici, Pythagorici, Academicī, Stoici
Cynici, Periparetici, Epicurei, & cæ-
teri hoc genus homines, a Christia-
na religione multo sanctissima profrus alieni, iidem
planè prophani, quod suum est mox initio diligēter im-
bibant, & sive quisq; sectæ placita & decreta, quantum
uis impia, tum penitus habeant cognita, tum memoria
ter teneant, pro fidemq; digladientur illi, vel emoritri
cius, q; authorum suorum patrocinia deferant: non po-
test profectō non admiratione & stupore duntaxat dignum,
sed & summa plenum videri reprehensiōe, quod
idem non præstamus, qui Christo noīa dedimus, quity
illum ex æquo professi sumus in baptismo. Etsi enim
(quod satis abunde constat) plerique oēs haberi volu-
mus Christiani, hoch nomine quam quoquis alio cog-
nominari malumus, esse tamen veremur haud parum
multos, quos fortasse profrus fugit tam cognominis, q;
professionis, vel qualibet sanctæ ratio. Quotumquenq;
enim esse arbitramur, qui ipso etiam cognomine, Chri-
sti nomen profitetur, vt pote Christianus propterea dicā

A. cc

FRIDERICI NAVS. BLAN.

ceptus, qui sūtē possit aut professionis aut cognominātionis, ut par esset, causam, quidq; Christianum maxime deceat, proferre. Siquidē non paucis, nec iis cōtemnēdis, aliquādo depreiendimus arguitis, esse vel quin quagenarios aliquor, qui nesciunt quid voverint in baptismo, qui ne sōmnari h̄t quidē, quid sibi vellint articuli fidei, quid Decalogus, quid p̄catio dominica, quid angelica salutatio, qd eccl̄sia sacramēta: nimirū titulo māgis & confutudinibus & cārementis, q̄ ex animo Christiani, vtpore quorū pleriq; tam fuit tudes, vt nō multō plus teneant sapientiæ Christianæ, q̄ si quis sunt à Christiana professione alienissimi. Jam vero q̄z tantā populi ruditatē & inscītiā, Christiano homine plus q̄ indignā, atq; ideo diutius non ferendam, magna ex parte sacerdotibus vel ideo imputauerimus, quod t̄ vel inopia scientiæ nō habeant, quod eundē populum doceant, vel cupiditatibus mundanis irretiti, suum potius agant q̄ Iesu Christi negotiū, vt qui & ipsi tenebricosi sint, quos oporteret esse lucem mundi: nec dignum Christo quicq; sapiant, quos cōueniret esse salem terræ: cœcūtianth, quos oporteret esse lucernā, toti domui lucentem: ac isti demum sordidis sint luctis ac voluptatisbus immersi, quos deceret esse ciuitatē in edito monte sitam, que monstrat viam errantibus: & plane quidem tales, quales propheta describit, inquiens: Speculatorēs eius cœci oēs, nesciuerūt: vniuersi canes muti, nō valentes latrare, dormientes & amantes somnia, & canes impudētissimi nescierunt saturitatē: profecto vide mur nobis operapertū facturi, si tā in sacerdotum, & maxime pastorum, parochorū, ecclesiastarum, q̄ in p̄leiorum salutem & vtilitatem, veterem illum, prope modumq; apud nōnullos antiquatū, catechizandi mos rem, quasi postlimino reduxerimus: pr̄scripturi, deo duce, ea qua possumus breuitate, summā fidei ac doctrinæ Christianæ, nec inibi quicq; concinnaturi ex humānis lacunis, nec ex c̄eremoniis Iudaicis, nec ex hoīm cōmētis & decretis, sed ex fōribus euāgelicis, ex apostoli tis literis, ex symbolo apostolico, & ex id genus argu-

Mat. 3

Esa. 56

IN CATH. CATEC. LIB. I. a
mento reliquo, quod catechismus catholicus ex aequo polliceri potest, idemq; prætare debet.

Quid Catechismus sit, ac vnde dici cōperit, dēp̄ illius vtilitate & necessitate. Cap. I.

ST autem Catechismus, (quem sumus hac quidem parte pro virili nostra daturi) nihil aliud, q̄ sermo paulo rudior, quo præcipuis catholicæ religionis articulis, vtpore fide, sp̄e, & charitati, breuiter instruuntur, quibus lacte, nō cibō solido, opus est. Si quidem catechizo est doceo, instruo, et in fide eruendo. Quo quidem verbo Paulus ad Galatas vtitur, inquit: Cōmunicet autēm is, qui catechizatur sermone, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. In nascente nimirū ecclesia, quā adulti sacramentū baptismatio suscepturi erant, aliquantis per edocebantur sacrosancte fidei articulos, & quid pie de Deo sentiendum esset, secundum symboli apostolici regulā erudiebantur. Qui Verō hisce sacrī documentis, ante q̄ baptisma perciperent, instituebantur, vulgo dici cōperunt Catechumi, ni: vt qui, tamēsi sacre fidei mysteria edociti, & quid credere deberent instructi erant, haudcum tamē salutaribus baptismi vndis abluti, neq; in Christo regenerati fuere, quorum figuram prævaluisse videntur a Ioan. ne quondam baptizati. Qua sane consuetudine nihil esse potest aut vtilius, aut salutarius, aut religiosius, aut sanctius, aut deniq; magis necessarium, vt quē tam magna contineat q̄ parua, sine quibus tanq; precedentibus initii, ad rei summā nemo peruenit: & quae si negligas haud sit maioribus locus, nec merito Christianus dici possis, non fecis arq; is in ordinem redigendus, qui ignorat ea quē noīe profitetur.

Daturi proinde sumus operā, vt quē ad Catechismū quoquo modo pertinent lucida subinde breuitate, nec proorsus interim indocta simplicitate, sic exhibeamus, vt post hac tam re ipsa, q̄ noīe, Christianos habituri simus paulo q̄ antea plures. Id quod faxit Iesu Christus, nostri oīm feruator & author, a quo & cognosci Christiani cōpimus, quemadmodum caput nostri Catechismi secundū docebit.

A 2 Quos

Mat. 3
Mar. 10.
Luc. 3
Io. 3. 4
Act. 1.

1. Cor. 12.

Gal. 6.

FRIDERICI NAVS. BLAN.

Quot & quibus olim nominibus Christiani appellarici cœperint. Cap. II.

IN primis opera p̄cium est, vt qui se Christianus haberi & esse desiderat, haudquaquam ignoret, unde sibi hoc, vel aliud nominis adueniat, quicq; sibi potissimum velit, plane calleat, ne turpe sit, vnaq; absurdum, si que sunt artis, ipse nesciat artifex. Sc̄dē proinde, nos qui nunc toto terrarum orbe Christiani appellamus, sā olim variis fuisse cognobis appellari cœptos, vt pote cognomento discipulorū, fratū, Nazarenorū, & Christianorū. Cuius euangelio ratione subiiciemus. Christianos olim Discipulos fuisse appellatos. Cap. III.

Act. ii

Quia nunc passim Christiani appellamur, fuisse quōdam nascente adhuc ecclesia discipulos appellatos, haud obscurum est, ob excellētiā magistri & doctoris omnium longē maximī, vt pote Iesu Christi, cuius doctrinā & religionē, non secus atq; discipuli præceptoris, profitebamur. Ipse quidem solus est, qui à deo optimo venit magister, viam docens in veritate: verus, inquam, & vnicus natura magister, qui solus non didicit, quod omnes doceret, vt in quo recōditi sint & abstrusi omnes thesauri sapientie & cognitionis fructiferæ: quum alioqui nemo sit, vel quamlibet eruditus, qui dum viuit, doceri non egeat. Solus namq; Christus est doctor, idemq; magister, quem nobis non schola Theologorum, sed ipse pater cœlestis diuinā vocis testimonio comprobauit: idq; bis, primum ad Iordanē in baptismo, deinde in monte Thabor in transfiguratione: Hic, inquit, est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacitum est: ipsum audite. huiusvnius estote discipuli.

Mat. 3

Mar. i

Luc. 3

Mat. 17

Mar. 9

Luc. 9

Ioā. 8.9.11

Act. 2

Christianos olim fuisse quoq; fratres cognomi nari cœptos. Cap. III.

Dein

IN CATH. CATEC. LIB. I.

DEnide non obscūre constat ex sacris literis, fuisse quondā, nascēte adhuc ecclesia, Christianos appellari cœptos, fratres. De quibus ad p̄cipū tūc Christianorum & discipulorum Petrum, ipse Christus ait: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, id est, conchristianos, quorum Dominus ipse, Paulo testē, dicitur est primogenitus in multis fratribus. Fratres autē vocari sunt cœpti, ob fraternalē charitatem, qua se fratres mutuo concorditer, prosequuntur sunt. Siquidē fratrum p̄cipue est, vt concordes vnanimē mutua se charitate diligent, insinuante hoc ipsum olim Abraham, quum ad Lotū colligantem dixit: Ne, quæso, sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos. Fratres enim sumus. Quod & Moyses quoniam satis apertō arguit, ad duos inter se colluctantes in quiens: Viri, fratres estis, vt quid nocetis alterutrum?

Modò dicas, oro, qui fuerint vñquam vel magis inter se concordes & pacifici, vel mutui amoris studiosiores, q; inter se quōdam Christiani. Quos vel quamlibet natione, lingua, moribusq; varios & multos, euangelista dicit, ob admirandam inter ipsos concordiam & charitatem, habuisse cor vnum & animam vnam: nempe inter quos tā multos, nulla fuerit neq; ambitio, neq; inuidia, neq; rixa, neq; contentio, sed vnanimis consensus & tranquillitas. Fuere proculdubio illi memores eius precepti, quod in nouissima cena magister pacis & cordis, imò pax ipsa, Christus ipsis dederat, inquietus: Ioā. 18. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. In hoc cognoscēt omnes quia discipuli mei estis, si dilectiōnem habueritis ad inuicem.

Eheu q; sumus nunc omnino tanti mandati immemores! Inter quos sic omnis refriguit fraternalē charitas, ve vel nomine nostro sumus indigni, quantumuis sint, qui fratres se vocent, haberiq; velint, quum tamen sub hæc nouissima tempora tā sit varius in hominibus sp̄ritus, vt egrē reperiās duos germanos, qui inter se consentiāt, sed sup̄ quisq; ducatur sp̄itu, nec sit vlla ex parte inter nostrā tranquillitas. Siquidē ex istib⁹ bellis conflictā

A 3

100

Gen. 13

Exo. 2

Act. 7

Ioā. 18

FRIDERICI NAVS. BLAN.

tur principes prophant, betteris vndis inuokuntur & proceres ecclesiastici: populus inter se perniciofios odiis, diffidit, contentionibus tumultuar & committitur. Quid? Pax Christiana oino distrahitur. Ali bone Iesu, quis vnq̄ vidit vel atrociores, vel diuturniores bellorum tumultus inter ethnicos, q̄ aliquor videmus annis inter Christianos? Nec consicimus futurū tanti mali finem, nisi meminerimus fraterni nostri nominis, & quod p̄ se fert re ipsa prestare studuerimus.

Christianos etiamnum quondam Nazareos
fuisse cognominatos. Cap. V.

Qum Christiani quondam, ob non contemnēdas easas, vocarentur (vt dictum est) discipuli & fratres, interim quoq̄ vocari passim probroso quā si cognomēto coepere Nazarei, a Iesu seruatore nōstro vepeōe Nazarenus appellato, quoniam in Nazareth iuxta prophetæ oraculum et euangelista testimoniū conceptus, & (vt historia euangelica testatur) nutritus fuit: quippe in humiliā Iudeorum regione, & tam obscurō admodum oppidulo natus, vt quū Nathanael intelligeret ex Nazareth Dominum nempe tantum vi- rum, tantumq̄ Prophetam, non minus opere q̄ verbo potentem, fuisse oriundū, cum quadā animi admiratio dixerit: A Nazareth potest aliquid boni esse?

Sed quod isti domino nostro longē nobilissimo, nobisq; omnibus illis discipulis probro vererunt, ex sacramento legis, adeoq; virtute vocabuli Nazareus, in summā celsit gloriā: Quādoquidem Nazareth interpretatur flos, germen & sanctitas: cū uismodi citra con- trouersiā Dñs noster erat. De quo proph. Egerdietur, in q̄t, Virga de radice Iesig, & flos de radice eius ascēdet, et requiesceret super eū spatis Dñi. Et alijs etiamnū de ipso Proph. Ecce vir, inquit, *Germen nōmē eius. Et alijs ait: Ecce dies veniūt, dicit Dñs, & suscitabo David ger men iustum. Ipsum verō Dñm appellant scripturæ non modo sanctum, sed & sanctorum sanctum. A prophetais quidē oibus prædictum erat, Christū fore singula- rē, separatum & sanctum, vt a quo oēs sanctificandi, &

IN CATH. CATEC. LIB. I. 4

ab omni impiitate adserendi essent: id quod in Nazarēis & sacerdotibus priscis, indicia sanctimonīa, p̄ figuratum fuit.

Atq; nimirū hoc est, quod quām Dño nostro id cognominis, vt Nazareus diceretur, quod sanctum & separatum significat, à loco quidem, in quo conceptus fuit, obtigit, quod tamē re ipsa maximē illi cōpetebat. Euangelista dicit alibi impletū, quod prophetæ de eo predixerūt. Sanctum enim ipsum fore, in modo sanctitatis autorem, talemq; palam prædicandū omnes prophetæ vaticinati sunt. Non igitur mirum si Dominus nōster peculiarī agnominatione Nazareus vocandus erat, et in eum credentes, in eoq; regenerati, Nazarei per participationem, id est, sancti: quām ipse fuerit sanctus, & per eminentiam, sanctus sanctorum, qui suos sanctissimā: ideoq; Nazareos vocari ceperos. Vnde scripture dicit Nazareos eius nōne candidiores, lacēnitidiores, ebore rubicundiores, sapphyro pulchritores. Quiusmo- di profectō nos ob fidei sanctitatem vitāq; puritatē es- se oporterer, quotquot sumus Christiani vocati; de quibus capite sequenti nonnulla reddemus.

Quānam causa, vbi, & quando Christiani pri- mū appellari coeperint. Cap. VI.

Decrecentibus (heu dolor) inter nos cōcordia, cha- ritate, disciplina & sanctitate, qui prius discipuli, fratres & Nazarei vocari sumus: haud multō post Antiochiae, suppresso iam antea ob inuidiam Christi no- mine, dici coepimus, a Christo autore nostro Christiani, velut a Iuda Iudei. Quid sanē nōmen ex interpreta- tionē significat: uinculum, qualis (vt ex sacris literis repe- tunt Lactantius & Eusebius ille Cæsariensis) quondam fuere reges sacerdotes & prophetæ, ac proinde Christi vulgo vocati: nimirū qui sua non poterant fungi cōditione & dignitate, nīsi prius sacrato quodā christina- te delibuti essent, utpote figurā & imaginē gerentes Iesu Nazareni, dei uirginis, nostri seruatoris. Qui quū pro- phetae esset, p̄phera, rex regū sumusq; sacerdos, oportet et ipsū inūgi, nō aut ab hoie, sed deū a deo, nec vna-

guento,

Dan. 2

Tren. 4

Act. ij

Esa. 11

Zach. 6

Hier. 2

Dan. 9

FRIDERICI NAVS. BLAN.

guento humanis opibus quæsto , nec oleo communis,
sed oleo lætitiae:nec vulgari, sed novo, singulari, patens
nō spiritu, per oleum lætitiae in sacris eloquis significato.
Et hoc est quod ad ipsum propheta spiritus iustitiae
est dicit: Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem; propterea
reagis vnxit te deus tuus oleo lætitiae p̄c cōsortibus
tuis. Quod ipse dominus in se completum adfirmans, ait:
Spiritus Domini super me, propero quod vnxit me.

Psal. 44.

Iam verò, quoniam ipse idem Dominus noster, prophetarum pater & inspirator, idem summus Rex & sacerdos in eternum secundum ordinem Melchis dech, non oleo communis perunctus fuerit, necc suum ex successione generis sacerdotium (sicut moris apud Hebreos erat) suscepit, factum est, vt ipse solus, qui verus Christus est, non oleo humano, nec vnguenti liquore, sed virtute spiritus coelestis inunctus & consecratus, suos sectatores & populos, & vniuersam toto terrarum orbe sui nominis gētem, ex veri Christi vocabulo appellari fecerit perentim nomine Christianos: quod nullus antea nec prophetarum, nec pontificum, nec regum potuit nec debuit.

Psal. 109

Etsi enim multi ante seruatorem nostrum apud Hebreos oleo, in hoc ipsum solenniter consecrato, vñcti sunt Christi cum prophetæ tum reges & pontifices, & per hoc fuerint instituti, nullus tamen ipsorum vel genti vel discipulis vel sectatoribus ex suo vocabulo nomine dare potuit, & discipulos appellare Christianos, nisi solus ille verus Christus, Iesus Nazarenus, a quo Christiani, regio nimirum & propheticō & pontificio vocabulo, adeoq; Christi (quod & vernacula lingua nostra satis evidenter arguit) agnominati coepimus, & ob persistuam rei memoriam, in lauacro regenerationis more christiorū, christmate inungī. De nobis enim ad alienas gentes ait proph. in persona dñi: Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.

Heb. 7

Hoc de origine & varierate noīm Christianorū & Christifideliorū, breuiter dicta sunt. Nec est vt hoc loco multis agi, q̄ Christianos ipse quondam Julianus Imp.

appel-

IN CATH. CATEC. LIB. I.

appellauerit Galilæos, a Christo Iesu q; Galilæus fuit quando quidem haec appellatio non fuerit vniuersalis. Quæ vel ideo retulimus, quoniam non parum multi cum rubore videbantur ea desiderare, quæ prius ignorabantur. Nec interim dubitamus, quin plus sint utilitatis in recessu habituri, q̄ illa a fratre promittuntur. Restat hac modo parte, vt deinceps cōpendiaria quoq; relatione dicamus, quid & quis verè sit ac dici possit Christianus.

Quid & quis verè sit ac dici possit Christianus. Cap. VII.

Hactenus in ea quæ dicemus, quodammodo præfati sumus, & in aperto adhuc & velut intra parietes domorum versati: hac verò parte in publicum, deo auspice, progrediemur, vt tanq; in concione stantes aut aliqua eminentiore specula, totam ciuitatis faciem consideremus: qua rei summa multo maxima, contineri non absq; causa credi potest. Quandoquidē posthac, quid ac quis verè sit dici possit Christianus, qualisq; sit illius potissima professio, paucis admodum declarabimus. Quanq; forrasse vel ex nomine ipso, quo toto passim orbis Christiani cognominamur, haud obscurè quis agnoscat eū esse Christianū, qui vera disciplina, charitatē et sanctitate Christū referat, quia Christianus vox sit totius virtutis, absolutæq; sanctitatis. Quo sane pacto, non modò qui post Christū natū credere in illū cōpere, sed et illi q; mox mundo cōdito, vt pote Enoch, Noë, Abram, Isaac, Jacob, Dauid, & hoc genus hoīes religiosi, si dem eius, quē nos nunc sequimur, Christi, & huius pietatem ac religionis obseruantia, & quidquid deniq; p̄s virtutis est, tenuere & obseruare, Christiani quadācē nus appellari valent & fuere. Ita nimis oīs, q; ab Abram sursum versus vñcti ad primū hoīem generatiōis ordine cōscribuntur, etiāq; non noīe, rebus tñ & religione Christiani fuerūt: estq; ad hunc quidē modū fides et religio Christianorū longē verutissima, tamē aduentus carnalis præsentia Iesu Christi per oīs deum gentes cōmunicata, & oībus imp̄artita nationib; Et hoc est quod alibi Paulus ait: Anteq; venisset fides, sub lege cu-

Gala;

A. j. Stodis

FRIDERICI NAVS. BLAN.

scodiebamur, conclusi in eam fidem quae erat reuelata; Ceterū quo plurib⁹ gratificemur, definitus est dicit ac esse Christianum, qui baptism⁹ Christi renatus, religionem cuiusq; ex animo profiteret & seruat. Sanē etiā communī vocabulo Christianus appelletur omnis, q; baptissimi sacramentū accepit, quāvis digne illo sacramento non viuat, ipsum tamē nomen Christianus, nemini falsō, sed vere, venit attribuendū, derivatum a nomine Christus, eū significās, q; non secus ad Christū pertinet, atq; seruus ad dñm, discipulus ad magistrū, membrum ad caput. Pertinet autem hoc sicut modo ad Christum, q; ei unicus est per spiritum ipsius. Ad quod Apostolus. ani-

Rom. 8. maduertens, inquit: Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius. Atq; hoc est, qd definiūmus. Verū, non falso, esse Christianū, qui baptism⁹ renatus, ex aio profiteret Christi religionē, & seruat. Vnde perspicuū ēt, verum Christianū, quem noster catechismus sagitt̄ erudire, à religione totum pendere. Profuerit igitur de religione, ceu de cardine in quo res ipsa vertitur tota, deinde verba facere.

Quid religio sit, ac vnde dicī cooperit.

Cap. VIII.

Religio (quam Graci dicunt θεοτροπία vel λαζάρια) est qua superiorē naturā, quam vocamus diuinā, cultum ceremonias adfert, deum colere subiungitans; sic appellata, q; alias nostras p; eā vni deo ad cuiū diuinū vinculo seruēdi recōciliatione quadā religamus, a quo ipsi nos peccato velut abruperamus: atq; hāc olā religiōst nuncupati, q; vni deo, seruimus & supplicamus. Ad hunc sanē modū religiosus erat prosopastus, quando ambos filios, quorū pater tū erat, ecclī numerē venerari perdocebat: hāc, quia terra cultor fuit, frigū primitias: alterū q; pastor erat, agnos et quidq; eximiūna ex toto grege habuit, deo in holocaustū dare monuit.

Gen. 4. Nec quidem mirū, q; mox à condito orbe coeperint hoies habere religionē, quādoquidē hac sumus cōditio ne geniti, vt generati nos deo iusta et debita obsequia, tancq; summo Dño & parenti nostro supremo, præbeamus

IN CATH. CATEC. LIB. I.

amus: hunc solū nouerimus, hunc & solum sequamur, cui pietatis vinculo religati sumus. Ad quos ipse prop̄terea dicit per prophetā: Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et si Dñs ego sum, vbi est timor meus?

Q; sit oibus religio salutaris, & necessaria. **Ca. IX.**

Quāq; multis in præsentiā religionis commoda recensere fortassis inutile nō esset, quia tamē hoc ipsum in prefatione operis mirabilium fecimus. hoc sanē loco filebimus, haud alius subiungentes. q; religione nihil esse nec sanctius ei qui deum vere colit, nec homini magis proprium, quia eius sit cura omnibus ingenitā gentibus: nec magis necessarium: quoniam sine ipsa nullus oporteat cœtus esse homī: quando ludibriū sit, quicquid homo cogitet, non consiliū, nisi deus præsens sit, volensq; humanis interstiti rebus. Religione quidem sublata, nihil homini relinquitur, cui cœlū spectet amplius, eur plus sapere dici possit, q; mutum animal, ut pote citra quam ipse homo est, velut infrenis equus, atque eo deterior, quia & natura contumacior q; equi, & in vitium multò propensi.

Christianam religionem ceteris esse omnis
bus probatiorem. **Cap. X.**

I Am vero etiā innumeræ propeinodū sint viae, quae nomine religionis a mortalibus terūtūr, omnium restissima tñ est, longeq; tutissima censenda, quā Christus pater religionis nobis proposuit, nosq; illam verbo & opere docuit, utpote quae vel sola ad veri numeris agnitionem ducat & aram. Non est igitur vera religio & in Deum pietas, à philosophis nec à Iudeis, nec in confusione paganorum, sed petenda duntaxat a Christo. Ipse enim est, de quo ad nos pater ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. ipsum audite: quia via, veritas & vita: quem qui sequitur, non ambulat in tenebris, quem sit lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Quid multa? **Mat. 3, 17** **Mat. 1, 9** **Luc. 3** **Joan. 3, 14** **Joan. 9** **Joan. 8** Certè solus ipse est, qui docto r ē cœlo profectus est, solus certa & salutaria docere potens, quem sit aeterna, adeoque supraēa **D E I** optimi sapientia, quin **1. Cor. 2, 8** &c

FRIDERICI NAVS. BLAN.

& ipsa veritas, idemq; vnicus, humanae salutis autor, qui solus absolute praestitit, quidquid vñquam docuit, potens exhibere solus quicquid promisit.

Si modo quod vel a Chaldais, vel ab Aegyptiis, vel ex hoc genuso peregrino aliquo est loco importatū, hoc acris aueimus cognoscere, & precij pars est, ē longinquo venisse, ac pleruncq; in somniis alicuius homunculi tā anxe distorquemur, nō nullo solum fructu, sed magno etiam temporis dispendio; q̄ debet hoc ipsum nobis esse charum & preciosum & desideratu dignum,

Ioan. i. quod vt nobis traderet, is qui Deus erat ab æternō, factus est homo: qui immortalis, factus est mortalis: q̄ in corde patris erat, sepe demissi in terras. Cuiusmodi non est aliud, q̄ vera in Deum pietas & religio. Quam profectio rem magnā esse oportet, nec triuialem, quando ipsam tam vñdecunq; magnus & admirādus autor, post tot excellentium philosophorum familiis, post tot insignes prophetas, nō ex Chalda, non ex Aegypto, sed ē summo coelo docturus aduenierit. Tanti sane illa sancta Christi religio sanctis semper est hominibus habita, vt propter eam nonnulli serra dimidiari, nonnulli voraginibus mergi, nonnulli ignibus consumi, nōnulli præcipitari, nonnulli truncari, nonnulli lapidibus obrui, nonnulli bestiis obici, nonnulli alia horrenda corporis supplicia subire malueret, q̄ ab eadem Iesu Christi religione vel latum virginem defletere: sequuntur nimirū ipsum totius religionis autorē Iesum Christum, qui vel longe ante ipsos, nec præcipiti ruina territus, nec terrarum oīm dominatu adduci potuit, vt veram religionē

Heb. ii quois modo posthaberet: nempe suo docens & præcepit, & exemplo, non oportere hominioni nec poena, nec

Luc. 4. præmio subigi, vt à præcepta religione aberret. Quidam quidem respexere pleriq; oīs, & innumeri penè, q̄ mar-

Mat. 4. tyrio fuit cœlum adepti, de quib. ad Hebreos Apost.

Quibus rebus vera Christi religio

constet. Cap. XI.

Tamen si multiplices & singulae propemodū apud singulas iam olim fuerint gentes vix initæ colendi hoc,

quod

IN CATH. CATEC. LIB. I. 7

quod cultu & veneratione dignum ipsa purarunt, atq; fuerint vix vñquam duæ gentes, quæ eundem sacrorum rituum probabant, aut à maioribus probatū per manus accepissent: quin aliae alia via ingressæ, quem semel fortitiae sunt sacrorum ritū, hunc, vt oīm optimum longe verissimum, tueri perseuerauerunt: ad ipsam tamen Iesu Christi religionē vñcice veram & sanctam, paucis admodū viis est opus. In quibus si quis recta processerit, vere sic ille haberet: debeat Christianus.

Sunt enim tria dñtaxat, quæ (velut ex apostolicis scriptis intelligimus) in religionis cultu ad dñm ritè colenda in hoībus perquiruntur: fides, xpote, spes & caritas. Quæ vel ideo ceteras, q̄ ipsiā a deo mortalibus donantur, oīs dotes multò præcellunt, qm̄ in eis vera optimati Christi religio cōstat, deo nos sola acceptos faciens. Ob quæ tria potissimum sane, Catechismus tradidit in uetus & receptus. In fide quidē, qd deo, quâve causa in ipsum sit credendum: in spe, quid de eo sperandum: in charitate, quid in ipso sit amandum, perdoceatur: velut si deinceps & posthac paucis ostensuri sumus.

Quid iustificatoria sit fides, & quur ipsa primas fibi vēdicet in Catechismo catholico. Ca. xii.

Inter recentiores nonnulli, suos Catechismos à decalogi, qui præcepta charitatis erga deum & hominē amplectitur, adeoq; à charitate ipsa inchoarunt: nos vero veteriores illos Theologos, religione plurimum et pietate celebres, hoc quidem loco sequentes, à fide nostrum Catechismum vel proinde auspicabimur, quoniam ea sit spes & charitatis non solum basis, sed & pīce opinionis filia, & religionis mater: sine qua nemo placet deo, quantumvis spe abundet & charitate: si modo quis ex animo erga illū habere valeat spē et charitatē, quem, sublata fide, nescit, quum sola fide sciamus et cognoscamus: siquidem ignoti (iuxta protritum apud omnes adagium) nulla planè est cupidio, nec potest incognitum villo pacto diligi. Jam vero quomodo diligas deum, aut de eo bene speres, si ipsum nō agnoscis per fidem, quā ille, nec aliter, ad plenum cognosci potest;

Quod

Hebr. ii.

Cor. xii.

FRIDERICI NAVS. BLAN.

Q. iam ultim⁹ catholica ecclesia spiritu sancto perdocta adiudicat, hunc hactenus catechizandi ordinem feruadum censuit, ut videlicet primum puer infans ad baptismum relatus per patrinos, haud aliter atq; quondam paganus, interrogetur, si abrenunciet diabolo, & omnibus pernicioſis eius operibus atq; fallacibus populi: ut primum respuat errorem, & sic appropinquet, possitq; iuxta Apostolum, deponere veterem hominem secundum pristinam conuersationem, qui corruptitur secundum desideria erroris, abnegans impietatem, & secularia desideria. Deinde, ut fides illi ostendatur: quam vbi sciens, veretq; se credere profiteatur, ad baptismi lauacrum (non antea) admittatur.

Hinc meritò primas sibi partes in nostro quoq; catechismo Fides vēdicabit, verę religiōis ancora & basis. Fides autem qua iustificamur, & per quā iusti vitā tūetur, aliis pereuntibus, à Grecis n̄is, à Latinis persuasio vocata, non est vulgaris aliquāvel historica credulitas, quā magna sit opus fidei in naturā operibus, & multo adhuc maiore in operibus diuinitatis, cuius natura misericordia perhibetur: sed est constans, firmatq; animi per spiritum sanctū de dei maiestate, omnipotētia & bonitate, deq; illius promissis indubitata persuasio: quia vt verbis eius certam fidem habet, ita & de eius erga se bonitate, oia sibi indubitato pollicetur, cū demerēdo quolibet, tā ipsi sacrificari, q̄ referre gratias imp̄fissimē studet.

Hcb. xii Quam sane fidei definitionē Paulus ad Hebreos nō obscurē confirmat, quum definiat fidem esse solidam firmamq; basim earum rerum, quae nec sensibus, nec rationibus humanis reprehēdi possunt, sed eas firma fiducia sic representat animo, quasi corā cernerentur, quasi manus tenerentur: quicq; per se videri non possunt, eas persuadet esse certissimas, nō argumentis humanis, sed certa in deum autorē fiducia & assētione.

Fidem veram non haberī posse, nisi dono & auditorio dei. Cap. XIII.

Ipsæ vero res, quæ catholicæ sunt fidei, quum sint omnino supra hominis captum & intellectum, tā sunt credu-

IN CATH. CATEC. LIB. I.

dita difficultes, vt eis assensum firmum & certum p̄cēbere nequeamus, nisi de ipsis diuino opere erudiamur: sicut enim dono dei fides ipsa nobis aduenit, nec potest nisi p̄ auditū, & auditus non nisi p̄ verbum dei, haberi.

Ephe. 2
Rom. 10

Oportet ergo interiorem causam, hoc est, diuīnam gratiam adesse, vt rebus Christianis fidelis prorsus assentiatur: vt cuncti tamē non nihil faciat causa exterior, vt pote doctorum ratio, sanctorum persuasio, miraculorum ostensio, exemplorum adductio: non tamē quicquid carū est crux, roboris obtinet tantum, vt oīno certā nobis fidem facere possit absq; deo duce. Qui proinde à nobis orari debet, vt nos de electis esse velit, vt mitat qui illam doceat, deq; spiritum suum, qui cordibus nostris ita persuadeat, quō indubitat amēs quā fidei sunt, fidē habeamus. Cuius utrīq; causa quondam Apostoli rogantes dicebant: Dñe, adauge nobis fidem. Edi. Luc. 17 uero, res quæ Christianæ sunt fidei, tam sunt certæ & veræ, vt ob certitudinem & veritatem, sibi fidei nomine suo perinde iure vendicauerint, quem aliqui rectius & latinus vocabulo persuasori venirent, vt quod partim verēsint, partim certō et indubitatō fiant, iuxta verbum supremæ veritatis: Amen dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota unum, aut apex unus nō præteribit a lege, donec omnia fiant. Et rursus: Cœlum Mat. 5 & terra transibunt, verba autem mea non præteribūt. Ipsum enim fidei nomen inde dictum existimant, quia omnino fiat quod est dictum aut promissum: quodq; fiat illud, quod inter utrosq; placitum est. Vnde bona fide agere dicimus eum, qui citra vñnum signum, vte te atq; diligenter agit quod agendum suscepit. Fide igitur ad dei accessoriū, in ipsis obsequiū, monitore Pauli suum captūtū intellectum in eis quæ catholicæ sunt fidei. Ipsa vero quæ ad salutem corde sunt credenda & ore confienda, Apostoli iuxta eorum numerum in suo symbolo (quod eorum creditur esse, quoniam plane maiestatem ac puritatem quandam apostolicam p̄ferebat) duodecim articulis in hunc, qui sequitur ordinem, complexi sunt.

AD

FRIDERICI NAVS. BLAN.
AD REVERENDISS. IN CHRI-
sto patrem, clariss. principem ac Dominum, Dn.
Marcellum Ceruinum, S. R. E. TT. S. Crucis
Cardinalē digniss. Friderici Naufex Blanctis
piani, episcopi Viennensis, in secundum ca-
tholici Catechismi librum, de duo
decim catholice fidei articu-
lis, Praefatio.

Quandoquidem Marcellus Ceruine, splendidissi-
sum totius ordinis cardinalitatis decus & or-
namentum, tam nec nouum nec nuper receptum
sit, vt dicato alsciuvel patrocinij vel iudicij vel
obseruantia, vel synceritoris cuiusdam dilectionis, vel
hoc genus rei causa opere quopiam pars dein eiusdem
operis aliqua seorsum dicari quoq; soleat alteri, (mane-
re tñ interea priore dedicatiõe illaſa) vt vix vñ vel al-
terum reperiatur delubru, qd non primum Deo Opt.
Ma. deindeq; diuis illius pariter electis, aut quodlibet
eius etiamnum altare dicatum sit alteri: factum est, vt
equum nuper meos in catholicum catechismum libros,
in vniuersum S. D. N. Paulo III. Pontifici Max. reue-
rendissimisq; illius ac S. R. E. Cardinalibus vna dedi-
cassem, cotinuo deinde primum eiusdem catholicici Ca-
techismi librū de præludiis in ipsum, vel ideo reueneren-
tiss. Cardinalibus, Dn. Petro Paulo Parisko, D. Regi-
naldo Polo, D. Ioanni Morano, seorsum dedicauerim,
quia videbatur admodum congruere, vt prælusiones
precursoresq; conuentus cœcumencici, propter catholicā
religionem paulò maturius reparandam & conferuan-
dam Tridenti nuper indicti, haberent, quibus ad opus
ram graueq; sanctum grauerit sancte, ad ea ipsam sa-
cro sanctæ nostræ religionis instaurationem & repa-
rationem praluderent & præsarent.

Quum enim quod Caius iurisconsultus haud inele-
ganter dixit, in foro causas dicentibus nefas vide-
ri soleat, nulla præfatione facta, iudici rem exponere,
quanto magis operam suam in rem multo grauissimam
& sanctissimam promittentibus inconueniens fuerit,

illotis (vt dici consuevit) manibus accedere: Id quod si
vñ venire seruariq; solet in artibus & scientiis à religi-
one nostra prorsus alienis, & omnino prophani, quan-
to magis vñ non tatum venire soleat, sed etiam vt ve-
niat maximè necessarii sit in rebus ad omnia sacris &
abditis: Cuiusmodi quis esse dubitat, quæ Catholicæ
sunt catecheses, in quibus sine prævio & mōstrante se
mitam, nisi qui prorsus sit *Nihil id est*, quenquā nec
feliciter ingredi, nec conuersari posse crediderim.

Quid autē, obsecro, fide nostra catholicæ possit esse
vel abstrusius, vel sublimius, quia nō possit humana tā
tum industria, sed Dei potiu. dono singulari compara-
ri, quum sit ipsa, Paulo definitore, solida firmatq; basis ea-
rum rerum, quæ nec sensibus, nec rationibus humanis,
nec vñlis argumentis deprehendi queunt. Ea deinde qd
arbitramur sanctius esse, quæ sola sit, qua sic hominum
corda purgantur, vt Deum opt. max. sanctum sancto-
rum, donec in terra degimus, quasi quodā speculo, quā
tumuis procul cernunt. Quid vero demum hac ipsa fide
catholicæ magis vel vtile, vel omnino magis necessari-
um, quando sola sit, quæ nos deo probatos charosq; red-
dat, neq; nos solum, verum si quis ab orbe condito re-
petat, certò reperiet maiores nostros omnes, & quotq;
piè nos antecesserūt, quorū memoria celebris est, ob iau-
dē pietatis et fidei cōmēdatione potissimum qd assequuntur
sunt, promeruisse. Atq; hinc est, quod post plūdia in ip-
sum nostrū catechismū primas statū partim dederim du-
odecim fidei catholicæ articulis, tāquā rebus altissimis.
In quibus fidei catholicæ fundamētum, super quod qd
ficiū Ecclesiae surrexit, constructum manibus aposto-
lorum ac prophetarum continetur, idq; tam mira qua-
dam breuitate, perspicuitateq; sermonis, vt de hac ipsa
summa diuini dogmatis Elaías haud immerito prædi-
xisse vperi queat, quia faciet, inquiens, Dominus ver-
bum breuiatum super terram. Quam quidē & ipse bre-
uitatem tueri desiderans, in nostra catechesi duodecim
simil fidei articulos ita declaro, vt ipsos in tres summatis
partes diuidi posse cilibet haud obscurè sit intellectus.

B

Quæ

FRIÐERICI NAVS. BLAN.

Quarum prima patri, secunda filio, tertia spiritu sancto deputatur, ita nimirum, ut in singulas perlitas nos credere profitemur, ac diuinitatis unitatem & parentem potentiam contemnemur. Siquidem pares sunt oportet, ad et per omnia, in quos pars fiducia collocari debet, quemadmodum fuisus est hoc loco, pridem scripturis & rationibus in libro nostrorum in symbolum apostolicum catholicum demonstrauimus, demonstratus hoc secundo libro nostrae catecheses utriusque paulo notabilior.

Quidquid autem huius mei laboris est, tributum ex ratione quam ex merito consecravi. Quandoquidem quadrare vehementer videbatur, quod ei qui post summum pontificem, adeoque principatum catholicæ nostræ religionis antistitem & adsertorem, primas faciliter tenet, eam eiusdem religionis partem dedicarem, quæ sine controversia partium catholicæ religionis esset multo prima: nimirum fides ipsa catholicæ: suo perinde iure sibi primas visqueadeo nostræ religionis partes, ut paulo testatus sum, vendicantis, ut sine ipsa non possit illa ceteræ religionis partium sibi quaque modo vel constare, vel nomenclaturam habere vult, utpote quod ipsa fides ea sit totius religionis basis, cui velut vinculo fuit damasco ceteræ partes vinculæ innituntur. Deinde quoque necessario videbar dedicaturus tibi posteriori nostrâ de sancta religione laboris parte, quæ cōpertum habebam, sic inter primos, qui nouissimis hisce temporibus instaurandæ catholicæ religioni laborant esse te primum, qui Paulus III. pontifici maximo, sapientia, iudicio, doctrina, autoritate, fide, diligentia, cura & modis hoc genus omnibus adesse, ut ille in tot rebus catholicæ religionis administrationis tibi meritissimus. Inter tot splendidissima ordinis cardinalium lumina penes se primas tribuisset: nimirum non ignarus, quanta essem præter enumeratas animi tui dotes & virtutes, mira virtute sobrietate, summa ingenii dexteritate, animo pro rorsus impigro, & ab omnibz pariter ocio abhorrente. Nec interim nescius, quæ magnus tibi rerum esset unus, qui summa cum laude tua, nec infelicitate, grauissi-

IN CATH. CATEC. LIB. II. 28

mis legationibus, maximisque regum & regni negotiis ita functus es, ut meritissimus possis inter magnos haberi facile maximum. Accedit, quod etsi tantus ornatum sis iudicio, tam singulari tamē polles modestia, ut magnitudinem ipse tuam non agnoscas.

Atque hinc fieri solet, ut etiam præfulgeas inter tot clarissima lumina, sic tamen integritate morum elucescias & emines, ut aliis tenebras nequaquam offundas, sed ut p̄ seclaris & illustribus, plurimum lucis addas & decoris.

Habes igitur amplius pater, huius mea dedicationis rationem alteram. Cui succedit tertia, mihi plane peculiaris, ob quam quidquid hoc est opere potioris, reuerendissimæ amplitudini dicavit: quandoquidem tam pridem nullis meis oīno meritis potior cœperas esse patronus, & coti nūis in vinea domini Sabboi, meis pro Christiana repub. conatibus, studiis, laboribus & sudoribus Meccenas esse teris liberalior, ut ipse tuo nimirum iure non tantum solus quidquid huius est in hoc libro nostræ lucubrationis secundo, sed vniuersum quoque studij mei sacratioris prouentum, immo meipsum pariter, quantus quantum sum, ut dicare possis ac debeas, & ut velis, magnopere flagito. Satis enim, super ipsum satis intelligo, Pater Amplius, quantum tibi per omnia debeo, qui tantum mihi pridem nec a facie tui nō, nec de te, patrono videlicet benefacto regi optimo, quidquam bene merito, fauoris, humanitatis, benevolentiae, liberalitatis, ex finibus etiam loginquis, præter omnem etiam mea expectatione ita præstiteris, ut pro tot ac tantis tuis in me beneficiis & officiis, facultatibus habeamus & agamus gratias, quam relatus sum vñquam. Quanvis ut aliqua ex parte quandoque referam, & aliqua grati animi significacione respondeam, sic nullo non tempore & loco manus & pedibus admittar, ut vel ipse palam sis intellecturus, mihi præter vires & facultates defuisse nihil, atque nimirum mihi vitam non optauerim longiore, quam quæ posteritati cōseruādīs Marcelli Ceruini cardinalis amplius, diuinis virtutibus et meritis aliquo modo sit suffectura. Quod modò teliquum est, Reuerendissimam amplitudinem tuam

B. 2. laterē

FRIDERICI NAVS. BLAN.

latere nolim, de Paulo videlicet III. pontifice verè opt. & max. ceptum esse hic spāgi rumorē, quem modis oībus cupiam esse vanum, prout egovantū crediderim. Si quidem sacrosancta illius beatitudo multis nunc annis in me peculiari quodā animi fauore prop̄p̄a fuerit. Si tñ Iesu Christo opt. vñsum est, suum in terris vicariū ad beatiorem tranquilliorēmq; vitā euocare, precor ac vehementer opto, vt Dei benignitate & gratia nobis contingat aliusq; tui similius, si modō tui similiors, se potest q; es ipse tui, aut nisi malles, si per aetatem licet, tuo habere loco reuerendissimum & illustriss. principem ac dn. dn. Alexandrum à Farnesio S.R.E. Cardinalem & vicecancellariū digniss. & absolutiss. Qui me sic hactenus etiā absentem, et de facie nondum facile notum, amore complexus est, sic ornauit autoritate, sic benignitate fuit, summatim sic vbiq; mirum quendam praefitit Meccenatē, vt si pater esset, haud indulgentius: si frater, haud potuisset amantiū. Atq; ideo factum est, vt ego illius amplitudini tertium nostri catechismi de septem catholicæ ecclesiæ sacramentis in argumentum saltem animi mei gratitudinis inscripserim, qui ali oquin dignus apud me est, vt a me nulla p̄deat pagina quæ non habere debeat illius præconium. Et si autem singularis illius modestia minimè postulet hoc ipsum, debetur tamen maxima ipsius in me beneficiis pariter & meritis, & Christiani orbis interest, vt tam vndiq; laudati præfulis exemplum in posteros transmittatur. Ad quod equidem totis semper viribus conabor, donec hosce spiritus rexerit artus. Interea Christus opt. max. illum & tuam celstitudinem religioni sua catholicæ reparandæ, propagandæ, conseruandæq; feliciter cōseruet incolument. Vienne Austriae, X.V. calendas Januarias. Anno a Christo nato M. D. XLII.

Fridericus Nausea

BLANCICAMPANI. DE DUODE
cim Christianæ catholicæ fidei Articulis, Lib. II.

DE XII. ARTIC. FIDEI. LIB. II. 11



Redo in Deum patrē omnipotentem, creatorem celi & terræ. Et in Iesum Christum filium eius unicum, dominū nostrum: Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virginē: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis: Ascendit ad cœlos, sedet ad dexterā Dei patris omnipotentis: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in spiritum sanctum: Sanctam ecclesiam catholicā, sanctorum communionē: Remissionē peccatorū: Carnis resurrectionē: Et vitā aeternā. Amen

PRIMVS ARTICVLVS; PETRI.

Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem celi & terræ.

Declaratio articuli, & eiusdem per scripturas confirmatio.

Christiana nimur pietas hunc primum fidei articulum credēs, haud parum multa quæ dei sunt, credit. Primo quidem profitetur se credere

In dñe y.m. hoc est, Deum esse & eum, a quo ipsa & totum quod habet, omnino pendeat. Et quidem credit in ipsum singulariter, ut pote deum esse vnum, non plures, iuxta scripturā dicentem: Audi Israel, Dominus deus tuus, deus vñus est. Et secundum aliā quæ habet: **D**eū. 6. **E**phe. 4. Vnus est deus, vna fides, vnum baptisma, contra gētes impias, quæ per humani generis hostem seducta, falso crediderunt deps esse plures, quū propheta teste, nō dīj, **Psal. 95** sed diemona & opera manū hominū, in quibus illa nequiter subdolē; lauerunt, fuerint. Secundo Christi, ana pietas profitetur se credere in Deum

PATRE M, id est, Deum in quē credit, & vnde quicquid vbiq; est, pendet, esse patrē nostri oīm, autoritate scripture, dicentis in persona eiusdem patris: Quia factus sum Israeli pater. Et autoritate alterius scripture, dicentis: Nunquid nō vñus pater oīm nostri? Et Paulinus: **Mala. 2** **Ephe. 4** **B**a: Vnus est, inquit, deus & pater omniū. Id quod veritas ipsa confirmat, inquiēs: Vnus est pater vester, qui **Mat. 33**

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- Deut. 32** in ccelis est. Sed quare Deus est pater? Pater est, responde, quia nos creauit & fecit, scriptura dicete: Nonne ipse est pater tuus, qui te possidet, fecit & creauit? Pater, quia nos adeoq; oia in celo & terra gubernat, scriptura dicete: Tua autem pater prouidentia cum ea ab initio gubernat. Pater, quia nos in filios suos, mediatore Christo, gratio se adoptavit, Paulo scribente ad R.o. Gratia vobis et per Pax a deo patre, q; pdestinavit nos in adoptionem filiorum. Pater, quia regenerauit nos Iauacro renouatiis spiritu sancti, Petro dicete: Benedicetus deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui regenerauit nos in spiritu viuam. Pater, quia sive nos genuit, ut in hęc verba Iacob attestatur: Voluntarię sine meritis nostris regnrauit nos in verbo veritatis. i. fidei, ut pote, quibus potestate dedit filios fieri suos, qui credimus in nomine Iesu filii sui, ob quem & ipse pater dicitur, quoniam aeterna ineffabiliter generatione illū mundi Redemptorem sibi genuerit, vt secundus ex articulo ostenderet.
- 1. Pet. 1** Atq; ideo Christiana pietas in verbo Patrem, profetur diuinarum personarum Trinitatem in unitate diuinitatis. Siquidem prima in Trinitate superbenedicta persona, est pater, non tempore, sed autoritate & proprieitate, idem ad oia cum filio & spiritu sancto, et ediuerso: velut & aliae posthac personae explicabuntur iuxta scripturam dicentem: Tres sunt qui testimonium dant in celo: pater, verbum & spiritus sanctus: & iij tres unum sunt. contra obstinatos Iudeos, & nuper eratos hereticos, haud attendentis distinctionem personalem patris & filii, negantesq; Trinitatem in diuinis. Teretiō profitetur Christiana pietas, Deum in quem credit,
- Gen. 17** **Exo. 15** **Ecc. 4:** **Luc. 1:** **Ioh. 1:9** **OMNIPOTENTEM**, id est, deum patrem esse, qui oia possit, iuxta eundem dicentem, Ego Dns omnipotens. Et scriptura: Dns, inquit, quasi vir pugnator; omnipotens nomen eius. Et alia scriptura: Ipse omnipotens super omnia opera eius. Et angelus ad Mariam: Non erit, inquit, impossibile omne verbum. Hinc ad ipsum Job: Scio, inquit, quia potes oia, nec est qui tibi tuorum possit voluntati resistere. Quartiō profitetur, deum patrem non modò

DE XII. ARTIC. FIDEI. LIB. II. 12

modò esse omnipotentem, sive &

CREATOREM COELI ET TERRAE, hoc est, ipsum esse vel solum, qui ex nihilo condidit tam corpora & incorporea, tam visibilia & inuisibilia, iuxta scripturam dicentem: In principio fecit deus celum et terram. Et propheta: Beatus, inquit, cuius deus Jacob adivit eum, spes eius in Dño deo ipsius, qui fecit celum & terram, mare & omnia que in eis sunt. Et Apostolus: In ipso, inquit, condita sunt universa in celis & in terra visibilia & inuisibilia, contra Platonem, Aristotelem, Pliniū, & id genus infideles philosophos, qui crediderunt mundum cum deo coeterum. Et contra Manichaeos, qui crediderunt visibilia, sensibilia, corporeaque a demone tenebrarum principe esse producta. contra quos scribit Apostolus, quoniam veritatem Dei communicae-

Rom. 2

xint in mendacium, & coluerint & seruerint creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Siquidem appellatione coeli, veniunt incorporea & inuisibilia: terrae vero appellatione, corporea, & visibilia: vocabulo autem creatoris, venit qui ex nihilo alijs quid producit. Quod solus Deus potest.

Hic autem inveniendi sunt diligenter hos, ut ex animo cogitent, quantum debeat timoris, honoris & amoris, tanto talisq; patri ac dño, unde sunt, & quo duce manent & conseruantur, sine quo nec sint nec esse possint, unde habent quidquid sunt & habent, qui & ad eosrum usum & commodum celos & terras, et quidquid utrobique continetur, abunde, sapienter, copioseque sola bonitate, sine iporum meritis creauit, deditque, quotidieque dat & creat, quemadmodum prius homo facile sentier ex summaria huius articuli circumscriptione, quam ipsi Paraphrasim vocamus, quod ipse credes, per eam non literam ex litera, sed sensu & sensu interpretatur, transfert & circumscribit. Dicat proinde summa fidei in hunc modum fidelis homo:

P A R A P H R A S I S.

IN deum patrem &c. ita credo, ut in & a quo totus p̄ deo, & omne quod sum & habeo, qui est Deus solus,

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

vñus, æternus, à quo cœlum & terra, & quicquid in cœlo & in terra continetur, ex nihilo, & solo quidē verbo creatū est. Ipse solus natura bonus & iustus, & in quo quicquid vñquā boni est, derivatur et cōtinetur, in quo vel solo cuncta in cœlo & terra nobiscum sunt, vivunt & mouentur: sine quo nihil, & in quo omnia possumus in quē solum confido, & vnde mihi sit omnis salus & virtus: quo mecum, nemo contra me esse potest, vt cui nemo possit resistere, penes quē vita est atq; mortis ptestas, cuncta deniq; ex arbitrio & sapienter regens. Hinc abiurando nihil esse crediderim vel idolatriam vel nigromantiam, vel quicquid hoc est humanae & diaabolicæ inuentionis, vt quod eatenus possit, quarenus illi à Deo meo (euīus nutu cuncta recte geruntur) permitti solet. Cuius diuinæ voluntati, quicquid sum aut habeo, futurus aut habiturus, committos: qui quicquid mecum agit, recte ac sapienter agi crediderim.

SECUNDVS. ART. S. ANDREÆ.

Et in Iesum Christum, filium dei vnicū, dominū nostrū. Declaratio & confirmatio.

Hoc statim articulo Christiana pietas proficitur, secundā in superbenedicta Trinitate personā, vt post te filium, in quē credit nō secus atq; in deum et h̄iem, deo patri ad oīa parem. Id quod verba articuli ex ordine fatis evidenter arguunt. Quī enim profitetur se credere in Iesum, facetur in ipsum se credere, vt in salvatorē nostrum, q; populum suū, hoc est, nos in eīi credētes a peccatis saluū fecerit ac faciat. Siquidē Iesus est salvator, qualis præter deū non potest esse alius, ipso de seipso dicente: Salvator non est præter me. Et Apost. Christus, inq; caput est ecclesie, ipse salvator corporis eius. Qualem ipsum fore nuntiavit angelus pastoribus, dicens: Natus est vobis hodie salvator, qui est Christus dominus in ciuitate David. Ab ipso proinde tanquam a fonte totius salutis, omnis est perenda salus, quam salus nostra sit salus. Credens autem in

CHRISTVM, facetur deinde simul Iesum esse hoīem verum, acquē vt deū; quandoquidem ipse non vt deus,

sed

Mat. 2.

Osee. 13.
Tit. 3.

Luc. 2.

DE XII. ARTIC. FIDEI. LIB. II. 13
fed vt homo, vñctus ēst (quod signat vox Christus) p̄g consonib; ipsius: quemadmodum superiore loco diximus, contra Iudeos plus nimio obcæcaros, qui Messiā suum adhuc expectant futurū, qui dudū venit, Andrea post Ioaniū Bapt. testante, quum ait: Inuenimus Mesiālam. Quid multa? Christum ēsse Messiam nomine & re ipsa, vñisselq; ipsum, veritas testatur, dicēs ad Samariam mulierem: Ego sum Messias, qui tecū loquor. Adde q; hoc ipsum series totius euangelij doceat, agat, & obfirmet. Sequentibus verō verbis,

FILIVM DEI VNICVM, profitetur Christiana p̄eras primō ipsum Christum Iesum, ēsse naturalem & ad omnia consubstantialem dei patris filium, generatio ne ineloquibili solū ex substantia parris ēsie genitum,

nec vt nos, filium illius ēsie vel nuncupatione, vel participatione, vel adoptione, vel gratia, sed plane naturalē, iuxta deum patrem, ad ipsum filium Iesum dicentem:

Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et rursus ad eum idem: Ex utero ante luciferum genui te. Idem de eodem ad populū circumstantem, ex nube ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et hoc est quod Euāgelistā dicit: Et vñdimus gloriam eius, gloriā quasi vñigeniti à patre plenam gratia

et veritate. Et haud multo pōst: Vnigenitus, inquit, qui in sinu patris est, ipse enarravit. Contra Arianos, Nestorianos, Eutychianos, Acephalos, & id genus alios impios haereticos, quorum nonnulli dicunt Christum non natura, sed gratia ēsse Deum: & prophetam fuisse potius, quam deum, aut naturalem dei filium: nec Deo patri coexternum, sed tempore posteriore.

Deinde per verbum, vñctū filium, credit Iesum Christū ēsse nō duos, sed vñū & eundem ēsse filium in duas, vt pote diuina & humana, naturis, iuxta ipsum ad Nicodemū dicentem: Nemo ascendit in cœlū, nisi qui descendit de cœlo, filius hoīis qui est in cœlo. Quod & symbolū Athanasi nō silet, cōtra Nestorianos, q; duos dixerūt ēsse filios, separando naturas: contrā Sabellianos, q; patrē & filium crediderūt vñā ēsse personam.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

DOMINVM NOSTRVM. Hoc verbo credit, Iesum Christum Dei patris filium, idem habere cū patre rerum omnia dominum, & aequē dominū esse atq; ipsum patrem, iuxta prophetā dicentē: *Dixit dñs dñō meo, sede a deo tris meis.* Ipse quoq; de se Christus: *Data est mihi, inquit, omnis potestas in celo, & in terra.* Et alibi: *Vocatis me, dñe & magister, & bene dicitis.* Sum eternum. Si quidem ipse est dominus ille fortis & potes in prælio, q; non aliter atq; dñs, nos seruos ex seruitute diabolica & lege tyrannica, nullo nec auro, nec argento, sed precioso sanguine suo sic redemit & restituit, vt interim per cuncta secula nos regat, gubernet sua iustitia, sapientia, potestate, vita, & beatitudine, ceu dñs dominantiū suā mancipia. Vnde Paulus de eo: *Vnus, inquit, dñs Iesus Christus, per quē oia, & nos per ipsum, contra impios Arrianos, ponentes inæqualitatē personarū, oblatrātes filii perfectione, & autoritate minorē esse patre.* Id q; tamen verū nō est, ipso dicente: *Ego & pater vnum sumus: nisi intuitu humanitatis adsumptæ, qua se vti sum exinanivit ob nostram salutem.* Qua nimis ratiōne idem alia ait: *Pater maior me est.*

P A R A P H R A S I S.

AEquē vt in patrem, credo in Iesum Christem, vni genitum eius ab eterno filium, q; sit & unicus dominus & salvator, redemptorq; noster, idemque verus Messias, qui ex patre ante omnia secula natus est, deus deo, lumen de lumine, deus verus deo vero genitus, non factus, ad oia patri consubstantialis, per quam cum patre omnia facta sunt, vt illi omnes subscripti scripture & prophete.

TERTIVS ARTIC. S. IACOBI.

Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria Virgine.

Declaratio & confirmatio.

PRæsentī nimis articulo & subsequentibus vñsc ad octauum, Christiana pietas credit quae ad Iesum Christi pertinet humanitatem, naturamq; humanam ab ipso adsumptam. Primo quidem per verbum,

QVI

DE XII. ART. FIDEL. LIB. II.

14

QVI CONCEPTVS EST DE SPIRITU SANCTO, credit eundem dominū nostrum Iesum Christum, dei patris ab eterno filium, propter nos, propterq; nostram salutē ē celo descēdisse, & in utero virginis Mariæ nō naturaliter, nec ex virili semine, sed diuinus stupente natura, spiritus sancti operatione conceptum, & carnē esse factum, de patre venientē, & tamen nō recedentē, qui maiestate eius cōplet, iuxta Esaiam dicentem: *Ecce virgo concipier.* Quod & angelus affirmans, ad virginem ait: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Idē postea ad Joseph inquit: *Quod in ea natum est, de spiritu sancto est.* Quod sane mysteriū in virginē præter prophetarū oracula, dudū fuerat Moysi monstratum in rubo & igne, Aaroni in verga & flore, Gedeoni in vellere & rore: contra Hebioni tas, qui Christum ex nuptiali coitu conceptum impiè blaterarunt, cū impiō Iudeo, de quo in confusionē perpetuam ait Ecclesia: *Erubescat Iudeus infelix, q; dicit Christum de Joseph semine esse varum.* Contra quoq; Marcionistas, Origenistas, Eutychianos, qui falso considerunt, Christum carnē ē celo secū attulisse, & non ex virginis corpore traxisse. Cōtra Valentianos & Marcianos, q; crediderunt ipsum in phantasia. i. absque veritate cōceptum, nec carnē ex carne sumpsiisse: quum tamen Evangelista dicat: *Et verbum caro factum est.* i. conceptum in utero virginis. Quod verō deinceps humana pietas credit, dicēs: *NATVS EX MARIA VIRGINĒ:* certe hoc ipsa verbo credit Christum, dñm, dei vnigenitū, nō solum in utero virginis operatione spiritustan cētē natū, sed & illaē virginitate sic ex utero virginis, verē maris, de qua materiā corporis sumpsiit, abq; dolore natū prodisse, vt ipsa manerit ante & post partū inuolata, iuxta Euang. d. Et peperit filiū suū primo, genitū, posuitq; in prelepio. Id quod dudum predixerat Esaias canēs: *Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū.* Atq; hoc ipsū plusq; apertō, porta Ezechielis cōmōstrat: cōtra Valent. q; negatū Christū aliquid corporis ex virginē sumpsiisse, sed per eam quasi per fistulam transisse: quum

Esa. 7
Luc. 1.

Mat. 1.

Exo. 3

Num. 17

Jud. 6

Ioan. 1

Luc. 2

Esa. 9

Ezecl. 44

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

quum tamen constet ex verbis Euangelistæ & symboli hac quidem parte apostolici, uno eodemque momente virtute spiritus sancti carnem ex virginem assumptam, & reliqua carne virginis fuisse segregatam, animata magis anima rationali, & deitatem ei incensabiliter unitam, ita ut in momento Christus fuerit verus deus & homo, angelico ad virginem dicere: Ideoque et quod nasceretur ex te sancta vocabitur filius dei. Contra hereticos, et maxime Nestorianos, qui negant sacramentum virginis dei, sed hominem tammodo, fuisse genitricem, ut aliam personam carnis, aliam facerent deitatis. Christumque verum deum esse negarent. Ad quorum vesanam haeresim explodendam, decreuit unanimi sententia synodus illa celeberrima, eadem tercia, atque inter quatuor primas sacrae sanctitas patrum conciones, tertio loco apud Ephesum sub Celestino primo, & Theodosio iuniori Romani Imp. in concessu ac coetu CC. patrum, circa annum Dominicccc. xxiiiij. quod diuina virgo deinceps Theotocos, hoc est, dei genitrix, & ue desponsa mater appellaretur. Quam quidem sententiam corroborauit deinde & approbavit quinta synodus, habita temporibus Vigilij max. pont. Anno sal. l. Constantiopolis, contra repullulantem ipsius Nestorij heresim, maximeque contra Theodorum & eius adstipulatores, Nestorij sectatores, qui affirmabant, diuam virginem duntaxat hominem, non etiam deum & hominem peperisse. Itemque contra eos facit hic articulus, qui negant virginem Mariam, coeli misericordieque reginam dici ac esse, quum tamen constet, quod vera mater & virgo, verè de sua carne spiritus sancti operatione verum Deum & verum coeli & terræ, adeoque totius misericordiae regem conceperit & genuerit. Itemque contra Hebreonitas & Helidianos veteres & nouos, qui dicunt deiparam virginem plures peperisse filios præter Christum, veluti sonare videntur quadam scriptura loca de fratribus Iesu, non tamen veterinis: quum plus quam euidenter colliqueat, deiparam virginem semper exitisse portam Ezechielis clausam, & soli Christo perutam. Verè igitur ac recte catholica ecclesia adfatur lætabunda deiparam virginem, dicens: Gaudete Maria virgo, cuncta ha-

Mar. 3

Luc. 8

Ioant.

Eze. 44

DE XII. ARTIC. FIDEI LIB. II. 11
referens sola interremisti, quæ gabrielis archangeli dictis credidisti, dum virgo Deum et hominem genuisti, & post partum virginem inuolata permanefisti. Id quod prophetæ caramina, Sibyllarum voces, Ethanorum oracula tam manifesto prædixerunt euëtu, ut in novo & incredibili perniciose mysterio, cuius ne humana quidem mens est capax, nihil sit eorum quæ fide continentur, cui libentius alioqui pietas accedat humana.

P A R A P H R A S I S.

Credo etiamnum, quod idem Dominus noster Jesus Christus, dei unigenitus, ex sola sua pietate & patris misericordia, sine nostris meritis, unius alioquin cum patre diuinitatis & maiestatis, propter nos homines, mortis olim reos, filiosque ira factos, propterque nostram salutem ineffabiliter e celo descendit, & de spiritu sancto solo ex Maria virgine perpetua, virginitate illæsa, sine virili semine supra naturam conceptus et incarnatus est, deindeque debito tempore ex eadem virginine citra eius virginitatem in omnium modum, sineque dolore versus homo natus, ut iuxta paternam misericordiam nostram terrenam nativitatem purificaret atque benedicaret.

QVARTVS ARTIC. S. IOANNIS.

Passus sub Pôtio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus.

Declaratio & confirmatio.

In hoc sane articulo cõficitur Christiana pietas, secundum Christianæ humanitatis Iesu Christi sacramentum, quod est ipsius innocètissima passio. Primum quidem hac sua confessione ad maiorem rei fidem, exprimit etiudem passionis tempus, quoniam passus sit tempore quo Pilatus cognomento Pontius, sub Tiberio Cesare Iudeam gubernauit, iuxta verbum dei patris, q. (Petro teste) prænunciauit per os omnium prophetarum, patri Christum suum. Ipse quidem, inquit, Paulus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Secundo sub insinuat formam passionis, quoniam credit ipsum post multas passiones crucifixum, ut & ipse sæpenumero prædixit, morte ut pote iuxta scripturam ad turpi condemnatum, ut olim maledictus habetur,

Luc. 2
Act. 2
Esa. 53
Heb. 8

Mat. 26
Mar. 16

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- Luc. 18** tur, qui in ligno penderet: ut videlicet nos ob peccati
Sap. 2 maledictos, suo maledicto, hoc est, crucis, ad salutem bo-
Deut. 21 nediceret. Crucis autem passionem dudum predixerat his
Galat. 3 ce verbis Esaías: Ipse autem vulneratus est propter ini-
Esa. 53 quitates nostras, attritus est propter sceleria nostra. Que-
Psal. 22 etiam suę passionis formam ipsomet expressit, per proph-
1. Cor. 1 tam dicens: Foderunt manus meas & pedes meos, et di-
numeraverunt omnia ossa mea. Hinc Paulus ait se pra-
dicare Christum crucifixum. Tertia confessione sua, no-
Psal. 67 tat passionis finem, qui fuit mors, quoniam in cruce vere
Phil. 2 mortuus fuerit, iuxta prophetam dicentes: Domini
ens. Qui humiliauit semetipsum, factus obediens usque
ad mortem, mortem autem crucis. Contra Appollina-
ristas & alios. Qui dixerunt Christum carne & sensu ca-
ruisse, vel certe carnem ipsum in natura deitatis transisse
propterea; ipsum cuiuslibet, quum tamen ipsenit
de suę mortis & passionis acerbitate per proph. supraq;
Tren. 11 dici potest, conqueraré, dicentes: Ovos omnes quod transitis per
viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.
Postremo mortis veritatem affignat, credentes ipsum sepul-
rum, sed non corruptum: iuxta ipsum per os prophetam dicen-
tes: In super & caro mea requiesceret in spe. Nec dabis
Act. 2 sanctum tuum vide corruptionem. Quid, quod & ipse mo-
dum sive sepultura dudum per prophetam expresterit, inqui-
Tren. 11 ens: Mortificauerunt in lacuvitam meam, & posuerunt
lapidem super me? Atque ideo aliis propheta predixit
Esa. 11 sepulchrum eius fore gloriosum. At qui opus non est plus
ra hoc cōgerere testimonia pro hoc Iesu Christi passio-
nis sacramento obfirmando, quoniam nullus ferme sit locus
tā in veteri quod nouo instrumento, qui id ipsum non cōfir-
met, testibus omnī exceptione maioribus.

P A R A P H R A S I S.

- Mat. 27** Redo quod idem dominus noster Iesus Christus dei filius,
Mar. 15 trigintatribus in summo pro nobis labore annis cō-
pletis, exhibitis quod ipsum torius salutis documentis et sci-
entiis, turpissimam mortem crucis innocenter subficerit: ut sic
Ioan. 19 morte nostrā moriendo defrueret, atque ipsi deinde in
nouitatem

DE XII. ARTIC. FIDEI LIB. II. 16

roburitate vitæ ambularemus.

QVINTVS ARTIC. S. PHILIPPI.

Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis.

Declaratio & confirmatio.

Hicce nimirum verbis homo fidelis tertium humani
status Iesu Christi, utpote descensus ad inferos, &
resurrectionis a morte, mysterium constitutus, duo cre-
dens. Primo quidem, ipsum dominum in cruce defunctum, ad in-
ferna descendisse, scilicet in aia duntaxat deitate unita,
cuius in sepulchro corpus requieuit; in nepe ut hoc suo de-
scensu redimeret inibi detentos, iuxta prophetam ad ipsam
dicentem: Tu quoque in sanguine testamenti tui, emi

Zac. 9

filiū vincitos tuos de lacu, in quo non est aqua. Id quod
ipse dudu se facturū promiserat, per Prophetam dicens:
De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.
Fro mors tua ô mors, mors tuus ero inferne, quando
quidem ipse illic, tanquam euangelicus ille fortior, fortē
ligauit, & eius vasa diripiuit, spolia divisi, captiuamque
duxit captiuitatem. Quem quoque ad inferna descensum,
ipse sat superhuius adhuc viuens expreserat, inquit:

Osee. 13

Sicut fuit Jonas tribus diebus, et tribus noctibus in veste
ceti, sic erit filius hominis tribus diebus, & tribus noctibus in cor-
de terra. Secundo credit, quod idem dominus noster die ter-

1. Cor. 15

tia resurrexerit a mortuis secundum scripturas, id est, eo modo,
eo ordine, eoque tempore, quo predicatus est a scripturis, prophetis & patriarchis. Quod autem resurrexit,
ipse per prophetam testatur dicens: Ego dormiui & so-
poratus sum, & exurrexi, quoniam dominus suscepit me. Resurrexi, & adhuc sum tecum. Et factus sum sicut
homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Quod die resurre-

Psal. 3

xerit tertia die, testari sunt olim in infernis detentis, dicens:
Sanabat nos post biduum, in die autem tertia resur-

Osee. 5

gemus, & vivemus in conspectu eius. Hinc paulus:
Tradidi vobis, inquit, in primis, quod & acceperim, cum
Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scri-
pturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die
secundum scripturas. Id quod ipsa Veritas iam antea
in vita adhuc fore testata est, inquit, ad Iudeos: ,

Soluit

PRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ioan.8

Solute templum hoc, & in tribus diebus excitatib; i; iud. Admonemur autem hoc bimembri articulo eius, quod ipse Dominus & saluator noster sua nobis morte meruerit, vt pote redemptionem in anima, completi fractione inferni in descensu ad ipsum: & redemptrionem in corpore, completam in resurrectione per gloriam corporis. Ut enim sua morte nostram mortem moriendo destruxit, ita quoq; vitam nostram resurgendo reparauit.

PARAPHRASIS.

Credo quod idem Dominus noster Iesus Christus ad inferos descendenter, atq; cacodemonem illic isti usq; tyrannidem sic captiuauerit, vt is plane nihil nobis ultra sine consensu nostro nocere valeat. Deinde, quoniam & ipse tertia die propria virtute ad vitam eternam resurrexit, nobis in ipsum credentibus vitam nouam virtutis & bona operationis exhibens, ita ne deinceps denuo peccaremus, verum in omni pia virtute & honestate, angelico perinde more, eius pracepta obseruaremus.

SEXTVS ARTIC. S. BARTHOLOMÆI.
Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram dei patris omnipotenti.

Declaratio & confirmatio.

Hic articulus, q;què vt prior bimembri, aperit quartum Christianæ humanitatis, nostraq; redemptio mysterium, quod est, in cœlum Iesu Christi ascensio, et inibi ipsius cum deo patre sessio. Primo quidem pietas Christiana hoc credit articulo, Christum (vt pote quadrangula diebus post resurrectionem completis) corpore & anima ascendisse in cœlum, iuxta assertiōnem eiusdem ascensus, quam veridici euangelista Lucas et Marcus, itidem & Acta apostolorum sic luculenter exprimunt, vt plane iusto morosior sit, qui huius rei aliud cupiat testimonium. Euangelista enim ait: Dominus quidem Iesus, postq; loquutus est eis, adsumptus est in cœlum. Et alias Euangelista ait: Et factum est dum be nediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Ide in Actis apost. Et quum hac dixisset, videntibus illis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum, iu-

Act.1

Luc.vlt.

Mar.vlt.

Act.1

Mar.vlt.

Le.vlt.

Act.8

DE. XII. ART. FIDEI.

LIB. II.

17

xta prophetam iam antea prædicētem: Qui ponis nubē currum tuum. Cuius ascensum idem vates dudum præciniuit in hæc verba: Ascendit super Cherubim, & volavit, volavit super pennas ventorū. Et ille idem propheta: Ascendit, inquit, deus in iubilatione, et dominus in voce tubæ. Et ipse Paulus ait: Qui descendit, ipse est & q; ascendit super oēs cœlos, qui solus ē cœlo descendit. Ascendit autē propter nos, viā illuc nobis præmonstratus, cœli ianuā referaturus, ac nobis inibi locum præparatus, iuxta prophetā longè antea prophetantem: Ascender, pandens iter ante eos. Dividet, & transibunt portā, & egredientur per eā. Et transibit rex corā eis, & dominus in capite eorum. Secundo per hunc articulum credit humana pietas, Christum non modo cœlos ascendisse, sed illic sedere ad dei patris omnipotentis dexterā, iuxta verbum illius ad ipsum: Sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Et Euangelista: Assumptus est, inquit, in cœlum, & sedet a dextris dei. Apostolus queq;: Qui, inquit, proposi to sibi gaudio sustinuit crucem, confusione cōtempta, atq; in dexterā dei sedet. Atq; tunc verum fieri cœpit, quod ipse aliquando dixit: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.

Sedere autē Christum ad dexterā patris, est esse, habitare, gloriariq; ibidē quiete & pacifice, in æquali pietate secundum etiā humanitatem deitati conjunctā, iudicaria potestate cum patre, quādoquidem ipse pater omnem dedit filio iudicium. Non autem sic ad dexteram illius sedere credendus est, q; sessu sit quasi ligatus et cōfunctus, vt nobiscum vel maxime in venerabilissimo Eucharistia sacramento altaris esse nequeat, contra nō nullos nostra tempestate hæreticos, ipsum illic esse pertinaciter insificantes. Aduersum quos ipsamet veritas dixit: Ecce ego vobis cum sum omnibus diebus usque ad cōsummationē seculi: quandoquidem dominus cœlum ascendit, ac illic ad patris dextrā sedet secundū humanitatem, qui vñita deitate nō modo nobiscum, sed & vbiq; est, iuxta ipsius verbum; Nemo ascendit in cœlum

Psal.10

Psal.17

Psal.46

Ephe.4

Ioan.16

Mich.2

Psal.109

Heb.13

Esa.66

Ioan.3

Mat.10

Mat.28

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Iohn.3. nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo: quum tamen hac dicens, in terris visibiliter & corporaliter conuersaretur.

Hucusq[ue] dictum est breviusculæ de sex fidei articulis, quibus euidenter agnoscimus, Christum verū esse Messiā, & vnicū in lege & prophetis promissum totius mundi saluatorē, nec alium expectandum, quādō si eius solius noīe salvi fieri possimus. Quō enim quispi possit aut debeat de eo vel tantillum dubitare, quū videmus oīa in eo ipso conuenire, quæ sancti propheta spiritu cœlesti afflati, in sacris literis ante tot secula de eo, magno vnanimity consensu prædixerunt, ut pote genitus, familiā, modum nativitatis, vitā, doctrinā, miracula, afflictiones & ignominias, genus mortis, sepulturā, resurrectionē, ascensum ad cœlos, spiritū sanctum ē cælo missum, prodigiosas apostolorū linguis, gentiū conversiones, & reliqua, quæ post ac interim facta vidimus quotidiq[ue] fieri videmus per Christi nomen profetées.

Iam verō hac superest parte nō aliud, q[uod] vbi ea, quæ nobis ipse Dñs tam laboriose sua humanitate acquisiuit, salute digni esse voluerimus, foreq[ue] eius tandem particeps: demus operam oportet, ut satagamus in nobis quoq[ue] cōplere spiritualiter, quæ ipse nō minus spiritualliter, q[uod] corporaliter ob eandem nostrā salutē absq[ue] viliis nostris meritis satis abunde præstittit, ad quemlibet dicens de nobis: Quid ultra debui facere tibi, & nō feci? Nascamur proinde oportet in nouos hosies, veteribus sublatis, crucē nostrā tollentes, oīa huius mundi aduentus noīe Iesu patienter feramus, in humilitate descendamus, ut ascendamus exaltati in dextram nostri capitū quemadmodum vniuersa & singula ex sanctis passim scripturis vberim docuimus in opere nostrorum Catholicorum, per singulos & vniuersos catholicae fidei articulos, quo piū Lectorē remittimus, hic catechisiū formam custodiētes.

P A R A P H R A S I S.
ATq[ue] interim nihilominus credo, eundem dominū nostrum, exactis quadraginta post resurrectionē diebus, cœlos ascendisse, ipsumq[ue] sic ibi ad dextram patris

DE XII. ART. FIDEI. LIB. II. 18
 sedere, ut idem cū illo etiā iuxta humanā naturā sit rex & dominus aeternus oīm, quæ vel suor in cœlo vel terra vel inferis: vnde potens est, nos credentes cōtra quācunq[ue] potestatem in quibuscumq[ue] nostris angustiis & necessitatibus iuicare, supremus apud patrem cœlestem noster patronus, mediator & intercessor, donec nos ad seipsum recipiat, ex huius mundi tribulationibus exemptos, ut sequitur.

SEPTIMVS ART. S. THOMÆ.

Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Declaratio & confirmatio.

Quitum de Christo seruatore nostro sacramen tum, haudum nobis apertū, hoc credit articulus Christiana pietas. Et hic quoq[ue] articulus duo nobis credenda proponit: Primo quidem, dominū, q[uod] cœlos visibiliter ascendit, visibiliter reueretur in nouissimo die, iuxta prophetam dicentem: Veniet rex manifeste. **Psal. 95** Quod & angelus olim ad discipulos prædixit futurū, inquiēs: Hic Iesus, q[uod] adsumptus est a vobis in cœlum, **Act. 1.** sic veniet, quādmodū vidiſtis eū euntē in cœlum. Veniet autem, inquit ipse dñs, in nubibus cœli cū virtute **Mat. 24.** multa & maiestate. Secundo, quomā sit venturus in eos **Mar. 13.** summatione seculi, iudicaturus viuos & mortuos, iuxta **Luc. 25.** scripturā dicentē: Veniet rex manifeste, cui parer de **Psal. 49.** dit iudicū, manifeste veniet, & nō silebit. Paravit in iudeo **Ioan. 5.** dicio thronū suū, & indicabit orbē terre in æquitate, **Mich. 6.** iudicabit populū in iustitia. Et Micheas: Iudicet Dñs, inquit, cū populo suo. Semel quidē aduenit humili & abiectus, iuxta speciū humani corporis (sc̄ enim illum prædixerat futurū Esaias) sua morte liberaturus vniuersos à mortis tyrannide. Idē rursus adueniet in fine seculi, non iā seruator, sed iudex oīm viuorū & mortuorum. Sicut enī nunc ab illius beneficio nullus homin excluditur, ita tunc illius iudicū nullus effugiet. Sed tunc lœti videbunt iudicē æterna præmia largientē, qui inūc mansuetum & exorabilem seruatore non aspernantur, **Apo. 28.** ipso dicente: Ecce venio, & merces mea mecum est, reddere vnicuiq[ue] secundum opera eius.

G a . Jy

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Iudicare enim hoc loco nō est aliud, q̄ iudicaria, hoc est, æqua lance vniuersiūq; opera ponderare & discerner, vt meritam pleriq; oēs recipiant vel beatitudinis vel damnationis sententiā & mercedem. Per viuos autem, quos tū dominus est iudicaturus, intelligimus vel iustos omnino, vel animas ipsas cum corpore: vel tunc adhuc viuentes, subito tamen, vt alij, morituros, vt & ipsi cum aliis iudicium recipiat. Per mortuos vero, vel tum mortuos naturæ, vel culpæ mortuos: quibus definiſſime leges in opere nostrorum catholicorum.

P A R A P H R A S I S.

Mat. 16

Act. 1.

Phil. 3.

Rom. 1.

2. Pet. 3.

Efa. 3.

2. Tim. 4.

Apoc. 22

Mat. 16

Psal. 50

Num. 11.

I Tem credo eundem Dominū nostrum Iesum Christum, certo deniq; in nouissimo huius seculi & temporis dīe, cū summa maiestatis suę gloria ex coelo iterū esse venturum, & iudicaturum viuos, hoc est, eos quos tum viuentes inuenient: & mortuos, hoc est, eos qui dum a temporibus Adam usq; ad eā diem nouissimā defuncti sunt: vt singuli iuxta iustissimā illius sententiā quod meruerunt, eternaliter recipiant: vt ipse deinde cū suis per secula seculorum, nō secus atq; aeternus ab aeterno deus, viuat & regnet. Id, inquā, credo de Iesu Christo, vniigenito Dei patris filio, domino nostro, iuxta hanc manitatem ipsius deitati conunitam.

OCTAVVS ART. S. MATTHÆI.

Credo in Spiritum sanctum.

Declaratio & confirmatio.

Hic articulus tertiam in diuina Trinitate personam exprimit, quæ est spiritus sanctus, in quem pius homo se per huius articuli verba credere cōficitur. Ut autem ille vna eademq; in Trinitate diuinitatis persona doceatur, sicut dictum est, in Deum patrem credi, adiecita præpositione: ita & in Christum filium eius, ita & in spiritum sanctum. Et si vero spiritum sanctum, inter infinita propemodum ex sacris literis testimonia, patet ex propheta, deum sic rogante: Ne proicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Et scriptura alibi ait: Quis tribuat vt omnis populus propheteat, & det ei dominus spiritū suum? Et angelus ad Mā-

D E XII. ART. FIDEI . LIB. II. 19
 triam inquit: Spiritus sanctus superueniet in te. Ipse autē Luc. 1
 spiritus sanctus deus est, vnius cū deo patre & filio, ab utroq; perpetua æternaq; manatione tam mirabiliter q̄ ineffabiliter procedens, quem missum apostolis ecclesia recolit. Cōceptus est autem dici spiritus, a spirando, q̄ tacito eius adflatu animi nostri vivificantur, & spirant in recipiēdis a deo diuinis donis, veluti corpora nostra halitu viuunt & spirant. Id quod Christus suo ad apostolos inflatus, satis apertō subinſtruavit, dicens: Accipite spiritum sanctum. Sanctus autē dicitur, vt ex cludantur spiritus prophani nō sancti, nec a deo sancto sanctorum procedentes, nec sanctificantes vt ille, qui nos & oīa sanctificat, de se dicens: Ego dominus sanctificans eos. Per ipsum enī vniuersa dona, qua ad nostrā sanctificationem pertinent, nobis cōmunicantur, Paulus dicente: Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones administrationum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem autem deus, qui operatur omnia in omnibus.

Ex quibus perspicuum fit, hominem christianū pie ac recte credere in spiritum sanctum, vt in eundem cū patre & filio dominum & deum: contra Macedonia nos, Nestorianos, Eutychios, qui posuerunt spiritū sanctum esse creaturam, patre & filio minorem, & quasi utriusq; seruum & ambobus subiectum, nec simul cū patre & filio posse adorari, glorificariq;. Deinde constat per hæc, oportere etiā Christianum credere in spiritum sanctum, deum et dominum, qui animas nostras non aliter sua sanctificatione vivificant, atq; spiritus manus corpora vegetat, iuxta saluatorem dicente: Spiritus est qui vivificant. Credat pariter idem Christianus eundem spiritum sanctum ineffabiliter ex patre filioq; procedere, iuxta dominum dicente: Quum venerit pater aeternus, quem ego vobis mittam a patre spiritum vegetatis, ille vos docebit omnia. contra pertinacissimos oīlī nōnullos Græcos, qui dicebant spiritum sanctum a patre dūntaxat, non etiam a filio procedere: quum tamen eiusdem ab utroq; processio, cōtineatur in concilio

Act. 2.
Ioan. 16

Eze. 20

2. Cor. 13

Ioan. 6

Ioan. 13

C. 116

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

11o Ephesino, apud ipsos edito. Et ipsi quoq; Graci si
lam processionem in Conclilio Lugdunensi sub Gre
gorio decimo publicitus sunt confessi.

a. Pet. i.

Postremo credit per hunc quoq; articulum Christia
na pietas, eundē spiritum sanctum esse loquuntur p̄ san
ctos eilim prophetas, iuxta dictum petri, d. Non volun
tate humana allata est aliquā prophētia, sed spiritu san
cto, inspirati, loquuntur sunt sancti dei hoīes. cōtra Monta
num & Porphyrium, & hoc genus hereticos, qui dixe
runt prophetas ipsoꝝ, quasi arrepticos, & mēte captoꝝ,
enunciās̄ sacra oracula, diuināq; mysteria, vt hac ini
pia adseritione deraherent verbis prophēticis fidem et
autoritatem.

P A R A P H R A S I S.

Matth. 3.
Marc. 11.
Luc. 3.
1. Cor. 12.
Rom. 10.
Sap. 7
Ivan. 5. 6

INsuper credo in spiritum sanctūm, exq; secundūm
omnem substantiam in Trinitate diuina deū & do
minum viuiscentem, vt qui sit, quo pater per Christū
& in Christo omnia viuiscat & operatur, ex patre fi
lioꝝ ineffabiliter procedens: qui & cum patre & filio
verus deus simul adoratur & conglorificatur: qui &
per prophetas est loquutus, nos pro nominis sui officio
sanctificans per ecclesiam catholicam, peccatorū remisi
ōnem, carnis resurrectionem, & vitam aeternam, qua
& credo, vt subinde sequitur.

NONVS ARTIC. S. IACOBI.
Sanctam ecclesiam catholicam, sanctiorū communionē.

Declaratio & confirmatio.

HAUD sanē est, vt in praesentia recenseamus variatio
nem, qua pleriq; omnes ferme doctores variant in
interpretationem huius articuli: quandoquidem eam iū
in lib. catholicorum non modo posuimus, sed & pro
virili ad vnitatem redigimus: ideoq; hic merito causa
breuitatis transeundum, quū doceamus quodammodo
catechumenos, quos haud expedit pluribus obtūdere.
Quia verō hic articulus ecclesiae mentionem facit, pro
fuerit (arbitramur) scire, Ecclesiam esse ac dici, totam fa
deliū & in Christo regenitorū congregatiōnē, que con
pus est Christi mysticū, & Christus caput eius. Qui ave
rō ea merito & recte vel sola appellari debuerit cōgre
gatio,

DE XII. ART. FIDEI LIB. II. 26

gatio, quæ vero diuinoꝝ cultui, adeoꝝ vni deo innitiſ,
cepit olim ecclesia dici oīs coadunatio hoīm, que vñū
deum professa est, suamq; per Messiā Christum aliquā
do aeternā salutem sibi à deo restitutū im̄, que ē n̄ pecu
liari vocabulo Iudæis vocata est synagoga, nobisq; ec
clesiavocari solita, ob religiōis fideiꝝ discernē. Sic utq;
& in veteri testamēto ſepe inuenimus vñupari ecclesia
pro iīs, qui vñū verum deum, & in eo suā ſalutē, in pro
toplasto perditam, per Messiā reſtituendam sibi profite
bantur. Sic nos quoq; ecclesiam dici poſſe censemus, cō
gregationem omnium fidelium à principio mūdi vñc
ad consummatiōnem ſeculi: & non ſolum cōpræhende
re ecclesiam Christi, ſed etiam synagogā Mōis: ſimul
& eos qui fuerūt ſub lege naturali. Credit itaq; ſum
matim pius homo per huius articuli verba, eam ecclesi
am, hoc eft congregationē sanctā, que in primis eft ca
tholica, id eft, vñiuersalis, que toto terrarū orbe conſi
ſit, iuxta prophetam dicentem: In omnem terrā exiuit Psal. 18.
fonus eorū, & in fines orbis terrę verba eorū. Et apoſto
lus: Gratias, inquit, ago deo meo pro oībus vobis, quia Rom. 10.
fides vestrā annuntiatur in vñiuerso mundo. Cōtra Do
natistas, & recētiores quoq; nonnullos hereticos, q; fe
parant ſe à generali eccleſia, & allerūt in ſua ſolūm pa
te verā eſſe eccleſia: dannandi proinde ſunt non mo
dō propter hærefim, ſed & propter ſchisma, quo diu
dunt inconfutilem Domini tunicam, nō habentes pro Ioan. 19.
ptereā nec veram fidem, nec charitatem, nec remiſſio
nem peccatorū, vt potē quod nullum horum eft extra
eccleſiaſ catholicam, vnde ſecluditūr hæreticorum ec
cleſia, que ſancta credi non potest, quum non ſit catholi
ca, ſed singularis, quandoquidem ipſa in aliquibus tan
tummodo regionum partibus coarctatur, & haud ali
ter atque fures in certis terrarū angulis includitūr, &
ceu in latibulis delitescit, lucem odiens, tanquam male
operans: de qua ideoq; Dñs: Odi, inquit, eccleſiam ma
lignantium, hoc eft, hæreticorū. Christiana verō eccl
eſia, a ſolis ortu vñc ad occasum, vniuersi fidei ſplēdore dif
funditūr, ex oī tribu, lingua, populo & natiōe collecta.

C 4 Eti

Ioan. 3.
Pſal. 18.
Matt. 8.
Apoc. 4.

1. Pet. 3.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Et si & ipsa sacro sancto sic Christi sanguine redempta
heresi tamen sua quæ domino displicet, se sancta redem
ptione indigna facit: ideoq; sancta non est. Credit itaq;

Ephe.4 pietas Christiana, Ecclesiam esse sanctam, quæ est catho
lica & sanctorum cōmunitio. i. quæ tam in terra adhuc
militans, q; in cœlo triumphans, participat vniuersaliter

vno deo, vno pastore, vna fide, vno baptismate, illi
dem meritis & suffragiis, vnis & ipsis sacramentis,
maxime Eucharistia, totius vnitatis & concordia fa
cramento, iuxta Paulum dicente: Obsecro vos fratres
per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum di
catis oës, & nō sint in vobis schismata: sitis autem per
fecti in eodem sensu & in eadem scientia. Contra haere
ticos & schismaticos, quorum ecclesia nō est sancta, q; a
nec catholica, nec cōmunicans ipsis sacramentis &
doctrinis: quemadmodum nunc supra q; dici potest,
apertò videmus, quum eorum fides in omnibus pene
tam sit varia, q; ipsi sunt varii in oib; etiam inter sepa
sos & a seip̄s dissidentes. Quismodi catholici nō sunt
quantumvis utrobicq; male viuuntur.

P A R A P H R A S I S.

Gen.7 Credo postea unam in toto terrarum orbe esse ca
Eph.1.5 tholicam, sanctam & apostolicam Ecclesiam, cu
Col.1 sus caput mysticum Christus est: in qua vel solus ho
mo possit ac debeat saluari, & extra illam nemo: quæ p
spiritum sanctum congregata conseruat & gubernat
Heb.11, indiesq; venerabilib; sacramentis atq; dei verbo nu
Ioan.3 tritur & vegetatur. Cuius vel sola fides est illa, quā ha
Mar.16 ctenus confessus sum, & confessurus deinde: sine qua a
Ioan.5 deo nemo possit placere deo, vt qui eam non habet, iā
Io.6.26 sit iudicatus. Credo quoq; communionem sanctorum,
v. Co.10 id est credo me per sacramenta hūsus Ecclesie, ad: oq;
v. Cor.15 per eiusdem ecclesiæ fidem ita Christo capiti nostro at
Ephe.6 que oib; sanctis communione quadam vñtri, vñtrisq;
Apo.14 effici, vt quicquid boni vñquam Christus & eius san
cti, vel nuper defuncti, vel adhuc viuentes, meruerint,
idipsum totum mihi verè credenti, & in Ecclesia exis
tenti, in meam sit cessum salutem, ita vt de æterna

DE XII. ART. FIDEI LIB. II. 21
vita consequenda, mihi nequaquam sit diffidendum.

DECIMVS ARTIC. S. SIMONIS.

Remissionem peccatorum.

Declaratio & confirmatio.

PER huius articuli verba pietas Christiana credit,
sibi in catholica ecclesia maneti, & sacramenta ipsi
us participati, a deo tā per baptismū fluminis, flaminis
et sauguinis, q; per poenitentiā post baptismum, pecca
ta sic remitti, vt sibi cceli ingressum non præcludant,

juxta Dñm per prophetam dicentem: Conuertimini, Eze.18

& agite poenitentiā ab omnibus iniquitatibus vestris:
& non erit vobis in ruinam iniquitas. Et quare moriens
mini domus Israel? Quia nolo mortem peccatoris, sed

vt conuertatur & viuat. Et Dominus ad discipulos:

Quorum, inquit, remiseritis peccata, remittuntur eis. Ioan.20

Nec quidem semel tantum, sed & pluries, Dñs eodem
ad Petru, de numeraria vice remittendi peccata rogat,

in hæc verba dicete: Non dico tibi, vñc septies, sed vñc Mat.18

que septuagies septies. Contra Montanum, Nouatū, Luc.17

Nouacianum, & id genus haereticos, qui neq; per poe
nitentiā putarunt denuō peccatoribus remissum iri

peccata. Id quod est, Dñs omnium misericordiarum ty

ramnide m impingere, a quo prorsus est alienus, quum

non sit eius misericordiae numerus: maximè, quod vix

inueniatur homo qui non peccet, vñc saluetur iustus.

Quid multa? De nullo legitur, cui verè poenitentiā Do

minus denegat remissionem peccatorum: quam vel

ob id, cœlum ascensurus, suis concessit discipulis, eorūq;

successoribus in ecclesia catholica sacerdotibus, vt altis

impartiant. P A R A P H R A S I S.

Credo in eadem vñica ecclesia catholica remissio

peccatorum, vtpote q; virtute & merito passionis

Iesu Christi, peccata priora mihi sint misericorditer re

missa: & si qua, qualibet vel grauia vel multa, post ba

ptismum vel quolibet modo (prout omnis homo ad

Rom.4

naturali natura pronus est, & quod nemo sit qui nō pec
cat) commisi, seu commisero, eadem Iesu Christi passi

onis virtute, atq; mihi ex animo poenitenti, misericor

Act.8 dites

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mat. 12. diter, & ita quidē remissum iri, vt ex dei misericordia,
Act. 1. si poenam æternam propter ea peccata demerauerim, tē
8. II. porali quæpiam pœnitentia satisfacere possim: adeo, vt
2. Tim. 1. tandem haud aliter atq; nunq; peccassem, futurus sim
Eze. 18. mundus & purus, cœlographus.

VNDECIMVS ARTIC. S. THADDÆL.

Carnis resurrectionem.

Declaratio. & confirmatio.

Adstruit hic articulus, futuram in fine seculi resurrectionem humanæ ciuiusdemq; demortui corporis, qd per carnem hinc intelligimus, quandoquidem unaquaque anima, quæ interea in loco per deū ordinato, viuit, vt quæ sit immortalis, recipiet suū corpus, quod exanimé per mortem vel quilibet variā refiquerat, simul cū ipso deinde vītura, iuxta Job, post infinita de resurrectione futura ex sacris eloquis testimonia dicentem:

Scio. qud redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrectus sum. Et rursum circumdabor pelle mea: & in carne mea videbo deū: quem visurus sum egoipse, & oculi mei conspicetur sum, & non aliis. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Et apostolus alibi Corinth. & Thessalonic. admodum multis perdoctet, nos, qualibet hic morte defunctos, in nouissimo die resurrecturos: & quoslibet, quod hic meruerunt, a sustinuo iudice Iesu Christo receperuros, iuxta Dominum dicentem: Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Si enim resurgere dicitur id quod cadit, profecto resurgent in veritate caro nostra, quoniam ea in veritate cadit. Nec erit secundum Ori genem immutatio corporum, id est, aliud nouum corpus pro carne: sed eadem caro corruptibilis, tam justorum quam iniustorum, caro incorruptibilis resurgent, ut vel poenā sufficerit posit pro peccatis, vel in gloria æterna manere pro meritis, iuxta prophetam dicentem: Qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt: aliq; in vitam æternam, aliq; in opprobrium. Ad quos per aliū proph

Dan. 12. tam sive posse pro peccatis, vel in gloria æterna manere pro meritis, iuxta prophetam dicentem: Qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt: aliq; in vitam æternam, aliq; in opprobrium. Ad quos per aliū proph

DE XII. ART. FIDEI LIB. II. 82

tam dabit dominus: Ecce ego aperiā tumulos vestros, **Ezecl. 37:** & educam vos de sepulchris vestris, & viuetis. Et ego intromittam intra vos spiritum, & viuetis: & dabo lucem per vos neruos, carnes & cutem. Atqui superuacaneū duxerimus, huc de resurrectione articulum multis hac parte munire, quum ipsum in lib. Catholicorum innuerit, merispene, & isidem inconuincibilibus ex vetere & novo testamēto scripturis, insuper & rationibus haud quaq; fruiolis nec cōtemnendis, comprobauerimus: ita præsentia duntaxat monentes, ne quis paulo sit, quare, do de hac ipsa corporum resurrectione, curiosior, quando ipsa creditu facillima esse debeat, cum quia illam fore prædicti, qui mentiri nequit: tum quia eam operabitur, qui omnia potest. Nunquid dubitemus cum **Phil. 3:** posse in pristinam naturam restituere, quod ex sua forma mutatum est, qui ex nihilo inuersa creauit? Et hoc **Gen. 1:** est quod Apostolus affirmat, nos videlicet ē celo expē. **Phil. 3:** stare saluatorem, Dominum nostrum Iesum Christū, qui sic reformaturus corpus nostra humilitatis, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiā possit fibi subiicere oia. Ipse enim potens est omnia abundantius facere, q; nos intelligēmus. Abst proinde, ut vel ideo tantillū de resurrectione futura dubitemus, quum quotidie videamus argumenta illius apertissima. Quid enim dubitas à morte resurrecturum te, qui, anteq; viueres, nihil fuisti? Quur etiā dubitas an refugas, qn totū quod in rebus est, cōtinue sic resurgat? Nonne sol occidit & resurgit? dies sepelit & reddit: mēses, anni, fructus, tēpora, semina, cūm trās eūt moriuntur ipsa: quū redēt eadē, sua morte virescūt? Nonne etiānū, quoties dormis & dormiēdo euigilas, tecū quasi moreris & resurgis? Quā ob causāvel nō extremā, mortui in dñō dicunt dormire, q; vt dormiētes **Ioē. 12:** aliquando eius q; oia potest, virtute sint resuscitandi & **1. Thes. 4:** resurrecturi.

P A R A P H R A S I S.

I Dentidē credo carnis resurrectionem: nem penos oēs quocunq; loco & tēpore, & qualitercunq; viximus atq;

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

atq; mortui sumus, ab initio mundi vñq; ad ipsius finē
in nouissimo die, quum ē celo. visibiliter reuersurus est
Christus, corporaliter in debita ætate & forma, sine ali-
quo corporis defectu, cū eisdem prioribus nostris con-
poribus, virtute & potentia diuina perinde, in unico
momento, vt Christus olim verē resurrectos & viui-
ficandos, per animarum nostrarum ad corpora reuniti.
Mat. 28
Mar. 16
Luc. 24
Ioā. 20. 21
Mat. 16
Ioā. 5
Rom. 14
2. Cor. 5

atq; mortui sumus, ab initio mundi vñq; ad ipsius finē
in nouissimo die, quum ē celo. visibiliter reuersurus est
Christus, corporaliter in debita ætate & forma, sine ali-
quo corporis defectu, cū eisdem prioribus nostris con-
poribus, virtute & potentia diuina perinde, in unico
momento, vt Christus olim verē resurrectos & viui-
ficandos, per animarum nostrarum ad corpora reuniti.
Mat. 28
Mar. 16
Luc. 24
Ioā. 20. 21
Mat. 16
Ioā. 5
Rom. 14
2. Cor. 5

DODECIMVS ART. S. MATTHIE.

Et vitam æternam.

Declaratio & confirmatio.

ET hic duodecimus, idēq; postremus catholicæ fidei articulus, est bimembris. Primo quidē in eo pietas Christiana confitetur se credere, q; qui hic à mundi exordio moriuntur corpore, post iudicium rursus corpore victuri sint vitam, vtpote in regione verē viuentū, iuxta prophetam dicentem: Credo videre bona domini in terra viuentium. Et rursus. Placebo, inquit, domino in regione viuorum. Deus quidem inibi est, uō mortuorum, sed viuentium: contra eos qui falsè negant alibi nunc viuere, qui corporaliter hinc in Domino decerterunt, contra eos, qui non credit futuram venturi ieculi vitam, nec aliquam alibi esse, sed animam simul cū corpore interire, nec aliquando reuicturam, dicentes:

Eccēs. 3 Vnus interitus est hois atq; iumentū, & æquavtrius conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur: quā tamen etiam ethnici crediderunt immortalem esse animam, naturæ fortassis duntaxat lumine perdocti. Secundō confitetur se credere, non solum q; viuant vitam, sed & quod viuant vitam æternam, vtpote finis nesciā & interminam, nec ultra morituri, iuxta Christi verbum: Illi qui digni habebūtur seculo illo & resurrectione ex mortuis, necq; nubunt, necq; ducunt vxores: necq; enim ultra mori poterunt. Siquidem viuunt haud secus arq;

Plal. 26
Plal. 114
Mat. 22

Luc. 20

DE XII. ART. FIDEI LIB. II.

membra cum capite Christo, qui (vt paulus ait) resur-
gens à mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non do-
minabitur. Ita nimirū nec nobis ipsius membris, Apoca-
lypsi teste, dominabitur. Ipsa verō vita æterna dignosci-
tur consistere, tam in stola animæ, quam animæ. Stola
autem animæ, rursum in tribus. Primo, in manifesta
summæ Trinitatis agnitione, quæ succedit fidei, iuxta
Dominum dicentem: Hæc est vita æterna, vt cognos-
cant te solum verum deum, & quē misisti Iesum Chris-
tum. Secundo in perfecta eius fruptione, quæ suc-
cedit spei, iuxta Paulum dicentem: Videmus nunc specu-
lum in ænigmate, tñc facie ad faciem. Spe quidem nūc
salui sumus, sum salui vero futuri re ipsa, quando vide-
bimus eum sicuti es. Tertiō, in perfecta erga Deum
& proximum dilectione, quæ succedit charitati, quæ nūc
quam excidit, sed alibi perficienda, secludet omnem fo-
ras timorem: contra eos, qui negant in coelo viuentes,
pro nobis eorum confratribus orare. Id quod charitatis
est, vtq; alias q; hic, vehementioris: quasi illi minus illa-
lic: q; hic, sciant & ament. Quod sane falsum est, maxi-
mè quod in coelo sancti vel magnopere pro nostra orēt
salute: quoniam sine nobis, quoad gloriam corporis, cō-
summari nequeunt, nos audissime expectantes. Sto-
la quoq; corporis, tum quatuor rebus cōstare creditur
& dotibus, vtpote in Agilitate, Subtilitate, Claritate
et Impassibilitate, iuxta scripturam dicentē: Fulgebunt
iusti, & tanq; scintillæ in arundineto discurrent. quem
admodum in lib. Catholicorū singula & vniuersa vber
rimè declarauimus, hic incassum repetenda. Hic quidē
non aliud sumus addituri, quam eam esse vitam æter-
nam: in qua Deus ille optimus ita in omnibus est om-
nia, vt (Ioanne teste) similes illi simus futuri: atq; ideo
scientes & habentes omnia non solum bona, sed & op-
tima quæq; sine alicuius mali præsentia, quæ ab omni-
bus summo & recto voro desiderari queunt: & quidē
tanta, vt eis condignæ non sint, quotquot sunt & quan-
tæ huius mundi passiones. Siquidem tot & tanta sunt
inibi bona, quot & quanta oculus non vidit, nec auris
audie-

Rom. 6

Ioā. 17

2. Cor. 13
2. Joan. 4

Heb. 11

Sap. 8

2. Cor. 15
2. Joan. 3

Rom. 6

Esa. 64

2. Cor. 2

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
audiuit,nec in cor hominis vñquam descenderunt.

Esa.64.
z.Cor.2.

Esa.vlt.

Mat.25.7.

Mat.15
Ioan.5.

Ioan.5.

Rom.6
z.Cor.15.

Esa.64.
z.Cor.2.

Interea quoq; scias velimus,Christianam pietatem
æque sub hoc articulo credere pœnā æternā malorum,
sicut credit vitam æternā bonorum: illam vt suppliciū,
hanc vt præmium. Siquidem iuxta prophetā, Vermis
impiorum nō est moriturus, nec eorum ignis vñquam
extinguendus. Ad quos propterea dominus in nouissi-
mo iudicio dicturus est: Discidite à me maledicti, quo
nescio, in ignem æternum, qui paratus est diabolo &
angelis eius, vbi fletus est & stridor dentium:nempe i-
gnificans magnitudinē horrendi damnatorum perpe-
tuo apud inferos supplicij,nunq; finisci. Contra Ori-
genistas & alios hereticos, qui crediderunt dæmones
in angelicā,qui creati sunt,dignitatem reddituros,& im-
pios homines iustorum societate donatum iri post tor-
menta,quasi suppliciis expurgatos. Nos vero nō ipsi,
sed credamus iudici oīm iustissimo, & eidem retribu-
tori æquissimo, qui dicit: Ibunt hi (imp̄j) in suppliciū
æternum,iusti autem in vitam æternam, vt percipiant
fructum operum suorum.

P A R A P H R A S I S.

Credo finaliter vitam æternam, hoc est, quod ex-
acto supremo iudicio, malū eternaliter ineffabiliter
mento punientur sine aliquo fine, quoniam hic quoad po-
tuerunt, contra Deum infinitū peccauerunt, & pro pec-
catis, quium potuissent, peccitare noluerunt. Et diuerso
credo, quod qui bona hic egerūt, vel de peccatis deniq;
poenituerunt, cum Christo iudice in vitam æternā ad
celos sunt ituri: illiq; cum eodem æternaliter victuri,
vt qui semel mortui sunt, ultra non moriantur: neq; eiis
mors dominabitur, vt pote qui per secula seculorum,
eo ac tanto gaudio & præmio sine intermissione, sineq;
aliquo fastidio perfuerint, quod & quantum neque
oculus vidit, neq; auris audiuist, nec in cor hominis ad-
scendit. Ad quam sane vitam æternam credo nos sola

DE XII. ART. FIDEI LIB. II. 24
dei misericordia per Iesum Christum dominum no-
strum certō peruenturos, Amen.

Conclusio.

Hac hactenus dicta sunt de duodecim articulis
Christianæ, adeoq; Catholicæ fidei, primæ feligio-
nis Christianæ partis: quos alibi singulatim, multoq;
fusius pro loco & tempore disputauimus. Hac sane
duntaxat parte dedimus operam, quod fidei summam
dilucida & simplici breuitate simplicioribus, ceu quis
busdam catechumenis proponeremus: nihil ultra sub-
sidentes, quām quod nolimus latere quenquam, omni-
nes in vñuersum articulos, constringi posse & cogi
in tres articulos, secundum tres in superbenedicta Tri-
nitate personas: in quibus Christiana pietas vñnum
ex vñ in Trinitate, & Trinitatem in vnitate venera-
tur: vbi nihil est neque prius neque posterius, ne
que maius, neque minus, sed totæ tres personæ, coæ-
ternæ alibi sunt & coæquales.

Primus autem articulerum, sicut accepimus, perso-
næ patris omnipotētiā: lex deinde, personæ filij
humani ad salutem nostram perficiendam, mysteria,
quinque vero postremi, personæ spiritus sancti singula-
ria dona, & opera sic exprimunt ut interim iuxta fidem
catholicam, diuinarum personarum ad extra pro-
fusa operatio, vna sit eadem, sicut & virtus &
substantia, quanquam proprietas illarum alia sit
& alia.

Docemur autem in hisce duodecim fidei articulis,
eam tamque eminentem scientiam, vt in ea omnis
nostra consistat sapientia, quam illa multo longissi-
mè superat: adeo, vt ipsam non docens ille Plato
nescierit, nec solum Demosthenes eloquens ignor-
uerint, sed & ignorauerint quotquot fuere huius
mundi sapientes & prudentes, quanquam summis
eonati sint viribus, vt quid DEVS esset, quid
que ille ageret rescirente: frustra tamen ita omnes
hic parte moliti sunt, vt eorum sapientia & pru-
dentia, prorsus fuerit reprobata & perdita.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Norunt proinde hāc veram & solidam sapientiā Ch̄istiani, vñigenito dei filio duce & doctore, qui solus in filii patris residens, eam nobis per hosce duodecim articulos, apostolis per eum et eius spiritū loquentibus, in depropinxt & enarravit, ut eius adiutrice gratia, plane nunc intelligamus quid nobis à deo cum expectādum accepitendum sit, vt qui fide inibi duodecim articulis expressa, cognoscimus ipsum deum totum : nempe quantus & qualis sit, quid quantumq; illi debeamus.

Rom.3
Gal.2.3

Est autem hāc ipsa illa fides, qua vel sola nec alia iustificamur, res sane vel vna, quae nos deo probatos charosq; reddit: neq; nos solum, verūm (si quis repeatat ab orbe condito) maiores nostros omnes, qui sola fide, que per charitatem operatur, prōmeruerunt quod assecuti sunt. Siquidem nulla est res, que pios & quē deo nos commendet, ac certa de illo fiducia, quum sit animi optimi deo sentiētis, nihil addubitare de dictis illius, quum nec appareant (vt audiuimus) vsquam humanis sensibus quae dicuntur, nec humana ratione probari possint, sed per solam scripturam colligi: quam ille nobis tradiduravit, quem scimus nihil non posse, nec posse mētiri cui et in quem si quis per scripturam, verbo scilicet de credit, deo maxime commendatur, propter indubitati in ipsum fidem, sine qua nemo illi placet. Quisquis ideoque illi velit esse commendatus, primum oportet vi deum esse credat, qui possit omnia, quicq; velit optima, Deinde, hunc agere curam rerum humanarum, pérque hunc nec pīos, qui neglectis huius mīti visibilibus bonis, deum inuisibilem inquirunt, fraudari suis premiis, quantumuis affligantur in hac vita: nec impīus defutura supplicia, etiam si hoc in seculo videātur secundis vīventis: quandoquidem in deum patrem, filium eius, & spiritum sanctum modo quo hactenus docuimus, haud credunt. Siquidem veritas dicit: Qui non credit iam iudicatus est. Et iterum: condemnabitur, Qui non credit, vt pote fide illa, quam nobis Symbolum Apostolicum huc usq; præscripsit, quum sit sola & vniqua fides, quae vera est, impietate omnem, & falsas religiones ab-

Gal.5.

Hebr.11.

Hebr.11.

Ioan.3

Mar.10

DE XII. ART. FIDEI LIB. II. 15

ficiens, earūmque spectatoribus aeternam peccatum comminans.

Quæ nimurum fides, fuit ac fides patriæ archarum & Prophetarum, figurata in lege naturæ, prænunciata in lege scripta, reuelata a C H R I sto dei filio & docta, ab Apostolis toto terrarum orbe usq; in fines orbis, subsequentibus miraculis prædicta, a sanctis martyribus effusione sanguinis testificata, ab omnibus orthodoxæ fidei professoribus firmiter confessa.

Sed queris an nihil aliud Christianum credere oporteat ad salutem, quām quod duodecim continentum est articulis. Respōdemus credi oportere quidquid inibi exprimitur, quidquid illuc reduci potest, ac necessaria & certa aliqua connexione inde depēdet, aut subtili indagatione ex eis quoouis modo colligi queat, & denique quidquid affirmat sacra scriptura, quæ soli uiuequit, quum tradita sit à spiritu veritatis: & quidquid ex ea coniecturis certis colligi potest, quenadmodum non parum multis ostendimus in opere catholicon, quando disputabamus species veritatis catholicarum: quo te lectorem canidum remittimus, huic secundo in catechismum catholicum libro colophona portentes.

REVERENDISSIMO PATRI,
illusterrissimo principi ac domino, Domino Alexandro Farnesio S. R. E. Cardinal. & Vicecan. cellario dignissimo & amplissimo Domino suo clementissimo Fridericus Nausea Blancicampianus, Episcopus Viennensis,
S. P. D.

HAUD ignoras, opinor, Alexander princeps multis sane modis ter illustrissime, necnon singulare Cardinei senatus ornamentum, quām non partum multi cū doctrina tum pietate præclarí viri, vel à nascente statim ecclesia qualdam doctrinæ Christianæ

D. Christianæ

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

stianæ methodos indubie propterea instituerint ac informauerint, ut extarent eiusdem doctrinæ Christianæ quædam compendia, quasiq; nonnullæ Summæ, in quibus locos ad Christianam religionem & pietatem pertinentes, non secus atque in quibusdam tabulis positos plerique omnes, qui Christo optimo nomine dedissent, complecti possent & cōspicere, quippe quod vix ullam hac docendi ratione iudicarent utilorem. Id autem licet nemo facile possit incidas ire, quum fatus abunde constet, hasce ad docendum valde conducere: non tamen defuerunt hactenus, qui profus adseuerarent in multis, qui versari essent in hoc ipsi scribendi docendi genere, propter inauditas planæ propemodum nouas huiuscemodi calamitosæ temporis, tam locorum quam personarum circumstantias impendio multa desiderari. Quod ipse verum esse animaduertens, & quod in aliis ante nos desiderarerut, redere cupiens, & sedulo dein multorum etiam non commendare nec dignitatis, nec autoritatis hominum hortata ferme compulsi, quæ nuper partim apud Moguntinenses, partim apud Viennenses populos catechizando pro concione dixi, in sex, quos hic qua possum reverentia offero, catholici catechismi libros congregos, deinceps certas obs causas S. D. N. Paulo tertio pontifici maximo, & reverendissimis illius ac S. R. E. cardinalibus in viuierum consecraui, necnon deinde singula totius operis volumina, singulis dicauit paternis. Inter quos ita mihi semper, haud iniquo certe iudicio, visus & habitus es facilè præcipiis, ut committere nequaquam potuerim, quin tertium in ordine libri de septem catholicæ ecclesiæ Sacramentis (quod ita videbatur eorum, quæ catholicæ sunt religionis, ordo postulare) modis, quibus potui omnibus reverendissimis & illustrissimæ celstudini tuae dedicarem.

Etsi enim qui catholicæ religionis & eius doctrina rudimenta hactenus ad veram salutem plane necessaria conscripserunt, haudquaquam dispari sententia pro

DE VII. SACRAMEN. LIB. II. 26

cesserint, non eundem ramen omnes ordinem sequuntur. In quorum equidem sententiam sicut pedibus etiam facile concesserim, sic ab eorum pariter ordine, nisi quatenus ratio secus suggesterit, non cedo: nempe nusquam non ecclesia catholicæ iusta ex parte seriem praeseferens.

Qui enim fidei primum vel ideo locum trado, quantum ipsa sit adeo basis totius Christianæ religionis, ut circa illam religio verius haberi possit ac dici debeat superstitio, quam religio, proximum post articulos fidei catholicæ locum sibi sure quodam vendicare visa sunt septem catholicæ Ecclesiæ Sacra menta, quod ea sint perinde certissima quædam fidei Christianæ symbola, quemadmodum in hoc ipso, tibi de septem sacramentis Ecclesiæ catholicæ dicato, libro subinde paulo fusi us est videre.

Quod autem illustrissime princeps ita seorsum singula volumina singulis principibus, isdemq; præcipuis patronis dedicauerim, sicut nulla prorsus factum est ambitione, ita nec ipsum tam feci, quia duos parietes (vt est in adagio) de una fidelia dealbare, vnaque & easdem opera simul omnes demereri studuerim, quam quia rationem alias à me redditam, probari mihi declarauerim. Nec est quod magnopere formidem, quod minus hoc recte fecerim, quia potius huic operi nostro futurum bene sperem, quod plerunque semper vsu venire solet ei templo, quod pluribus coniunctum diuus consecratum est. Sicut enim videmus hoc sepenumero plus ei templo maiestatis ac veneracionis accedere, quod pluribus una diuus dedicatum est: ita sane confido, quidquid huius est operis, hoc felicius & auspiciatus exiturum in manus hominum, quo pluribus, & isse quidem totius orbis facilè summatibus, simul inscriptum est.

Inter quos ipse tam raris tamq; diuinis tuis virtutibus haud secus atque phœbus inter minora sidera prælucet.

D 2 res,

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

tes, si tu illis in omni quoq; virtutū genere per se splen-
didissimis & ornatissimis, nō plus splendoris & deco-
ris adderes, q̄ ille cæteris sideribus tenebrarum offun-
deret. Cæterum ne parum prudens, hoc nō ira quidem
cōmodo loco latissimum tuarū laudum campum sim
ingressurus (quandoquidem huius ingeniolī vis tuis sit
præclaris virtutibus longe impar, nec mea ad illas in-
fantia tantillum adspirare posse) verū cōpendio po-
tius laudes tuas explicaturus, sane mihi augurari vide-
or, te, si fata per ætatem finent, eum esse, postq; hac semper
magis ac magis futurū, qui tuis omnigenis virtutibus
& dotibus, domum et prosopiam ipsam Farnesiorum,
quæ alioqui multò oīm laudatissima est, omnino nō lo-
sum sis superaturus & illustriorem redditurus, & illius
lucem ornamentorum tuorum splendore quodam mo-
do obscuratus, sed & magnum illum tuum patruī.
Papulum dico tertium, pōntificem max. cuius ipse secun-
dum sanguinem nepos es haudquaquam penitendus,
in ipso summa dignitatis fastigio sis æquaturus. Atq;
proin illustrissime princeps, tantus quam sis, & ab om-
nibus merito veraciterq; habearis, cur tibi seorsum di-
caturus haud fuisse librum, nō ob sui, sed materię ma-
gnitudinem vsqueadeo tantū, vt ipse inter alios in hoc
opere libros, maiorem se preter eum, qui de duodecim
catholicæ fidei articulis est, habere vix possit. Successit
& alia mihi peculiaris ratio, vt quidquid huius est pro
Catholicæ nostra religione laboris & operis, illustrissi-
mæ tuae celstudini dicauerim, quia videlicet non alia
via licuit testari animum meū, memorem beneficiorū
simul et officiorū tuorum in me nequaq; vulgarium.
Siquidem iam pridem circunspererim, si quod idoneū
argumentum nancisci possem, quo simul & tuam erga
me magnificam liberalitatem & munificentiam, & meā
vicissim in te deuotā grati animi propensionem testatā
apud etiā posteritatem efficerem, vt ipsa videlicet in te
optimi Meccenatis ac laudatissimi presulū imaginem,
in me verō seduli clientis exemplum acciperet. Sed ha-
cēnus in tot ynis curas & solitudines tum priuatas
tum

DE SPE.

LIB. III.

27

tum publicas distractus, hinc variis & molestis pro
repub. Ecclesiastica studiis meis, hinc aliquantis per au-
la regiae negotiis supra q̄ scribi potest, nō occupatus
soli, sed et obrutus, meminisse magis potui officij mei,
q̄ præstare, quemadmodum nec modo propter easdem
causas aliud queam, quum hoc tibi dicato de septem fa-
cramentis libro aliud non ago, q̄ vt ipsum velut arra-
bonem duntaxat exhibeā, quo me magis ac magis pro
recepitis beneficiis adstringam, non vti fidem meam li-
berem, vt pote nō contentus hoc argumento tuā in me
liberalem benignitatem & meum in te animum decla-
rasse. Id quod breui, ceu spero, vberiore magisq; for-
tas viuaci monumento docturus sum, nec aliud inde
speraturus, quām vt aliquo saltē argumēto declarare
digneris, hoc tibi munus meæ pro Christiana, eademq;
catholicæ religione lucubrationis ingratum non fuisse.
Siquidem hic sibi probe cōsciens animus, nec opes, qua-
rum nunquam fuit auditus, ambit, nec honores, à qui-
bus à puero semper abhorruit; voluptates certe multo
minus, quæ nec ætatem nec conditionem hanc deceat,
si libeat frui, & breui mihi sciam relinquendas esse.
Faxit Deus ille optimus maximus, vt sibi mei pro san-
cta eius Ecclesia labores & sudores, grati sint & acce-
pti, & is in suam te gloriam & eiudem sue Ecclesie fa-
lutem & pacem dignitati sacrosanctæ Romanae Sedis
& Reipublicæ Christianæ iuuandæ per quamdiutissi-
me felicissimeq; seruet incolumem. Vienæ Austriae,
decimoquarto Calendas Ianuarij. Anno salutis hu-
manæ M. D. XLII.

Fridericī Nauseæ

BLANCICAMPANI

In Catechismum catholicum de VII. catholicæ
Ecclesie sacramentis, Lib. III.
PRAEFATIO.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.



Ibro proximo, primam Christianæ religionis partē, vtpote fidem, & ea quæ vera fide ad salutem consequendā credenda sunt, eatenus reddidimus, quatenus (deo autore) catechisini ratio permisit, obmis sa suo quidem loco fusiō reddituri, quam ea maiore ex parte in opere Catholicorū reddita bene speramus. Credit autē inter cetera quæ hic cōfulto transiūt, catholicā ecclesia, deum nō modo esse, sed & eum esse optimū & maximū, qui optima quæc velat ac posit, quicq; nos ab initio semper amarit, amet, vtruncq; supra q̄ dici posit, à nobis peccato Iesū & offendens. Cuius sane erga nos charitate ip̄a fide nō obsecrē sentimus, quin illa sub oculos nostros ponat innumera simul & maxima beneficia atq; dona, quæ tam magnus, tam vīlibus suis mancipiis ab ipso conditis, mox initio largitus est, nec largiri cessat. Mittimus enim alia, quæ nec angelorū lingua recensere sufficeret; nonne beneficia sunt amore plenissima summo, quod quum nō essemus, nos fecerit: animamq; nobis talem inspirauerit, qualem nulli plane animātū, vtpote creatoris ipsius imagine insigne, rationis participē, beatitudinis eternæ capacem; atq; illi paradisum plantauit, cœlum extenderit, terramq; substrauerit, Luminaria accenderit? Adde quod nobis idē largitus sit, indiesq; nō secus atq; pater omn̄ clementissimus largiatur, quæ vel ad vtriusq; hominis sustentationē, ad eruditōnē ad consolationē, ad correptionē, ad delectationē felicitate conduceant. Hęc profecto fide, qua de liber præcedens differuit, satis euidenter cognoscimus, articulis praesertim fidēi paulo altius repetitis. Nec interim nos inibi latere potest summū illud ac prorsus incōparabile donum, quo idem Deus omnipotens & pater liberalissimus, vt nobis propter peccata nostra filiis irę, eternoq; suppliciō obnoxii, parceret: proprio, eidemq; unigenito, filio suo Iesu Christo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: nec vulgari quidem, sed nouo tradidit modo, vt qui illum dederit non solum in confor-

Ephe. 2

Rom. 8

DE SPE.

LIB. III.

28

fortem naturę ac vitę socium, sed & in redemptionis nostrae pretium. Cuius sane causa ille non solum creditur conceptus & natus ex virgine, sed & passus, sed & crucifixus, sed & mortuus & sepultus, nec quidem sine summo fructu: quandoquidem ille natus in terram est, Ephe. 4 v̄t ipsi sacerdemur in cœlum: descendit & ille ad iustos, vt nos inde captiuos educeret: resurrexit, vt sua morte redemptis, vitam immortalem daret: ascendit, vt nobis locum præpararet. Quid multas Fide nimirum credimus & agnoscimus, quoniam nos Deus nos fecerit, tamq; multa propter nos fecerit, letq; ipsum, nempe filium, propter nos fecerit, factus nobiscum caro vna, nosq; secum facturus sp̄itum vnu. Qui enim postea est socius & frater incarnatione, pretium mortis crucis: haud dubiū erit nostrum premium, finali utrius beatitudine, quæ est post remissionem peccatorum & carnis resurrectionem vita eterna, quam et omnia quæ ad ipsam pertinent, certo sumus habituri.

Non superest igitur nunc aliud, quām vt spe firma bene speremus, deum certo daturum quæ nos de eo credimus: de qua quidem spe, parte religionis nostræ altera, præsenti (quatenus profuerit) libro differemus, quām iudicio omnium spes fidei, & spei beatitudo succedat.

Quomodo Spes definietur, & qua causa fidei proxime succedat. Cap. I.

T A metu non insima pietate & doctrina theologi plurimarū & plane multa de spe, dehi illius varietate, disputarunt, nec absq; fructu fortasse: nō tamen est, vt hoc loco illos disputatione longa sequamur, qui de ea duntaxat spe dicturi sumus, quam vocat Theologiam, altera nostræ religionis parte: quæ non est terrestrium, sed coelestium diuinarumque rerum cultrix & pedissequa, in hunc ferme modum à piis hominibus definita:

SPES, est certa renū bonarū futurarūq; quas à deo promissas fide indubitate credimus, cum patiētia expedita.

D 4. Etatio

Esa. 5.
Psal. 67.
Ephe. 4.
Ioan. 16.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Rom. 5 statio, ex gratia & meritis proueniens, iuxta Paulum dicentem: Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum per dñm nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gloriam istam, in qua sumus, & gloriamur in spe gloria filiorum dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia vero probat, probatio vero spem. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si vero quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus. Habemus ergo spem, sicut alicoram tutam & firmam, incidentem vix ad interiora velaminis: siquidem spes non confundit: Vides ergo quomodo Paulus appellat spem ancoram firmam, quae constanter & indubitanter patientem ducat ad interiora velaminis, hoc est, ad aeternam beatitudinis tabernacula, quae nobis futura sunt, ut cuncti nunc inuisibilia: quoniam (ut idem alibi dicit) non contemplamur quae videntur, sed quae non videntur. Quae enim videntur temporalia sunt: quae autem non videntur, eterna sunt. Qualem sane spem idem apostolus habuit, quum dixit: Ob quam causam etiam hec patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum. Iam vero, quia sic esse nobis debet de futuris bonis consequendis spes, merito fidei spes succedit, quae & ipsa verbo dei, quo nihil certius & veracius, innixa, profructu certissima est. Accedit, quod ipsa spes sic affinis videatur fidei, ut ea propemodum nauci credatur ex fide. Siquidem fides est qua verbo creditur: spes, qua expectatur quod per verbum promissum est. Ut enim expectemus, potissimum fidem verbi dei facit, iuxta prophetam dicentem: Sperate in te omnes qui noverunt nomen tuum. Quanvis autem fides & spes ita conformes videantur, ut per se non sit cur separamus alterum ab altero, hacten gratia spenumero scriptura vocabulis fidei & spes, expectandi & sustinendi, promiscueuntur: inter se tamen differunt fides et spes, ut filia a matre: differunt & interim, quoniam fides sit & malarum rerum & bonarum, itemque praeteritarum,

DE SPE, LIBER III. 29
praesentium & futurorum, itemque & suarum & alienarum: ipsa vero spes non est nisi rerum bonarum, futurarum, & ad eum pertinentium, qd earum spem gerere perhibetur, ut Augustinus alibi declarat exemplis.

In enchir.
capite 8.
Spem certam tribus praeceps rebus haberi. Cap. II.

Quoniam res est admodum grandis & ardua, peccatores, cuiusmodi sumus plerique omnes, & seruos inutiles, quamlibet quod preceptum est facientes, certam habere spem, hoc est, indubitatem expectationem futurae beatitudinis & eius quod eodem pertinet, consequenda non obseruit, arbitramur, sed plurimum procedit, hac parte sub oculos collocare, quibus rebus praecipue spes ad eandem consequendam nascatur, constet, coadiuuetur, & corroboretur. Quarum sunt tres: ut propter charitas adoptionis, veritas promissionis, et potestas redditionis. Nam in primis haec tria sic posunt ac debet correspondere ut nulla nos penuria meritorum, nulla consideratio proprii utilitatis, nulla estimatio vita aeternae, quae beatitudine est, de celistudine spei deiicere possit aut debet. Qui enim non certe speremus, ab eo nos habituros aeternam beatitudinem, & quae illuc attingent, qui nimia nos charitate in filios suos adoptauit, Ioanne dicente: Videlice qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filii Dei nominemur & simus. Iam vero quid clemetissimus & optimus pater negabit filiis, qui iam dedit quod pater est? Si enim patres in terra mali, filiis suis bona dare norunt, quanto magis pater ille noster celestis, qui non potest esse non optimus! Insuper si filii sumus, certe sumus & heredes: heredes quidem patris, & coheredes Iesu Christi. Nec est quod dubitemus aut desperemus de spe venientie & reconciliationis: quandoquidem omnem desperationem nobis, ut cuncti peccatoribus, submoveat, re debet de filio prodigo parabola. Conducit quoque pro spe habenda, contra propter peccata desperationem, conuersio Davidis, Manassis, Niniuitarum, Zachaei et alterius publicani, Petri, latronis in cruce, Matthaei, Matthei.

Ioan. 3

Luc. xx.

Rom. 8

Luc. x;
Psal. 6. se
Heb. 2
Mat. 12
Luc. 19. 23
Mat. 8

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- Act. 9** Pauli, Magdalena, & aliorum non vulgarium peccatum, quos in hoc propemodū deus videtur expectasse, ut eis tandem conuersis, & penitentibus, veniam largitur, & quidem, illi expectabant firma spe, copiosam: fieratq; verbo veritas, ut vbi abundaret delictum superabundaret & gratia.
- Luc. 7** Deinde, quæso, qui desperemus vel tantillum habe, reipudillum, quicquid in beatitudine est honorū, qui tam verax est in oibus promissionibus, ut non possum mentiri, sed fidelis in oibus verbis suis, promittens per Apost. Beatus vir qui suffert temptationē, quoniam quoniam probatus fuerit, accipiet coronā vitæ. Hinc ad ipsum Propheta ait: Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spē dedisti. Et Ioan. Si, cōsiteamur, inquit, peccata nostra, fidelis est deus & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Insuper accedit illius veracitati in promissione, potestas in exhibitione: vt pote qua ranta est, ut etiā solo verbo oī possit implere promissiones, quantumvis etiam arduas. Est enim eius sermo, inquit scriptura, potestate plenus. Nolumus interim multis cōmemorare, quantū cōadiuuet spem nostram consideratio, qua consideramus deū ipsum esse creatorē, gubernatorē & miseratorē, cuius miserationes sunt super omnia opera eius.
- Ecccl. 7** Iam vero natura cōparatum scimus, artificē sic amare opus fuit, vt vix audire valeat q; ei detrahatur. Verisimile igitur est, deum artificē & creatorē nostri oī, nos sua plasmata & opera, ad sui præsertim imaginē et similitudinē ab ipso creata, velle conferuare & perdita recuperare, quēadmodum Euāgelica de centū oīibus & decē drachymis parabola, confidenter arrestatur, huc merito applicanda. Cui subscrbit scriptura, dicens ad Sap. ii. Deum: Et misereris oī, quia oīa potes; & dissimilas peccata hominum propter penitentiam. diligis enim omnia quæ sunt, & nihil eorū quæ fecisti, odio habes, parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine qui amas animas. Profuerit itaque, semper cum Ecclesia q; ad Dominum clamare:

Nostri

DE SPE, LIBER III.

Nostris malis offendimus Tuam deus clemētiam.
Effunde nobis desuper Remissor indulgentiam.
Memento quod sumus tui, Licet caduci, plasmatis.
Ne des honorem nominis Tui (preciamur) alienis.

Si proinde hæc & id genus alia, quæ hoc loco breuitatis causa mittimus, ex animo recollecterimus, profectio non possumus nō maxime sperare videre bona domini in terra viuentium, quantumlibet peccatores & bonorum operum inopes. Murmuret interim, quantū volet, insipiens cogitatio nostra, dicens: Qui estis vos? aut quanta est illa gloria, quibusve meritis eā obtainere speratis? Respondebimus singuli cum Paulo: Scio cui credidi & certus sum, quia ille in charitate adoptauit me deus, qui verax est in promissione, qui potes est in exhibitione. Licet enim ei hoc facere quod voluerit. Hæc & hoc genus alia, vtq; magnam dant spem eis, q; proflus vacant bonis operibus & meritis: quæ & ipsa nonnulli bonis spei conferunt, eoī non parum condiscunt, velut sequenti ostendemus capite.

An bona opera et merita quoquo modo spem roborent. Cap. III.

Q VI dixerat spem nō modo ex gratia, sed & partim ex meritis prouenire, nō impie mihi dixisse prorsus videri solent: siquidē à vīro nō iprobo dictū recordamur: Sine meritis aliqd sperare, nō spes, sed p̄q sumptuō potius appellari debet. Bñ vtq; sperare nobis cōuenit, si quæ nobis p̄cepta sunt, vt pote bona opera, fecimus: quoniam qui verax est, se pro illis mercede pollicitus est daturum, dicens: Ecce venio cito, & merces mea mectū est, reddere vincitq; secundū opera sua, quā doquidē nos hac vel sola sequuntur post mortē, cuius gratia dñs iustissimus iū: ex oīl est dicturus ad procuratorem suum: Voca operarios, & redde illis mercedē. Sed vt rem paulo rectius accipias, nos non modo propter opera nostra bona & merita, sed & propter alios, rum merita & suffragia spem habere posse non impīam: Primo quidem bene sperabilius propter vniuersalia bona opera & merita IES V CHRIS TI, dei

Luc. 17

Apoc. 22

Apoc. 14

Mat. 10,

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Efa. 9

z.Ioan. 2

Rom. 8

Heb. 5

Mat. 3,17

Mar. 1,9

Luc. 3,9

Heb. 4

dei & hominis, qui nō tam sibi quām nobis meruit, vt
pote nobis conceptus, nobis natus, nobis loquitus, no-
bis viuens, nobis crucifixus, nobisq; demum mortuus.
Quamobrem non possumus nō sperare in merita eius,
q; talis ac rātus pro nobis factus est apud patrem aduo-
catus, qui etiā interpellat pro nobis, vtq; suis ineffabi-
lib. meritis: atq; ideo semp pro eius reuerētia audiēdus
ad quē pater ait: tu es filius meus dilectus, in quo mihi
bene complacuit. Adeamus ergo, inquit Apostolus, cū
fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam con-
sequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno.
Secundo habenda quoq; est nobis spes bonorum in pa-
tria consequēdorū, propter merita sanctorū tā hic q; ali-
bi viuentiū, quorum bona & opera & merita cōmuni-
cantur omnibus in charitate existentibus, quia nobis
cum omnes vnum sunt corpus, & vna Ecclesia, in qua
est communio bonorum spiritualium, & capitū in
membra, et membrorum in alia membra, iuxta fidēi ar-
ticulum: Credo ecclesiam sanctam catholicam, sancto-
rum cōmunionem. Sicut sane in corpore naturali ope-
ratio vnius memtri, cedit in bonū totius corporis, ita
in corpore spirituali, id est ecclesia.

Quia proinde sancti in celo nobiscum corpus sunt
vnum, & ipsi commembra nostra, dubitari nequit,
quā merita eorum nobis ita suffragentur, vt pro-
pterea nobis bene sperare conueniat. Non quod ab
ipsis sanctis gratiam vel dona tanq; ab autore sperare de-
beamus, sed a domino ipso meritis & precib; sancto-
rum, veluti sonant pleriq; omnes in ecclesia orationes,
quas appellat Collectas. Et hoc est quod olim propheta

Psal. 120. dixit: Leuaui oculos meos in mōtes, (per quos Aug-
teste, dei sanctos & electos intellexit) vnde veniet au-
xiliū mihi. Auxiliū meum à domino. Quod ipse idē

Propheta quodammodo exponit altero versu, dicens:
Paticeps ego sum omnium timimentiū te Domine.
Vult enim, omnium sanctorum Deum timimentiū, me-
rita & opera communione quadā sibi suffragatum iri.
Non igitur solum Christus sua bona nobis communio-

DE SPES LIBER III.

cat, sed etiam quisq; hominum spirituales honorū ope-
rum diutias aliis impartiri potest & distribuere. Atq;
hoc est quod olim pī homines à deo quicquam oratu-
ri, commemorauerint antiquorum patrum, Abraham, Gen. 4,8
Iaac, Jacob & aliorū, noīa: nimirū certò sperantes, Exo. 3,2
deū optimū ipsi & posteris petita daturū, benefactu-
rumq; contemplatione iustitie illorum, quos illi quadā
devotione sub oculos & aures collocabant: arguento
vtq; nobis sanctorum merita ex dei liberalissima be-
nignitate prodesse. contra eos qui beatorum pro nobis
suffragia negat, quos ipsi post alios passim in lucubratio-
nibus nostris abūdē cū sanctis scripturis, tum rationis
bus & exēplis confutauimus. Tertio demū poterū &
piē spem nostram coram deo non nihil coadiuware me-
rita, hoc est, opera bona, si qua-dei gratia fecimus, iuxta
prophetam dicentē: Sacrificate sacrificium iustitiae, hoc Psal. 4
est, opus bonum, & sperare in domino. Et rursus: Spera Psal. 16
in domino, & fac bonitatem, id est, bene operare: non
obscure sub indicās, spem sine meritis, præsumptionem
potius dici q; spem: nostraq; bona operā nobis apud de-
um posse coadiuware spem nostram, iuxta alium Pro-
phetam, dicētem: Misericordiam & iudicium custodi,
& spera in domino. Hac tamen parte scitu dignū
esse ducimus, nulla planē nostra esse merita, nec vñius
speciē momenti, si ea, scilicet merita, attendamus ex so-
la nostra dignitate & natura, nulla habita ratione diui-
nae gratiæ adiutricis, aut bonitatis cius īmēnsq; pro-
missentis pro bonis operib; præmia. Cuiusmodi sane
merita non sunt ponenda, vt pote quē non sint. Nam cū
secerimus omnia quā præcepta sunt nobis, adhuc dice-
re debemus, secundum summā veritatis sententiam:
Serui īutiles sumus, quia quod facere debuimus, fecis-
mus. In huiusmodi sane merita nihil sane sperandū est,
quum ea Paulus quoq; dānet, d. Gratia dei vita cetera.
Rom. 6

Luc. 1,7

Gratia estis saluati per fidem, non ex vobis. Dei enim
donum est, non ex operib; ne quis glorietur. Sunt aus-
tem aliqua nostra corā deo merita, vbi ea attēdimus ex
diuina promissione, gratuitē & liberaliter nobis facta,
quod

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

¶ custodientes mandata dei in gaudiemur aeternam re-
quie: et ipsius itidem promittentis veritate quenq; falle,
re nescia ex adiutricis etiā gratia dei ad bene operandū
præsidio, & demum ex operum nostrorum conditione
ac qualitate, posteremo constituenda loco. Huiusmodi
sane merita, etiā portius dei sint q; nostra, ipse tamē Deus
optimus gratuita bonitate sua, ut nos ad bene agendū
extimulet, esse nostra ac dicit vult merita, vsque adeo no-
stra, ut sis etiam mercedem se daturum pollicetur, di-
cens: Erit merces operibus vestris.

i. Par. 15

*Mat. 10.
Mat. 15*

v. Cor. 15

x. Cor. 9

Iam vero constat, mercedem aequē ut præmium, ad
merita sive opera bona referri. Quibus sane meritis mo-
destè fidere propter Dei promissiæ & immensam illius
bonitatem, non est periculum. Aliud enim vt cuncti ipse
bona opera, quemadmodum mala opera gignit despe-
rationem. Quia enim redditurus est deus vnicuiq; iu-
xta opera sua, debet fideles securi esse, q; si perseverauer-
erint bene agendo, & diuinā mandata custodiendo, co-
sequentur vitam aeternam. Idipsum quidem ratio spei
completitur. Nec ea spes gratiam & misericordiam dei
excludit, per quas meremur, & ad vitam aeternam acce-
ptamur, quum longe absit huiusmodi fiducia à præsum-
ptione & ingratitudine, quando oīa bona opera Deo,
vt principio auctori adscribit: & fructum meritorū ma-
xime collocat in diuinā misericordia, nō in propriis me-
ritis aut in humana iustitia, quæ nullus est momenti,
seclusa diuinā misericordia. Ex quibus nunc sit perspi-
ciū, in bonis operibus tanq; in mediis ad salutē necessa-
riis, cum Dei gratia recte nos fiduciam modestam sub
Deo posse repicare, quum sciamus non inutilē fore
laborēm nostrum apud Deum, qui nos haudquaquam
fallit, dum bona aeterna pollicetur bene operatis, iu-
xta Paulū dicentē. Itaq; fratres mei dilecti, stabiles esto
te & immobiles, abundantes in omni opere domini sem-
per, scientes q; labor vester nō est inanis in dño. An nō
hoc est horrari ut bene speremus ob opera bona, si qua
fecerimus: vtriq; quum ipse hoc ipsum de spe inibi ha-
benda claris insinuat, dicens: Debet in spe, qui arat, ara-

DE SPE LIBER III.

re: & qui fructurat, in ipse fructus percipiēdi. Quam sane
ip̄c ipse plus q; aperto in seipso arguit dicens: Ego enim
iam deliber, & tempus resolutionis meæ instat, Bonū
certamen certavi, cursum cōsummavi, fidem seruavi. In
reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quā reddet mihi
in Domina in illa die iustus index. An non & propheta
spem de suis operibus bonis modestā habuit, qn̄ eorū
sum ad faciendas iustificationes inclinavit propter re-
tributiones? Nōne et Ezechias hoc modo ipse habuit
ad deum propter bona opera sine præsumptione & ar-
rogantia, dicens: Obscoro domine, memento (quæso) *Esa. 32*
quomodo ambulauerim coram te in veritate & in
corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis, feci-
sim. Quid multa sunt sane multo plura testimonia, qui
bus accipimus posse eos bene sperare, qui bene egerūt,
ob causas hoc loco partim depræptas: & melius vtriq;
q; eos qui nūlī vñq; boni fecerunt, quos tamen in articulo
necessitatis nolumus cum Caino & Iuda desperare, sed *Gen. 4*
cum Dauide, Manasse, Ninius, Matthæo, Magdale- *Mat. 17*
na, latrone & Paulo bene sperare, modo peniteant in *P̄i 3. v. 10*
omnione Iesu Christi, in quo copiosa nobis omnibus fa- *1. Par. 3*
cia est redēptio, cuius meritis vel solis si quis fudit, om- *Ion. 2. 1*
nino bene fudit & sperat, neo confundetur accedēte me *Mar. 9*
rito præseruum virginis Marie matris eius, reginam, *Luc. 7*
misericordia. Qui enim, quæso, quantumvis peccatores, *Luc. 13*
non habeamus fiduciam apud Deum patrem, ante quē *Act. 2*
stat filius, & ante filium mater: vbi mater pro peccato-
ribus ostendit filio pectus & vbera, & filius patri latus
vulnera? Nulla profeció poterit ibi esse repulsa, vbi
tot sunt amoris insignia, maximè q; huius fidei & spei
firmiter habendæ signa & sigilla, Christus post se rela-
querit sacrosancta septē sacramenta, de quibus hoc quid
dem loco potissimum nobis habendus est sermo.

QVID SACRAMENTVM SIT.

CAPYT. IIII.

Q VONIAM hoc nimirum parte Catechismi
ratio maximè exigit de sacramētis tractatū, nō
duximus ab ore fore, si primū vel more nostro qd sacra-
mento

i. Tim. 4

z. Tim. 4

mentum sit, paucis enatrauerimus. Est itaq; sacramen-
tum definiitoribus Theologis, inuisibilis gratia visibi-
lis forma, gerens ipsius imaginem & causa existens: ita
dici ceptum à sacra secretaq; virtute, hoc est, gratia, quā
sanctus in ea manēs spiritus, latēter sub tegumento cor-
poralium rerum operaour. Vnde & *Musigio* à Gracis di-
ci cœpit, quod reconditam in se habeat dispensationem
& gratiam, quam visibilis exteriorq; forma efficaciter
signat & repræsentat: vnde & ipsum sacramentum, effi-
cax eius gratia signum esse censemur: quoniam quidē credi par-
est & æquum, esse aliquam inibi virtutem occultam in
verbo & elemento vel elementato, quę spirituali ope-
retur in animo recipiētis gratiam dei, vel certe eam ipsam
gratiam dari à solo deo, qui ex pacto, sacramento &
se (vt deinde dicitur) instituto adfisit. Consona pro-
inde oīm est piorum sententia, sacramentum signum ei-
se quoddam eius, quę per illud datur, gratia spiritualis.
Quur hoc haud quis credat de sacramento, re, inquam,
tam plurifariam sancta, quum sint multa corporea, quę
aliquoties sine sacramento fidei, per verbi dei recipiat
spiritalem vim: nisi prorsus vana sint (qd abstr.) oīa qui-
bus cerei, ignis, aqua, sal, panis, altare, vellere, annuli vel
adiurantur exorcismis, vel inuocatione gratiae benedi-
cuntur. Quę nimirum & id genus plurima, si vim vllā
recipiunt: aut vllam numinis præsentiam extra sacra-
mentum: quanto magis credibile est, sacramentum Ec-
clesiæ spirituali viri vim, cui deus merito passionis su-
i, pactione, & verbo quoq; suo, quo omnis creatu-
ra sanctificatur, adfisit, ipsiq; sacramento visibili ineffa-
biliter sua potestate diuina gratiam infundit, conferre
quemadmodum in disputatione deinde singulorum sa-
cramentorum, paulo clarius commonistrati sumus.

Vanitatis proinde manifesta conuincuntur, qui vel
negant sacramentum conferre gratiam, vel efficax gra-
tia signum esse, vel sacramentū nouæ legis differre quic
quam à sacramento legis Mosaicę: Quanquam interim
nemine fugiat, trifariam differre nostra sacramenta à sa-
cramentis oīm Iudeorum. Primo, quoniam nostra sa-
cramentū

eramenta sine medio signa sunt gratiae: istorum vero, mi-
nimē. Secundo, quoniam nostra sacramenta sunt causa &
signa gratiae: illorum vero, signa tantū. Tertio, quoniam
istorum sacramenta gratiam duntaxat promiserint, nō
autem continuerint: nostra vero gratia, quam cōtinēt,
lariātur. Id quod singulatim (deo duce) probabimus,
disputatur de singulis sacramentis. Nec est, vt hanc q; s.
differentia non percipi habeat, quum sciat, oīa quondam
in figuris contigit se Iudeis, quorum veritas est in lege
Christiana. Vnde sequi conīcat, sacramēta quibus vti-
tur ecclesia, tantum præcellere synagogæ sacramenta,
quantum lex noua veterē præcellit legem, id est, quan-
tum corpus vniuersitatem superat. Oportuit prosector, vt
secundum præcessum temporum, spiritualium gratia-
rum signa magis semper ac magis evidētia ac declara-
tiua formarentur, vt cum effectu salutis, cresceret cog-
nitio veritatis. Atq; hinc est, q; ecclesiæ sacramēta,
quorum fides est difficilior, & vius magis necessarius,
in antiqua lege fuerint prædicta & præfigurata: nimi-
rum baptisma nostrum per baptisma Ioannis, eucharis-
tia per elum agni paschalis, pœnitentia per confessio-
nem summi sacerdotis, & per præceptum de leprosis
sacerdotibus offerendis.

Septem esse sacramenta. Cap. V.

Haudquaquā operæprecium censemus, hac parte
exaggerare inconstantiā quorundam nostri tēpo-
ris hereticorū multo impudentiissimā, & varietatem
longe vanissimā, qua isti modo vnum, modo duo, mo-
do tria duntaxat esse cauillantur sacramenta: quum ta-
men ecclesia, quę veritas est columna, multò secus
censeat, cuius decreto & libenter & constanter subscri-
bimus. Sunt itaq; in nō illaudato catholicæ ecclesiæ
vnu septem sacramēta, hoc ordine contenta: Baptismus
Cōfirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vngitio,
Ordo, Matrimonii, iuxta vulgarem versicolum:
Abluo, firmo, cibo, piget, vngit, & ordinat, vxor.

Nec sane frustra septenario sunt numero cōclusa ec-
clesiæ sacramēta, vt pote numero multis admodum mo-

i. Cor. 10.
Ioan. 2.

Heb. 10

Leu. 16

Leu. 24

z. Tim. 3

E. dis

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

dis insigni, quemadmodum alias ostendimus. Siquidē præfigurata dudum sunt per septē vices, quibus olim Naaman in Iordanē fuit lotus: per septē vices, quibus digitus in felto expiationis in sanguine intingebatur per septē vices, quibus leprosus sanguine mundificans pasceris adspargebatur. Adde q̄ & hac ipsa sacramenta numero hoc septenario, q̄ numerus est vniuersitatis, per pulchre respondeat septē virtutibus, ut pote tribus Theologicis, & quatuor cardinalibus. Quae & faciunt aduersus septē peccata capitalia, quibus illa mendent ab eo, qui ipsa instituit, ut posthac suo loco singularia monstrabimus.

A quo sacramenta sint instituta. Cap. VI.

Quanta nobis veneratione, deuotione & gratiā tate, habenda tractandaq̄ sint sacramenta ecclesie sacramenta, vel hinc haud obscure accipimus, q̄ ea sint à Christo Iesu, dei opt. filio, Theanthropo, seruatore nostro, citra oīm priorū controversiā, instituta, non à quopiam puro hoīe: nullo proinde pacto negligenda. Quāq̄ nō defuere, q̄ voluerūt ipsa non à Christo, sed ab apostolis esse instituta: ipsi tamen constanter credimus, ea nō ab apostolis, sed à Christo duntaxat instituta, vt cunḡ nō oīa ab ipso promulgata: ut pote q̄ is nō nullorū promulgationē & explicationē maiorem apostolis reliquerit, uti deinceps loco suo videbatur.

Ipsa verō nō esse ab apostolis, sed à Christo solo instituta, hinc cōstat: quoniam quī illa signa sint gratiā efficiacia, i. quae & ea ex institutione (vt dictum est) diuina conferant, certe nulla potuit esse creatura nec angelica nec humana, tantu vel autoritatis vel potestatis: quae vel huiusmodi signa instituere, vel eiusmodi gratiā cōferre potuisse: quandoquidē nullus potest dare certitudinē alicui signo (quod vocat) practico, nisi in eius sit potestare, posse causare signi illius signatum. Præterea, quī sacramenta sint diuina: quocq̄ voluntatis erga nos signa, profecto nō est homo, quātūs autoritate & dignitate magnus, qui signum possit instituere, quo hac ipsa voluntas erga nos diuina significaretur. Atq̄ hinc est

DE SACRAMENTIS, LIB.

14

est, q̄ ipsa sacramēta nec Papa, nec tota ecclesia mutare possit, nec in eis dispensare quicq̄, quū fieri nequeat dñi sui legē tollere. Quāq̄ fortasse circa illa, dispensatio admittetur diuina reuelatione facta, veluti in naſcente ecclesia cū baptismo dispensati legimus, quādō s̄ daretur in nomine Iesu Christi, quū praeceptum fuerat, Act. 2 fidipsum baptisma dandum in nomine Trinitatis, scilicet Patris & Filii & Spiritus sancti.

Quā ob causam sacramēta sint instituta. Cap. vii.

Quārā salutis in fide pendeat, a nō paucis proprie tēa queri ceptum est, quāhā sint causa post fidem, qua vel sola deo placemus, sacramenta instituta. Quibus in Heb. 11 hunc responderi modum queat: Sacramenta non esse absoluta necessitate instituta à deo, quum saluare hominem alio modo potuisse: veiū quia ineffabilis illius sapientia, volens hominem qui ceciderat, erigere, errantē reducere, perditū saluare, oīa egerit fortiter, suauteriq̄ disposuerit vniuersitatem, modum constituit homini repa rando cōgruum, tam verō, quū supra q̄ dici potest, consistit nos oportere per fidem mediatoris saluari: ipsa autē & credenda, & per fidem speranda, nostrā intelligentiā naturalis acūmē longe et quidē ita excedunt, vt noſ ster ipsiſ intellectus summa cum difficultate assentiantur pro immensa bonitate sua & sapientia idem deus opt. max. instituit sacramenta, non secus atq̄ signa gratiā efficacia, aliquot potissim ob causas. Prima est, vt nos per ea ipsa exteriora sacramēta, ad aliqua spiritua lita, cuiusmodi sunt in ipsiſ gratiarū dona, cogitanda et consideranda eruditur & excitaremur. Si enim Deus animā curaret, nulla foris cōposita specie, rudis homo nunq̄ de aliqua interiorē purgatione cogitaret: ad monitus verō per ea quae foris fieri conspicit, visibili quāpiā specie, nō solum ad inuisibilē gratiā, quae intus est, certius agnoscendā eruditur, sed & ad eā quārendā multo ardēlius accenditur. Non enī potest nō accendi trepidantis animus, si certior sit per visibilia eortū meiorum signa, quibus facile sit salutem inuenturus.

B 2 Secun

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Secunda est, ut per eadem ecclesiæ sacramenta nostra intellectus suauiter adsuesceret, manuducereturq; ad formâ credendorum & sperandorum, quæ omnem superat intellectum, fidem. Tertia est, ut per eadem quoq; sacramenta fieret nobis omnino certa, firma & indubitata de credendis & sperâdis fides & spes, haud aliter atq; per efficacia quædam signa, quæ sigillorum vice apposta, nos nō solum diuinarum promissionum, propter fidem à deo nobis factarum, admonerent; sed & efficaciter testarentur, nos certo partim accepisse, partim accepturos, quæ nobis pollicitus est ipse Deus: essentq; ad hunc modum sacramenta efficacia & certa diuinæ erga nos voluntatis, gratiae, misericordie, & benevolentiae testimonia, omni exceptione maiora: quibus obfirmari, nō possemus de rebus fidei & spei necq; diffidere, necq; desperare, prælertim q; ipsis omnibus et singulis sacramentis accedat verbū dei, quod nō potest esse nō firmissimū & verissimū, cui oīno credendū est.

Sicut proinde antiqui patres illi fuerunt participes humanæ redēptionis per Iesu Christi passionem mea diis sacramentis, quæ ipsi tūm habuerunt quasi signa et protestationes eiusdem redēptionis: ita & nos eius sumus participes redēptionis per sacramenta ecclesiæ quæ illius sunt gratia, redēptionis, adeoq; de ea fidei & spei sigilla & testimonia, quæ fidem & spem maxime corroborant. Sic oīm (quod pro exemplo dicimus) Abrahāmo datum est sacramentū circuncisionis, quod illi signū esset foederis inter ipsum et dñi. Sic Gedeon, ne quid dubitaret, futurum vt suo ductu vindicaretur Israel in libertatē, duobus signis confirmatus est.

Quām enim dubitare nō potuit Ezechias, quin res ualesceret, quum & promissionē audisset, & signo visisset cōfirmatam promissionē: q; etiā nō potuit dubitare Gedeon, quin victurus esset, quū tot signis cōfirmatus esset: tam nos, & longe minus, ipsi Christiani debemus dubitare de iis, quæ credimus & speramus, quum eorum quæ credimus & speramus, signa efficacia habemus vice sigillorum, quæ rebus visibilibus nō modo corum

Gen. 17

Iud. 6.

2. Par. 22

Esa. 38

Iud. 6.

DE SACRAMEN.

LIB. III.

35

eorum gratiam, quæ nobis per fidem à deo cōmunicatur in sacramētis, verumetq; deo ipso institutore largiuntur. Non vtq; dubitandum est, quin dei benignitas suis sacramentis efficaciter afflstat, & visibilibus signis inuisibilem infundat gratiam, & sacramēti sui fidei uore tempeſt credentium adiuuet: quodq; multi per sacramenta consequantur salutē, qui de sua fidei nostram plus alioqui polliceri possunt, q; potuit ille qui dixit: Credo domine, adiuua incredulitatē meā: Ex quibus Mar. 9 consequi videmus, fidem & sacramentum sibi inseparabiliter muto coherere: nimirū usque adeo, vt sola fides sine sacramento non sufficiat in eo, qui sacramenti cōpos esse potest, neq; sacramentum sine fide, quoniam utrumq; oportet concurrere, & utriusq; robur cooperari. Id quod, paulo post de singulis ex ordine sacramentis acturi, clarius accipiemus: hoc demum loco non aliud monentes, q; vt diligenter attendamus, q; res sint magna & præciosæ ipsa sacramenta, quæ usque adeo nos nō modo diuinarum promissionum admonent, neessolum diuinam erga nos voluntatem attestantur, afflstantq; conscientias nostras consolantur, sed & nos immediate (vt sic dixrimus) ad susceptionē gratiae, que sanitas est & aīa vita, disponunt, eāq; efficaciter signant.

Vt enim ipse Dominus nostræ ex omni parte inspiritati consuleret, sensibilia etiā signa instituit, quas via sa illius gratiae & medicinas efficaces, quibus ipsi homines carnali cognitioni inhärentes, disponeantur ad gratiæ inuisibilis cognitionem, appetitionem & consequitionem, velut suo loco omnia euidentiora fiant, magisq; perspicua.

De Baptismo, primo Ecclesiæ sacramento. Cap. VIII.

P Oft vniuersalem de sacramentis ecclesiæ disputatiunculam, de singulis nunc ex ordine, quatenus auctor sacramentorum dederit, acturi sumus: & quidem primo de sacramento baptismati, quod in locum circumcisioñis octiduanæ quondam successit. Quia enim baptismus hæc contiouersia primum est fidei sacramen-

Rom. 10

E 3 tum

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

tum, quasiq; totius catholicæ disciplinæ basis, fundamen^{rum}, & signaculum, adeoq; omniū sacramētorum ostiū non immerito primas ipsius fibi partes hoc vendicat loco, id quod primum definiemus: deinde, quibus facto opus erit, addituri.

Quod Græci βάπτισμα dicunt, nos Latini tinctiōne Ephe. 5. dicere possumus: propterea q; à Paulo lauacrum regeneratiōis est appellatum. Siquidem baptiſmus non tam ob id tinctio dicitur, quia homo inibi aqua tingitur et emergitur, q; quia spiritu gratiæ ibi in melius iminuratur, & longe aliud, ut pote spiritualis & nouus homo, q; erat, quia carnalis & homo vetus efficitur; quemadmo^{dum} fari apertò perspicuum sit ex baptiſmaris definitiōne, quæ sic habet iuxta scripturam:

Baptiſmus, prout sacramētū est ecclesie, non aliud est, q; tinctio in aqua, verbo vitæ sanctificata, qua bapti^zatus in nōmine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis p; grātiā Spiritus sancti, quā ille post fidem simul cū baptiſmo efficaciter purgatē infundit, haud aliter intus ab omni peccato, maximè originali, lauacrum purgaturq; atq; foris a foridib; mundatur aqua corpus; & tū primum vere in Christi ecclesiā recipitur, vereq; Christianus es se, haberi, dicitq; incipit; nēpe signo gratiæ efficacissimō fidē suam non clām, sed palam protestans.

In aqua prorsus esse baptiſandum. Ca. IX.

Primo autem ex iisce definitoriis baptiſmi verbis haud obscurē intelligimus, opus esse ad verum baptiſmū tinctiōne adspersionē aque, si modō facultas illius adfuerit, aut ea haberi valeat, iuxta baptiſmū instiutorē, dicente: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Atq; hoc est, q; eunuchus ille potens reginæ Candacis Aethiops, quum a Philippo fidē esset edocitus, videre: q; preterfluentē aquā, dixit: Ecce aqua, q; me prohibet baptiſari. Et descendērunt vterq; in aquā, Philippus & eunuchus, & baptiſauit eum, ut pote in aqua ad baptiſmū necessaria. Et Petrus hanc ob causam de iis qui spiritum sanctum acceperant, dixit: Nunquid aquā quis prohibere potest?

DE BAPTISMO, LIB. III. 36

potest, vt nō baptizetur i; summātim, quoiquot suūt nascēte adhuc ecclesia ab apostolis baptizati, non aliter baptizatos intelligimus, q; in aqua, ut pote elemēto sumit ad baptiſmū Christi necessario: cōtra eos, qui contendunt aquā baptiſmū ad salutem non esse necessarium, quando tamen & hac quidem cauſa Dñs Ioan. 13. hoc salutis sacramētū instituit perficiūdum in aqua, quasi elementū quod aequē posset haberi à pauperibus atq; diutibus, quodq; parui cōstaret, facileq; posset ubi^z que haberi, eotoq; terrarum orbe inueniri. Cuius si difiſcūltas esſet, tātam nobis huius necessitatē proculdū^z bio nō imposuſſet, cuius onus est leue, & eius suave iugum. Instituit proinde sacramētū baptiſmi, summē ad salutem necessarium, in aqua, ne quis inopū vel erit am diuītum à ſuſcipiendo excūlari posset, tanquam à re diſſicili, quum fortassis alioqui propter diſſicilitatē periclitari poſſent.

In aqua benedicta baptiſandum eſſe. Ca. X.

Secundo colligimus ex baptiſmi definitione, ad verū Christi baptiſmū oportere, aquam non eſſe cōmūnem & prophātā, ſed ſanctificāt, ſed benedictā verbo vitæ, quo ſanctificat̄ oīs creatura, & baptiſmo aque tantam dat virtutem. Per verbum verō viii. x, intellige inuocationem ſanctissimā Trinitatis, cū viuificantis: quam ſuper aquā baptiſmi ſacerdos multus ſancte adeoq; ſupplicib; & maximis precibus inuocat in ſacratissimo tempore paschali, vt videlicet ſacrosanctū baptiſmi lauacrum, ſua ſic virtute ſanctificet, vt per ipsum ſpiritū ſancti gratiam in reuatos ſpiritualiter & renascēdoſ ſeffundat. Quas ſancte orationes ſi quis pierat̄ amator legat, audiet & intelliget, facileq; ſentiet, q; ſit res ſatiata, diuina & beara, baptiſti in aqua, quāmque prorsus non ſit ob ſanctificationem verbi diuini, quo nihil nec potentius nec ſanctius, vt alia communis aqua habenda & tractarda, ſed omnia ſeparata, omnique veneratione dignissima: contra eos, qui noſtra tempore ſtare plusquam indignē habent & tractant aquā baptiſmū, falſo blagorantes, nihil eam diſſerere ab aqua come^z E 4 munia.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

muni, qua ipsi contra ecclesiam usum & decretum, non autem sacrata per verbum aqua, non sine detentio ecclesiae contemptu utuntur in pueris baptizandis.

In nomine sancte Trinitatis esse baptizandum. Cap. XI.

Tertio colligimus, nullius creature, sed dum taxat nomine sanctissimi Trinitatis, hominem posse deberi baptizari, iuxta domini verba, quibus hoc instituit, serius ad salutem praecipit sacramentum, dicentem ad di-

Mar. vlt. scipulos, primos post Christum sacerdotes. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. In cuius instituti & pracepti testimonium, superbenedictissima illa adeoque individua Trinitas, in baptismō Christi (qui nostri fuit baptismi ad omnia confirmatio) sensibilibus signis & speciebus apparuit. Siquidem Christi persona est visus in carne humana, vox patris super ipsam auditus. **Hic est filius meus dilectus:** & persona Spiritus sancti apparuit sub specie columbae. Id quod dudum fore propheta quasi præteritum prophetarat, d. Vox Domini super aquas, deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas.

Volut fate Dominus tantum confirmari sacramentum ternario diuinorum nominum numero, ut tribus staret testibus omne verbum: vtque interim triplex ostenderet munus & beneficium, quod assequeretur, qui in Christo ritè baptizatur. Primum quidem est adoptione in Dei filiationem, designata per vocē patris, testimoniū, Christum qui baptizabatur hoc modo, esse filium suum. Secundum, apertio regni coelestis, demonstrata per cœlum apertum super Christum baptizatum.

Tertium, suscepit spiritus sancti, insinuata per spiritum sanctum, in specie columbae descendente super Christum. Nec potuit nec debuit interim baptismi sacramentum dari nomine alicuius hominis, creatureve alterius: cum, quia non sit creatura quae possit salutis consilere gratiam, quae confertur in hoc sacramento, quam omnis creature vanitati sit subiecta: tum, quia generaliter diuersitatem & personarum acceptationem. Si enim

Mat. 3;
Mar. 11;
Luc. 3.

Psal. 18

Mat. 3;
Mar. 11

Ecces. 1.2

DE BAPTISMO. LIB. III. 57

In Petri vel Pauli nomine baptismi gratia donaretur, posset alius alio videri sublimior, & secundum ministerium merita hæc singularis gratia estimari, ut melior esset baptismus eius, qui sanctior videretur: & indignior qui ab eo acciperetur, quem non amplior estimatio commendarer: quum utique huius gratiae privilegiū nō meritum, sed gratiae detur: & proprie sibi omnipotentia dei trini & viiūs, hunc retineat effectū. Id quod alibi apostolus abunde declarans, testatur. Hic autem admitemur, quā sit veneratione dignum hoc Sacramentum, quanto tremore & timore tantum sit Sacramentum suscipiendum, quātacy ad ipsum deuotione accedendum, in quo & super quod certò adsit deus ille triplus & unus sua virtute & maiestate diuina, quem laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, Psal. 102
coeli coloribꝫ virtutes ac beata Seraphim socia exulta Psal. 148
tione cōcelebrant. Contra eos, qui nonnquam nescio Esa. 6
quibus cachinnis & hoc genus leuitatibus, tam prophanant sacramentum.

In baptismō gratiam dari. Cap. XII.

Quarto colligimus baptismi sacramento gratiā dari, non modo ipsum simplex esse signum, ut potest quod qui inibi renascitur, sit filius dei, quoniam plane Christum induat, qui antea fuit filius iræ propter originale peccatum, solo (ut audiemus) baptismō tollendum.

Fide opus esse in baptismō. Cap. XIII.

Quinto colligimus, hanc gratiā non baptismō solum, sed & una cum fide dari, quæ ab hoie prius adulto requiritur, & infans in eandem educandus per patrinos, ecclesiae cōmendatur. Atque ideo dominus ubi que baptizari præcipiens, fidem baptismō præposuit & coniunxit, d. Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Mar. 16
Cuius argumento idem dominus oculos creci natī prius luto ex sputo facto superliniuit, & sic ad aquas Siloe misit: quoniam prius debeat baptizandus fide instrui, & sic ad baptismum iam creditus admitti, ut sciat cuius gratia in eo sit particeps, & cui iā debitor fiat deinceps. Id quod patrini summopere debet corde percipere, E. 3 quo

Mar. 16;
Ioan. 9.

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

quoniam vicem infantum supplant, non fecus atq; cor^d
deo & homine fidei i^sidores: quibus deinde infantis,
cui adulti, ad seruandam promissam pro eis fidem q*b*l*s*
gantur: alioqui nusquam saluandi baptismo, quod nul
lo planè modo reterere conuenit.

In baptismo remitti omne peccatum
tuum. Cap. XIII.

Sexto colligimus, baptismo per gratiam spiritus san^tis, ut quam insibi infundit, omne peccatum remitti ba
ptizato & deters, non fecus atq; corpus foris aqua natu
rali mundatur, atque in eo macula deletur. Hoc enim
præcipue constat institutione esse à dñō sacramētū, vt
per ipsum aboleantur & abstergantur peccata nostra
Vnde & catholica Ecclesia constitut, vnius baptismū
in remissionem peccatorum. Quod Petrus haud igno
rāns, ad eos qui compunctione credebat, ait: Baptizetur
ergo unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in re
missionem peccatorum vestrorum. Atq; ideo nullus dubi
tet baptismū verum esse sacramentum, quia sicut visibilis
forma gratie insibilis, utpote remissionis & ablutionis
nisi peccatorum, geratq; imaginem & similitudine ha
iusti grātia. Sicut enim foris aqua corporis mundat for
des, sic intus gratia fordes animat: interimq; hoc sacra
mentum causa huius gratiae existit, quum sine eo Deus
eam gratiam non vult largiri, quamvis alioqui possem
qui propriè & per se, causa est remissionis peccati, &
collationis gratiae.

Baptismū multifariā esse præfigurant. Ca. XV.

Eze. 36. IN huius vero ablutionis peccati testimonij, voluit
I potissimum dominus hoc sacramentum fieri medio
aqua, vitæ verbo sanctificata: de cuius aquæ sacra
mentalis virtute & gratia, dudu prophetarat propheta, di
cens in persona dñi: Effundam super vos aquam mun
dā, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus ve
stris. Huius etiama baptismalis aquæ virtutem & grati
am à mundo condito designauit aqua diluvij, quæ fuit
figura & typus baptismi, in novo testam. instituēdi. Si
cur enī ipsa effusione sua mudi nocētis criminis (deo. v.
lente)

DE BAPTISMO LIB. III. 38

lente) ablut & virtutes contulit in posteris, adeo, vt
vnius eiusdemq; elementi ministerio finis fuerit vitiis,
& origo virtutibus: ita sanè in aqua baptismali cōtra
etia virtua absterguntur, & sacræ virtutes animæ recens
purgatæ, ad salutem æternam inferuntur, ipso Petro te
ste, qui dicit: In diebus Noë quum fabricaretur arca, in
qua pauci, id est, octo animæ salutē factæ sunt per aquā:
quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma.
Et hoc est quod Apostolus ait, q*p* Christus dominus su
am ecclesiam mundauerit lauacio aquæ in Verbo virtutis,
vt exhiberet sibi ipse gloriosam ecclesiam, non haben
tem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Cu
iusmodi est omnis in Christo creatura, per baptismina na
tūrātū spirituali noua, ad quam propterea spirituflan
ctus ait: Quæ est ista quasi dealbata ascendens? Atqui
possemus huius & tātæ per baptismū collatæ gratiæ,
infinira propemodum genus hoc alia ex scripturis testi
monia proferre, nisi ratio Catechismi nos prohiberet
esse longiores, in re præsertim nulli non pio homini fide
digna, & dudum vnamini consensu semper credita.
Caterum quicquid hoc est rei, fiet paulopost in tracta
tu de baptismi cærimonis, multo magis perspicuum.

Baptismū non nudum esse signum.

Caput X VI.

Constat proinde, vt nunc quioq; constat, eos vehe
menter contra scripturas errare, qui censuerunt hoc
baptismi sacramentum dunctaxat nudum esse divinitæ er
ganos voluntatis & misericordiæ gratiæ signum, &
adscriptiōnis in gregē Christi testeram, nec ipsum gra
tiam conferre posse vel etiamnum ex institutione diui
nacimurum hac sita opinione miseris anabaptistis hoc
tempore præcipuum dantes causam, quod velint infan
tes baptizatos rebaptizari, quoniam non possent neg
credere, neque intelligere, neque gratiam fidei per ba
ptismū habere, quum nouæ legis Sacramenta grati
am conferre non possent. Errare quoque per dicta con
stat, qui vel negat aliquod esse peccatum originale, vel
ipsum baptismū tolli, quū supra q*i* disi poslit, sciamus
haec

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

hac potissimum causa baptisitum esse datum, ut idem tolleretur peccatum eius virtute.

Esse autem originale, quod a parentibus ex utero pro Adam contrahitur, peccatum, nosque per ipsum diaboli filios aeternque poena reos fieri, satis absude colligimus ex Paulo, dicente: Eramus natura filii ira &c. Quomodo natura? Utique naturali propagatione traducta ab Adam, primo nostrae originis parente, in quo oes pecauimus, spiritualiterque mortui fuimus, in peccato concepti & nati. Id quod nec Job, nec David, sanctissimos alioqui viros, latuit, sed utrerprum hoc ipsum confessus est peccatum. Job enim ad dominum ait: Quis potest facere mundum, de inimundo conceptum seminer? Nonne tu qui solus es? David quoque inquit: Ecce enim in iniurias conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Huius causa dixerunt alibi Iudei ad cecum natum, sed a Christo illuminatum; In peccatis natus es tu, & tu nos doceas: Est præterea peccatum originale tam plerique omnibus perniciosum, ut parvulos haud dum baptizatos, non tantum a regno Dei separat, verum etiam a salute & vita aeterna faciet alienos.

Quod vero soli nequeamus ab eo peccato, nec fieri filii dei, adeoque diuinæ gratiae participes, nisi sacramento baptisimi, Veritas ipsa testatur, inquitens ad Nicodemum: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Sola enim hac secunda in baptismo nativitate, filii Dei efficiuntur, & dicimur, euangelista teste, quum ait: Quotquot autem receperit eum, dedit ei potestate filios dei fieri, iis qui credit in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex deo natitiunt. Nascitur ex deo, qui fide prarecipia baptismo ablueruntur: quandoquidem de nulla alia diuina nativitate scriptura meminerit, quod que fit lauacro regeneratiois in baptisme. Id quod, nec aliud, videtur a Deo postulasse Propheta regius. Quum enim ille iam querulus dixisset se in peccato natum, nec videret remedium contra illud, precatus est in hæc verba: Adsparges me Do-

DE BAPTISMO LIB. III.

mine hyssopo, & mundabor, lassabis me, & super niue dealabor. Cor mundum crea in me deus, & spiritum reatum innova in vilceribus meis. Atqui haec lotio, haec mundatio, haec dealbatio, haec innovatio, quam sanctissimus propheta futuram praesensit, non aliter fieri potest, nisi baptismo per spiritum sanctum hodiernis quidem temporibus, quibus quoniam gratias sint, a Christo primùm coepit reuelari & institui sacramentum baptismi. Cuius olim loco in typo, quantum ad semen Abraham, proculdubio fuit circuncisso ostendiana, quantum vero ad alium populum tempore legis natura, fuit indubitate sacrificium aliquod, quale fuit sacrificium Abel, Noe, Melchisedech, & aliorum. Nec sanè dubitemus, quod agit apud nos baptismus, hoc ipsum ex parte salte egis, se apud veteres vel pro parvulis solam fidem, non quidem interiorē duntaxat, sed aliquo exteriore signo protestaram. Nam vero, et si Deus huiusmodi fide & sacrificio veteribus illis ex ineffabilis sua pietate & misericordia offensam & originalem & personalē remiserit, deritque gratiam qua mereri poscent celeste ipsius regnum: nullus tamen eorum ingredi potuit, donec opere compleatum est in baptismo virtute passionis Iesu Christi pro sanguinem & aquam, ex eius latere dextro lancea perforato manantem, & baptisma confirmantem & robo gatem, ita ut is solus regni ianuam aperiat, veritate dicente: Ni quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Absit proinde ut vel negemus aliquod esse peccatum originale, vel ipsum non nocere, nec vel baptismo tolli.

Per baptismum fieri demum Christianum. Caput XVII.

Prostremo colligimus ex definitione baptismi, nos primum baptismo in Christi Ecclesiam recipi, & Christianos esse ac dici, nec ante vel quamlibet credimus: nam enim baptismo, tanquam externo signo quopiam, nos eius in quem credimus, esse palam profitemur & testamur. Quod usque adeo verum est, ut non definet ex classice Theologia, qui volunt hac quoque causa Sa-

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Eratmentum baptismi institutum, ut per ipsum ab alterius religionis hominibus distingueremur, ut vnius religionis homines, hoc baptismi signo inter nos conuenienteremus, nosq; ad vera religionis obseruantiam mutuo iuuaremus, aliosq; alterius secte cautiusvitaremus. Cum enim in corpore hic etiamnum agimus, atq; cum aliis conuersamur, vt signum etiam externum Christiani haberemus, quo ab aliis secerteremur, religionisq; Christi consortes nos prosteremur, & ab aliis agnosceremur duo Christus nobis inter alia potissimum signa reliquit, quae singulares ob causas, quas supra retulimus, Sacramenta vocari coepit sunt, videlicet baptismum & eucharistiam, quorum ille circuncisioni, haec sacrificiis legis succedit. Sicut itaq; quondam Iudei circuncisione populo Dei publicitus inserebantur, ita & Christiani baptismio in Ecclesiam Christi recipiuntur & inseruntur. Cuius argumento dicit scriptura, ex iis quos Petrus una concione cōuertit ad fidem, & baptizavit, animas circiter ter mille appositas. i. ad gregem Christi, adeoque fidelium ecclesias insertas & adscriptas.

Magna dignitatis esse sacramentum baptissimi. Cap. XVIII.

EX baptismi igitur descriptione, & huius declaratio ne satis superius constat, quantæ sit gratia & dignitatis, quantæ deniq; utilitatis & necessitatis baptismi sacramentū, ut sine quo salutē habere nequeamus, nec Christiani dici nec esse possumus. Admonemur proinde, ut idipsum summa cum reverentia et deuotione, singulari q; gratiarum actione suscipiamus, Paulum sequentes, utpote q; tante in baptismō dignitatis & gratiæ nō infici, ait: Cum autem benignitas et humanitas apparuit salvatoris nostri dei, non ex opibus iustitiae, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suā saluos nos fecit, per Iauacrum regenerationis spiritus sancti, quē effudit in nos abundantē per Iesum Christū salvatorem nostrū, ut iustificati gratia ipsius, heredes sumus secundū spem vitæ æternæ.

Cæterum huius sacramenti gratia & dignitatē, multo fusi posthac intelligemus, audituri cæmeronias quas

Act. 3

Tit. 3

DE BAPTISMO, LIB. III. 40

quas Ecclesia piè circa hoc ipsum sacramentum fieri soluit.

De ordine & modo cæmeroniarum, in baptizādo ptero solitarum. Cap. XIX.

Quæ ad baptismi substantiā pertinent, & necessario credenda, & in baptizādo seruanda sunt, præcedenti capite, quatenus cæchismi ratio exegit, disseruimus: supereft ut nonnulli dicamus de ordine & modo cæmeroniarū, quæ non tam necessariæ q; fructuose, & ita quæd in puerō baptizādo seruari solet, vt si quis contra eius ecclesiast., in qua puer baptizatur, cōsuetudinē & usum, eas negligenter cæmeronias absq; cogente necessitate, per contemptū, non aliter peccato se reū faceret, atq; is qui peccat in legi, cui cōsuertudo plerunque æquialer, effetq; publicæ pacis & concordiae perturbator cōtentiosus, nec alienus à peccato, præsertim in his cæmeroniis, quæ tametsi non sicut absolute pietatis, tamen non sunt cum impietate cōiunctæ, sed potius pietatis altrices. Cuiusmodi citra dubium sunt cæmeronie, quæ circa baptizandū iuxta cuiuslibet ecclesiæ morē, hacten nō fecus atq; sacramentalia signa seruari cōsueveret, utpote quæ admoneat baptissimi dignitatē, maiestatem & virtutē: quidq; baptizatus sequatur, ac ei conueniat, piè subindicent.

In primis igitur baptizandus infantulus, ad valueas templi, non in templum desertur, ut indignus templo, Gen. 28 in quo sua maiestate deus, multo q; alias specialius habilitat. Cum enim dei domum non deceat nisi sanctitudo, Psal. 92 in ipso vero baptizando, quum adhuc est infidelis, diaholus sit, prophatarior omnis sanctitatis merito proinde. Gen. 28 de tum puer cauebit ab ingressu templi, loci utpote terribilis & sancti in quo Dominus est, quum nec Moses ausus fuerit accedere ad locum fortasse non æquè sanctum, Domino ad ipsum dicente: Non appropinquies Exo. 33 huc. Solue calceamērum de pedibustuis. Locus enim in quo stas, terra sancta est.

Deinde sacerdos baptizaturus (qui dēp̄ta necessitate, & in hoc baptismi sacramento ministrer est quo ad Deum & eccl

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

& ecclesiam) in baptizandi faciem sufflat, significans mox malignum spiritum inde fugere coactum iri sufflat spiritu sancti, in baptismo gratia largiētis, cui iste locū volens nolens sit cessurus, iuxta illud: Exiccatū est fēnū, et cecidit flos, quia sp̄ritus dñi sufflauit in eo. Sic alibi sacerdos aquā baptismi benedicēs, in ea ter sufflat ut inde fugiat maligni sp̄ritus fraus & malitia.

Efa. 4o

3 Mox facta sufflatione, sacerdos incipit exorcizare, si multy ad deum precari, quo reprimat diaboli potestam, quam per peccatum accepit super hominem. Est enim, exorcizare, nihil aliud, q̄ per diuinā verba spiritum immundum adiurādo expellere. Hinc exorciste dicū cōperunt, qui cacodæmones adiurando fugant. Cū tūsmodi non solum apud Christianorum ecclesiam, sed & apud Iudeos fuisse cōperiuntur, vt innuit feruator noster in euangelio, dicens: Si ego in Beelzebub cōcio demoniam, filij vestri in quo eliciunt: Et in Actis apostolorum, licet fuere, qui tentarunt exorcizare, & inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen domini Iesu. Quo sane loco sciendum est, exorcismo non prorsus expelli spiritum immundum, sed notari, ipsum paulopost abiiciendum. Siquidem constat, eundem spiritum a parvulo nequaquam exire, donec manet in peccato originali. Arctatur autem exorcismo diaboli potestas in exorcizato, ne impedit baptizandum à susceptione effectus baptismi & illius gratiae, ne quoq; st̄ua cacodæmonis potestas tātum deinceps poslit, quantum potuit antea. Vides ergo quatenus nunc apostatae & schismati baptizandis paruulis incommodant.

Mat. 12
Luc. 12
Act. 19

4 Exorcismo peracto, signatur baptizandus pollice sacerdotis signo sancte crucis tā in fronte q̄ in pectore, vt diabolus cognoscat se tā ab illo in occulto cordis, q̄ in aperto confessionis expelli virtute eius, qui in cruce perpendit, vnde suam virtutem crux contra eum accepit: qua de multis egimus in nostris Homiliarū Centuriis.

5 Post crucis signaculum hoc modo & ordine factū, leguntur super baptizandum orationes, vt fiat catechumenus, i. vt possit edoceri mysterium sacræ fidei: quae non

DE BAPTISMO. LIB. III. 48
non datur nisi dono dei, qui solus adiuuat incredulitatē Ephes. nostram, & fidē adauger. Id quod facile subindicat pre-
cibus, quae super baptizandum dici consueuerunt.

Quibus ita dicitis, datur illi sal benedictum in os, vt per sal typicum, sapientiæ sale conditus, factore careat iniquitatis, & ne à vermbus peccatorum vltra putrefiat, sed magis illæsus seruetur ad maiorē gratiā percipi enda. Significatur q̄eo sale, hoīsem omnino esse foreq; in fulsum sine cōdimento primorum documentorū fidei, quae sal notat, quib; puer ipse saliēdus & imbuēdus est.

Dehinc rursus exorcizatur diabolus, nempe vt suā agnoscens nequitiam, & iustum super se iudicium Dei timens, recedat ab homine, nec iam contendat eum arte sua subuertere, ne baptisū consequat: sed magis honore deo creatori suo exhibēs, reddat opus factori suo.

Postea sacerdos, Christi exemplo tangit baptizan-
di nares & aures cum saliuia dicēs: Epheta, quod est, ad-
aperire. Hoc agit ipse sacramēto, vt per saliuam typicā
sacerdotis et tactum, sapientiæ & virtutis diuinā salutem
baptizandi operetur, vt aperiantur illi nares ad accipi-
endum odore floritrix dei, de quo Paulus alibi: & vt a-
periantur illi et aures ad audiendum mandata dei, sine
quibus nemo adulorū vitam sit eternam ingressurus.

g Mar. 7

Quibus hac serie secundum Ecclesiæ cōsuetudinem
peractis, sacerdos puerum manu accipiens, templum
ingreditur, & dicit: Ingredere in templum Domini, vt
habeas vitam eternam &c.

Quo dicto, simul puer baptizandus defertur ad san-
ctificatum baptismi fontem, regenerationis lauacrum:
atq; sacerdos ibi querit ab eodem baptizando, si abre-
nūnciat diabolo & omnibus eius damnosis operibus,
fallacibusq; pompis, vt primū respuat errorem, sicq;
ad veritatem possit appropinquare, & iuxta Apostolū, Ephe. 4
deponere veterem hominem secundum pristinam con-
uersationem, qui corrumpit secundum desideria erro-
ris, abnegās impietatē et secularia desideria. Quod sane
facto opus est, quū nemo possit q̄que duobus inseruire
dñis, nec sit participatio iustitiae cum iniquitate, nec ali-
qua

1. Cor. 2
Mat. 19

8

9

10

Ephe. 4
Col. 3

Mat. 5

1. Cor. 6

R qua

PRID. NAV. IN CATH. CATEC.

qua luci societas cū tenebris, nec quicq; cōueniat Chri
sto cū Belial. Respōdet autē pro puerō baptizāndo pa
trinus, inquiēs: Abrenūcio: & que sequūtur reliqua.

Post hēc vngitūr baptizāndi pectus oleo, nimirū
sanctificato, cū inuocatione sanctæ Trinitatis, vt null
reliquia latentis inimici in eo resideant, sed in fide eu
dem sanctæ Trinitatis, mens eius lata confortetur ve
ra in ipsam charitatem & deuotionem.

Interim quoq; idē baptizāndi inter scapulas eod
oleo intūgitūr, vt vndiq; muniatur, accipiatq; fortitud
inē ad portandū onus dñi in ipsius gratia corroborāt.

Infantes recte fide aliena baptizari, contra
Anabaptistas. Cap. XX.

DEinde sacerdos paulopost puerū baptizāturus, in
terrogat ab ipso symbolum apostolicae fidei, de q
præcedenti lib. dices: Credis in Deum Patrem? Cui pro
puero respōdet patrinus: Credo. Qua quidē respōsione
tā puer q patrinus corā deo obligatur. Puer, vt etatē
nactus perfectā, fidei assentiat: patrinus, vt sit operā da
turus, quo puer credat. Nec inconveniens est, vt unus
alii obliget in iis, ad quæ oēs tenentur: secus tamē in
eis, ad quæ nō oēs tenentur. Nec patrino quicq; pericu
li poterit in hoc imminere casu, quā baptizāndus pa
rētes habeat Christianos, sitq; ipse victurus inter Chi
ristianos, a quibus dubio procul nutritius sit & fidem
docendus, id quod fieri nō semper potuit in nascēte ad
huc ecclesia: quanq; sub id quoq; tēpus apud parentes,
q sunt vel infidelitatis vel heresēs suspecti, non pron
sus absit periculi suspicio. Quod ecclesia primoribus
vtpote episcopis, cograndum relinquimus. Nec dubi
tes hoc sane loco, pueros infantes recte salutariterq; ba
ptizari, vtcungq; fidem vocalem non habeant, nec eam
possint doceri, quā careat intellectu. Siquidē responde
rimus, illis sufficere fidem aliorū, adeoq; totius ecclesie
qua baptizāntur: quorū merito salus adimpletur per
corda & ora gestantū fideiussorū, quando dñs ipse ali
as fidē aliorū suscipiens, paralyticum à morbo tā con
poris q anima curauit, ad illum dicens: Homo, remi
tuntur

DE BAPTISMO LIB. III.

42

tuntur tibi peccata tua. Quod si hoc ipsum de illo, quid Mat. 5
de pueris dixit: Sinite illos ad me venire, quoniam ipso Mat. 19
rum est regnum cœlorū. Id quod nō nisi baptizatorū est. Mar. 10

Recte ergo paruali baptizāntur, nec vlo pacto sunt Luc. 18

rebaptizāti, quāuis actu credere nequeāt, sed per ali
os, vtpote patrinos. Nec immerito baptisimus & ipsis
delet peccata. Sicut enim illi ex aliis ea, quæ illis remit
tuntur in baptismo, peccata traxerunt, sic & per alios

ad salutē credunt. Quod & olim factum legimus in cir
cuncisione, in baptismi locū succedente, quæ & paruu
lis aquē vt adultis fuit cū præcepta tū fructuosa. Cur

nō idē fieri quis credit in nostris paruulis, maximē, q
nunc æquē vt olim, naturæ infirmitas humanae nō obſi
stat oipotentis dei gratiarē cōtra Catabaptistas, impiē
negātes quicq; prodesse paruulis baptisimum, sed bapti
zatos in pueritā, denū baptizādos in adulta etate ca
uillāres, de qbus multa leges in opere nostrā Cēturi
arū. Sed redeamus, vnde digressi, necessitate cogēte, su

His ex ordine sic & qua decet dignitate & (mus.
grauitate perfectis, ad baptisūm deinde procedit sacer
dos. Cuius formā, quoad tinctiōnē, seruaturus, accipit

ipse puerū per latera: & versa ad aquā facie, directoq;
ad orientem capite, semel ipsum primo mergit, dicens:

Ego baptizo te in nomine patris. Secundo, capite ad aquā
lonem verso, cundem immergit, dicens: Et filii. Tertio

deniq; capite ad austrum verso, dicit: Et spiritus sancti.
Ita nimis, vt baptizāndo fiat crux. Atq; recte quidē

homo, qui ad sanctæ Trinitatis imaginem creatus est,
per inuocationem sanctæ Trinitatis ad eandem reno
vatur imaginem, fitq; prorsus noua secundum sp̄ritum

creatura. D. betque profinde cum inuocatione sanctæ
Trinitatis, sub tria mersione baptisūm cōfici, vt secun
dum personarum differentiam baptismi forma celebre

tur, & secundum unitatem substantiæ vnum baptis
ma fiat, iuxta Apostolum dicenter: Vnus Dñs, vna fi
des, vnum baptisma &c. Ipsa verō crux, adinonet Do
mini nostri Iesu Christi crucifixionem, ad quam ba
ptizamur omnes, vt & ipsi post baptisatum semper

Gen. 17

14

Gen. 2

Ephe. 4

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Gal. nostram carnem carnisq; desideria, Paulo monitore, et
Mat. 10.16 cisisimus: crucemq; nostram patienter tollentes, hortante dño, feramus, alioqui indigni baptismu futuri. Deni q; trina etiamq; immersio, triduanā significat sepulturā & resurrectionē Dñi, q; tribus diebus totidēq; noctib; in corde terræ fuit, & tertij demum die resurrexit, cum quo & ipsi baptizati, si cum illo moriemur, aliquando resurrecti sumus, qui in eius morte baptizamur, apostolo dicente. Quicquid baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Conseptuli enim sumus cum illo per baptismum in morte, ut quomodo resurrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, simili & resurrectionis erimus.

Rem. 6 Christiana nomina pueris esse imponenda
Col. 2. in baptismo. Cap. XXI.

85 **I**nterim dum huc ante & in baptismo gerūtur, a patrino nomen vel a parentibus imponitur puer: non enim, inquam, non ridiculum, nec cuiuspiam pagani in fidelisve, sed potius alicuius sancti & Christiani, quem puer factus adultus, tam nomine q; exemplo referat et sequatur, illiusq; fide et cōuersatiōe imitator efficiatur, quemadmodum Paulus hortatur suos, dicens: Rogo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Cōtra eos, qui diuorum contemptores, negant in diuo quopiam Christum nos sequi posse. Impositio autē nominis in baptismo, sumpta videtur a consuetudine Iudeorū, qui lege diuina suos infantulos octaua nativitatis die circuncidebant, eisq; nomina in circuncisōe imponebant, quorum primus fuit Abraham, cui in circuncisōe nomen indicium est Abraham, quum prius vocaretur Abram, quasi mutato nomine, mutatus esset & ipse in aliud, utpote, nouum hominem. Qualis profecto fieri solet unusquisq; in baptismo, qui nunc est vice circumcisionis. Hæc obiter collibuit admonuisse, quæ nec proposito nostro quicquid obesse putamus, redeentes ad ea quæ post baptismum fieri consueverent.

86 **C**or. 4.11 Ephe.,
Phil. 3.

Gen. 17
Luc. 1.2.

DE BAPTISMO LIB. III.

Igitur puerulus baptizatus ē fonte ascendens, a sa. 16. cōdore statim signatur in vertice, summitate videlicet capitis, sacro chrismate, subseq̄ente quidem oratione: nimur quo baptizatus regni Christi sit particeps, & a Christo Christianus appelletur, quodq; ipse virorē cœlestis gratiē accipiat, quem spiritus sanctus per chrismati vocationem in baptismate confert. Cuius argumento Christus baptizatus ascendens de aqua, vidit cœlis apertis spiritum dei, descendētem sicut columbā & veniente super se. Nec argumento abfuit columba, quæ in diluio, quo & baptismus est olim præfiguratus, ad arcā reportauit ramum vītentis oliuæ, vnde christina baptismale coincidit.

Deinde traditur baptizato candida vētis, qua significatur, baptizato per iauacrum regenerationis restituta esse innocentiam, puritatē & castitatem, quam peccato originali amiserat, vt & candorem earūdem virtutum illibarum perferat ante tribunal Christi, coram quo resurgentes aliquando apparebim̄s. Vnde scriptura: O mui tempore, inquit, vestimenta tua candida sint. Atq; hoc est, q; etiam per huius indumenti candorem velint significari, glorioſam illam corporum & animarum in nouissimo die resurrectionem, & angelicum in ea nitorem, qualem in se Christus præfigurauit per suā in monte Tabor transfigurationem, quando (Euangelista test) facies eius in morem solis reflulst, ac vestimenta nū uero quodam candore relaxerunt. Insuper hæc ipsa candida vētis, vna cum rotunda in capite mitra, significat sacerdotium & regnum vite, quod baptizatus acquirit, quū facieus sit membrū Christi, qui rex est & sacerdos in æternum, cuiusmodi baptismo sunt Christiani, reges, utpote quia seipso & alios regunt: sacerdotes, quoniam seipso domino offerunt, offerentq; debent iuxta Apostolum dicentem: Obsecro vos per misericordiam dei, vt exhibeat corpora vestra &c. Vnde ad credentes & baptizatos ait Petrus: Vos estis genus electum, regale sacerdotium.

Postremo sacerdos tradit baptizato candelam accē F; 3. fam;

Mat. 3.
Mar. 8.
Luc. 3.
Gen. 8.

Rom. 14
2. Cor. 5
Eccēs. 9.

Mat. 17
Mar. 9.
Luc. 9.

Psal. 109
Heb. 7
Rom. 6.12
2. Cor. 6.7
Col. 1
1. Pet. 5.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

sam in manu, dicens: Accipe lampadem ardentem, cu-
stodi baptismum & serua mādata, &c. ut sic luceat vi-
tata coram hominibus, ut glorifcent patrem tuum
qui in cœlis est.

Mat. 5.
Mat. 19.

Hæreticos perperam negligere cas-
remonias in baptismo.

Cap. XXXII.

HAec tenus de sacramenti baptismi ceremonijs, noi-
tamen omnibus & singulis, quum singulæ prope
modum ecclesiæ singulas habeant ceremonias, nō tam
necessarias, q̄ pias & fructuosas, meritoq; iuxta vniuersitatem
eiusq; ecclesiæ morē seruādas, vt quæ sacramēti digni-
tate, virtutē, gratiā, quidq; inibi serio sit aut agendum,
aut dimittendū, quasi simulachra quedam, nō sine sim-
pliorū hoīm energiā, cōmōstrēt & admoneāt. Quae
vel ideo paulo fuisse hoc loco tractandas cēluimus, vt
resciant apostatae isti ceremoniarū osores, q̄ non satis
pie neglexerint, arrogāterq; nullā suffulti autoritate, sa-
cramētales ceremonias partim prorsus abrogauerint,
partim subsannauerint, improbauerintq;: quā rem lōge
secus habere videat optimus q̄sq; ac ipsi in libro post
hac de ceremonijs ecclesiæ, seorū vberius differemus;
interim nequaq; ituri inficias, ea quæ in sacramētis necel-
faria nō putātur, posse iustis de causis ab ecclesijs primis
ribus rolli. Quo factum, vt quādoq; iuste sint baptismi
ritus immutati, materia aqua & verbōrū forma nō va-
riatis. Ita baptizādi corpus immergatur antiquitus;
nunc capitib; ablutio satis esse decernitur. Ita quoq; tet-
mergi (quod & hac parte docuimus) obtinuerat v̄sus,
quē probauit Augustinus & Pelagius p̄t̄fex, & Apo-
stolorū canones. Gregorius id nō referre censuit. Mox
ad abolendā quorūdam hæretim schismatq; tollendū, in
Toletano Concilio statutū est, sola immersione v̄tēdū.
Id quod vel in hoc genus alijs factō nobiscum opus es-
se compērimus: contra eos, a quibus nihil, vel quamli-
het bene sanctejs institutum, esse potest tutum, immu-
ne & illibatum, vt qui regni etiam Momī, omnem in
ecclesia ordinem, concordiam, obedientiam, fidem, de-
votionem

DE CONFIRMA. LIB. III. 44

uotionem, omnē deniq; virtutē, opusq; bonum omne
labefaciunt. Vnde fieri videmus, vt licentiosi isti apo-
statae tot habeant diuersæ farinæ adoratores, qui proie-
ctis scripturis ac interpretationibus sanctiorū patrum,
vita & miraculis clarentium, proectis Concilijs & ec-
clesia catholice ordinationibus ac statutis, solum pro-
bant mordicūtenēt, quod apostatico suo arbitratui
arredit. Sed in foribus est, vt nemo melius ipsos, quām
ip̄sinet semerip̄los, inconstantia videlicet & maledi-
centia sua conficiant, quibus sanioreni mentem à deo
optimo precarnur, capessentes proximo deinde loco sa-
cramentum confirmationis.

De Confirmatione, secundo ecclæ-
sia catholice sacramento.

Cap. XXXIII.

Baptismo succedit confirmatio, secundum catholice
ecclæ sacramentum. Dictrū autē hoc in capi-
te paucis de ipsa confirmatione, nō est vt eorū mentio-
nem faciamus, quæ nostri temporis Hæretici nonnulli
in eam, vt pote rem modis omnibus sacrâ, nugacissime
perfrictaq; fronte ludunt & obgauiunt, nēpe inter alia
que ex cōposito transimus, confirmationē pro ritu tan-
tum ac ceremonia contendentes habendam, pro sacra-
mento autem pertinaciter negantes: quum tamen illa
non solum sanctiorū testimonio doctorū, & totius ec-
clesiae fide, sed eriam sacrae scripture clarissimis locis os-
tendatur, visibili signo manus pontificie non gratiam
modo, sed & ipsum gratia spiritum conferre, quam &
pro magno sacramento ministri dignitas, ecclesiæ auto-
ritas, & ipsius sacramenti commendat utilitas. Id quod
non obscurè probabit huius descriptio, & eius quam
subiectimus declaratio.

De Confirmationis descriptione.

Cap. XXXIII.

Est enim cōfirmatio, hoīs baptizatū in frōte p̄ pōtia
ficē in figura crucisq; sanctificato chrismate ad fidēlē
cōfirēde robur vñctio. Post baptismū sanē baptizatus
cōfirmatur chrismate, quod oleo & balsamo cōficitur.

F 4 Daturis

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Dan. 9

Daturq; hoc confirmationis sacramento gratia spiritus, scilicet plenitudo, ad spirituale robur augēdum & propagādum. In oleo, Christi gratia designatur, qui dicitur vñctus & perfusus oleo letitiae: & propter odoris fragrantia miscetur balsamum, tum quia resistit etiam corruptioni, tum quia per hoc sacramentū maxime efficiuntur Christi bonus odor in omni loco, per plenitudinem septiformis gratiae spiritus sancti. Debet autē christiana sanctificatuni esse, nō etiam prophanicum, quo confirmantur. Siquidem confirmatio nequit, cogēte etiam necessitate, fieri in christiate non consecrato: quanq; eadem cogente necessitate, baptisimi materia possit esse aqua non cōsecrata, quia baptismus absolutē est necessitatis, non autē confirmatio, quum multi non confirmati salvantur, modo sacramenti contemptus haud interueniat. Contemptores autē eos censem, qui oblata recipiendi opportunitate, ipsum confirmationis sacramentū recipere vel renunt, vel supine crassēq; negligunt. Nec est quod arbitretur sufficere baptismum, quo ad salutē sine omnino renati: quādoquidem facile responderi potest, baptismō remissionem peccatorum accipi: per manus verō impositionē, quae nunc cōfirmatio appellatur, spiritum paracletū dari: illuc gratiā tribui, hic illam dari ad confirmationē: itemq; baptismū adiuuare ad credendum, confirmationē verō ad audacter confitendum. In baptismō quidem regeneratur quis ad vitam, post baptismā verō confirmatur ad pugnā, quia confirmatio ad huius mundi agones armat & instruit.

Iam verō quid prodebet, si à lapsu quispiā erigeretur, quod fit baptismō: si non ad standum, quod fit confirmatione, confirmaretur? Atq; vt paucis multa doceamus, scias hoc ipsum facere confirmationē baptizato, quod pupillo facit tutor. Modo quid prodebet amplam hēreditatem filio relinquere, nisi ipsa vel lex, vel preses illi de turore prouideret? Paracletus quidem est eius consolator in Christo, custos & tutor, qui suadente diabolo, posset (sicut & pupillus) suā perdere facultatē. i. baptismi utilitatē, si hunc non haberet tutorem. In confirmatione

DE CONFIRMA. LIB. III. 45

ditione proinde gratia, quæ collata est homini in baptismo, confirmatur, augetur, corroboratur & completur. De efficacia Confirmationis. Cap. XXV.

Vernamodum enim in vita corporali prater generationem, per quam vitam consequimur, alia requiritur actio, per quam & crescimus, & ad perfectionem virtutis perducimur: ita in spirituali vita, quæ per generationē baptismatis acquiritur, opus est sacramento confirmationis, per quam vita spiritualis ad perfectam virtutem perducitur, & spiritus sanctus datur ad perfectum robur. Plus igitur habet gratiae & glorie baptizatus & confirmatus, q; qui dumtaxat baptizatus est. Etsi enim parvulus per baptismum moriens, euollet indubie ad gloriam, etiam nōdum confirmatus; ipse tamē nō habet illam gratiae plenitudinē & glorię, quā habet parvulus & adultus cum baptizatus tum confirmatus. Id quod facile declarat nomen sacramēti, quod est, confirmatio, quum prius vocaretur manus impositio. Siquidem cōfirmare est, id quod collatum est, corroborare, firmare, adaugereq;: Quod proculdubio sit baptizato per sacramentū confirmationis, vt pro simplicio ribus exemplo magis euidenter commonstrabimus.

Nonne, quāso, si quis ad aliquam eligitur dignitatē, ius sibi ad illam acquirit, et si deinde a superiorē confirmatur, ius illi suum magis & ita quidē firmatur, vt non æque possit facile, vt antea, quōdis modo ab eo auferri? vtq;. Nam & de Salomone scriptum scimus, q; confirmato eo in regno, fortius q; antea regnū illi adhæserit. Atq; hinc est, q; priuilegia quæ vel a Regib; vel Cæsarib; vel Imperatorib; obtinuimus, a successorib; confirmari plerūq; semper satagimus. Ita nimirū qui baptizatur, spiritualiter ad dignitatem regiam & facer dotalem adsumitur, vt se virtutibus, non passionibus regat, spiritualesq; orationū & bonorum operum deo hostias offerat: interimq; sibi baptismō ius acquirit ad omnia sacramenta: hoc vero ius ipsum, sibi per confirmationem magis ac magis firmatur & roboratur.

Insuper constat, confirmationis sacramentū esse ordinatum

F 5 dinatum

Psal. 44

2. Cor. 2.
Ephes. 5

i. Reg. 3.
2. Par. 1.

i. Pet. 3

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

dinatum contra debilitatem ex somite surgentem, que non dum tota baptismō purgata, remanet ad exercitium in homine duplex, interior scilicet & exterior. Interior est, quādam verēcundia plurimum noxia confessioni nominis Christi, ad quam singuli obligamur domino dicente: Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Sed hæc nimirum verēcundia ex interiore debilitate consurgens, non tollitur nisi in confirmatione per confirmationem crucis in fronte, loco timoris & pudoris quandoquidem timentes pallescimus, & verēcundias rubescimus. Ipse proinde baptizatus armatur in confirmatione signo crucis: tum, ut meminerit se virtute huius signi victorū quoque hostes, quos & per ipsum vicit lumen ipse dux & imperator Iesus Christus, si b. cuius signo militat. Hinc Apostolus: Mihi ab ist. inquit, gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: tum, vt angelus exterminator videns baptizatum hoc munītū signo ad se non pertinere, transeat, haud fecus atq; quondam transit domos Hebreorum in Egypto, quartum vtriusq; postem vidit sanguine linitū agni, figurā eius, qui in cruce de eodem angelo triumpavit. Inungitū simul idē baptizatus, vt nō aliter atq; pugil olim fortissim⁹ athleta, non timeat nec erubeat publice Christum ducem fateri contra quemcumq; hostem. In cuius ferme figuram David & Samuele inunctus, cōtra Goliath terribilem gigantem prævaluuit, vt qui & antea precatus fuerat a deo, se confirmatum ī spiritu principali, qui per plenitudinem in confirmationis sacramento conceditur baptizato.

Exterior verò debilitas, est quādam instabilitas ad standum exterius in confessione nominis Christi cōram regibus & principib⁹, ad quam pariformiter obligamur, teste Domino & Paulo, dicente: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Sed hæc ipsa debilitas expellitur in cōfirmatione chrismate salutis.

**Mat. 10
Mar. 13
Luc. 12**

**Heb. 2
Gal. 6**

Exo. 12

1. Re. 18

Psal. 50

Mat. 14

Mar. 13

Luc. 21

Rom. 10

DE CONFIRMA. LIB. III. 46
Salutis. Cuius inunctio baptizatum, robustum & inatrepidum virtute spiritus sancti, qui inuisibiliter secreto operatur, reddit ad resistendum quislibet hostibus, cum visibilibus tum inuisibilibus. Summatim proinde scias, grāiam, quā baptizato per baptisimum confertur, in confirmatione roborari & firmari contra hostes vel maxime spirituales.

De probatione virtutis & effectu confirmationis.

Cap. XXVI.

ATq; hoc est, quod Apostoli quondam baptizati, credantur hoc sibi à Deo petisse sacramentum confirmationis, per prophetam, dicentes: Confirmata Psal. 57 hoc Deus quod operatus es in nobis. Ips⁹ enim iam ante illis in baptismo contulerat gratiam, sed augendam deinceps per confirmationem. Quod futurum pollicebatur Dominus ips⁹: Sedeat, inquietus, in ciuis Act. 11 state quoque induamini virtute ex alto. Id quod adest, sicut sunt in die Pentecostes, quando per confirmationem replet⁹ fuere spiritu sancto, cuius plenitudo per septiformem gratiam non confertur, nisi per confirmationem.

Hinc etiā idem Apostoli gratiam habent, essent tamen proculdubio, qui alios baptizarunt, baptizati non sunt vero confirmati, sic ad resistendum verēcundi, debiles, formidolosus erant, vt in cena nouissima audientes, quantas essent pro nomine Iesu quandoq; passuri tribulationes, supra modum miserere coeperint, nec multo post ex voce vii duntaxat ancillula Domini negarint, & ipso pauloante relicto, omnes aufergerint: postq; zius resurrectionem, propriet metum Iudeorum clausi domib⁹ latuerint, die vero post resurrectionem quinquagesima confirmati, & spiritu sancto per confirmationem repleti, sic facti sunt robusti & animosi, vt quem nuper voce vii ancillæ publicitus negarant, tum cōram omni populo, non modo sermone, sed & facto confessi sunt: qui nuper & captiuitibus aufugerant, tum in faciem eorum restitirine

Ioan. 14

Mat. 26

Mar. 14

Luc. 22

Ioan. 20

Mat. 26

Act. 8

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Act. 5. refiterint, sua sponte illis occurrentes; qui nuper cōcōdū si fuerant ob metum Iudeorū, tum fiducialiter extra dominum exierint; palamq; non modo coram Iudeis, sed & coram omni natione quæ sub celo est, nomen Iesu prædicare coeperint; quib; nuper tristes ac moesti fuerant, audientes quanta pro nomine Iesu essent passuri, tum gaudiū sunt qdigni haberentur pro nomine Iesu contumelias pati, quorū deinde nonnulli in omni fidei cōstantia lapidati, nonnulli cæsi, nonnulli decollati, nonnulli suspensi, nonnulli secti & excoriati, nonnulli alio supplicij genere mortui sunt.

Act. 2. 3.

Act. 5.

Heb. 11.

Gen. 12.

Act. 2.

2. Cor. 2.

Rom. 10.

Quād inique redigant in ordinem Hæretici sacramentū confirmationis. Ca. X X VII.

EX ijs igitur & hoc genus alijs, quæ hactenus breuiuscule retulimus, agnoscis & vides, quāta salute, gratia, virtute, utilitate & bonitate, imo quanto plurimorum bonorum thesauro homines priuare satagunt Hæretici plarib; oēs, qui contra tot scripturas, totq; scripturarum exempla & rationes, sacramentū cōfirmationis in ordinē, perinde ut nouum & fictum, redigunt, negligunt, damnant & subfannat, negantes ipsum homini Villani conferre gratiā; sed quos confundit cum cōfusione Babylonica dñs, huius ut aforū sacramētorū autor vnicq; & primū hoc sacramēto suos cōfirmauit Apostolos in die Pentecostes, quando eos plenitudine spiritus sancti repleuit signis huic sacramento respondentibus, nimirū lingua ignea: nunc autē chrismate, quod oleo & balsamo cōficitur. Ignis quidem responderet oleo, ignis nutritiō: lingua verō, balsamo, quod odoriferum est. Per linguā enim prædicando, diffusus est odor sua, uis doctrinæ fidei. Est itaq; verū sacramentū ecclesie, confirmatio, quum sit visibilis forma inuisibilis gratia, quæ quidem forma gerit ipsius gratia imaginē, & causa ex institutione diuina existit. Si quidem sacramentum inibi est ipsa consignatio, quæ per manus episcopi sit in fronte confirmati, ex chrismate sanctificato. Res autē sacramēti, est ipsa gratia spiritualis datio, ad robustam debilitatem ex originalis peccati somite nascētē.

Iam

DE CONFIRMA. LIB. III. 47

Iam verō, sicut inunctio per subingressum in corporis substantiā ministrat ei fomentum humoris, ne desiceretur & rigescat in pugna: sc̄ ipsa chrismatis inunctio hoīem baptizatū, in cōfirmatione robustum & aiosum efficit cōtra quoscunq; hostes. Id quod in Apostolis & in oībus martyribus supra q̄ dici potest, est intelligere.

Christum instituisse sacramentum confirmationis. Cap. X X VIII.

Nec dubitandum est, quin & Christus modo & ritu quo nunc ecclesia vtitur, instituerit hoc sacramentum: nec duntaxat per manuum impositionē, qua ipse vna cum Apostolis vhus est.

Quanvis enim nulla verborum forma legatur, quibus Apostoli confirmarunt, imo qui rāntū videntur vīsi pro confirmatione manuum impositione: tamen credi par est, eos nunq; sine verbis, nec sine materia chrismatis determinata cōfirmasse, sed & Christū sic instituisse, præfertim qui suos in die Pentecostes confirmarit, spiritalijs sancto repleteur signis, huic sacramento tam sanguiner respondentibus. Qua in re nostram fidem non tam stupidis Hæreticis obstringamus, q̄ catholicę ecclesiam, firmamento veritatis & columnam, quae spiritu sancto perdocta, non temere confirmationē suscepit sacramentum, nec spem suam in signo nihil collocavit. Atq; nimirū non potest confirmatio non esse vetus & sanè præcellens sacramentum, quod nomen, quod virtus, quam sponder, quod & tantopere cōmendat nimirū. Ipsa quidem huius sacramenti conferendi potestas, solis est referuata episcopis, qui vel soli vicem gerunt Apostolorū, qui quondam soli, nascente ecclesia, digno scuntur hoīibus, sorde peccatorū baptismo mundatis, manus imposuisse, eosq; cōfirmasse, ipsib; dedisse in iobur fidei spiritū sanctū, qui post ascensum domini non nisi ad Apostolos descendisse legitur, qui ob id, & eius successores episcopi solum, alij illum conferre possunt, & rem perinde atq; maiores confirmare, q̄ minorē statuere. Sic baptizare omnium sacerdotiū minorū est; confirmare verō post baptismum, majorū est.

Act. 2.

1. Tim. 3.

Act. 8.

Act. 19.

1. Tim. 5.

Act. 1.

Vtpote

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Vt pote Apostolorum & episcoporum, vices eorum in ecclesia gerentium.

Act. 6

Cui sententiæ cum alia multa scripturæ loca subveniunt, tum ille multò clarissimè, qui in Actis Apostolorum declarat, q[uod] populus qui ante baptizatus est in Samaria, descendantibus ad eos Petro & Ioanne, ac manus eis imponentibus, accepit spiritum sanctum. Vileant proinde schismatici & hæretici Arnaldistar, qui nulla nec scripture, nec ratione, nec autoritate, negant sacramentum confirmationis gratiam conferre, & alos, q[uod] episcopis dari posse illud, quando rem longè fecerunt ex dictis habere docemur.

De ordine & modo cærimoniarum,
in homine confirmingando fieri solita-

tarum. Cap. XXIX.

Mat. 19
Mar. 10

ET si quondam baptizatus, etatis adulteræ duntaxat, & non nisi ieunus & confessus, ob sacramentum reverentiam, confirmingabatur; quia tamen Dominus auctor huius sacramenti, puerulos etiamnum confirmasse manuum impositione legitur, profecto censemus, ut rumpatur utatis utpote cum puerulis, tum iuvenilis, hominem (modo sit baptizatus, & annos discretionis & memoriae habeat) rite confirmingari posse, præsertim quod & etas ipsa puerilis ad pugnam spiritualem, cum tempore tentationis aduenerit, sacramento confirmationis preparatur. Quapropter patrinus in hoc selectus (nisi aliud haberet consuetudo) confirmingandum quacunque diei hora, qua decet reverentia & deuotione, ducat ad episcopum suo loco fungentem officio, & eundem confirmingari flagitet ab eo. Qui præmissa prius ex more super omnes confirmingandos oratione, confirmingandi frontem liniat in modum crucis christiane cum pollice, dicens: Signo te signo crucis, & confirmo te christiane salutis, in nomine patris & filii & spiritus sancti. Pax tibi. Si quidem salutaritur confirmingatus, quia nouius sit homo, & secundum Deum in iustitia, sanctitate & veritate creatus, pro quo prius orabatur: qui quoniam yestus, non erat salutandus.

Quem

DE CONFIRMA. LIB. III. 48

Quem deinde sic confirmatum, idem episcopus in maximam percutit, ob nonnullas nec conteneendas causas. Prima est, vt ita percussus, memoria tenacius teneatur, se tam baptismi & confirmationis sacramentum receperit, memineritq[ue] quid eum deinde facere oporteat. Secunda, vt deinde tam sit fortis in fide per baptismum susceptra, vt Christi nomen coram quocunq[ue] confireri non erubescere, sed & cum Apostolis gaudere potius, q[uod] pro nomine Iesu contumelias & percussionses patiatur. Tertia, vt hac percussione representet manuum impositionem, qua Apostoli in confirmingando usi sunt: nec aliud nunc fieri conferturq[ue] per episcopum, q[uod] per Apostolos olim.

Duo proinde præsul in confirmingando facit. Primo vicit, significans, hoc sacramento dari augmentum gratiae, & robur audacter aggrediendrea, que sanctæ sunt fideli. Secundò percutit, significans, confirmingatum non videbitur debere vel erubescere vel formidare confiteri nomine Christi, à quo propter christiana dicta coepit Christianus. Q.d., ad confirmingatum ita posthac esto fortis, vt quodcumque sic te percussiterit, vel quocunq[ue] alio modo tibi confirmatione fecerit, pro eo Christi fidem confirmearis, nec propterea erubescas, memor eius, cuius nomē geris, qui cū malediceretur, non maledicebat, nec cum pateretur, cōminabatur, utpote faciens tanq[ue] ouis corā tondente.

i. Pet. 2
Ela. 53

Quibus in hunc fermè modum iuxta vniuersitatem ecclesiæ consuetudinem gestis, ipse patrinus ob reverentiam sacramenti, fronte confirmingati linteolo quopiam mundo colligat, ne recens vincio aut defluat, aut deleatur: quod post tres dies in templo per sacerdotem, propter eiusdem sacramenti reverentiam, deponi, & frons ablui poterit in baptisterio, ligamē vero ipsum igne cōburi. Quia in reputamus ecclesiæ cuiuslibet consuetudinem circa culam cum obedientia sequendam. Alicubi enim mortis est haud illaudari, vt confirmingatus, caput catenus non lauet, quatenus spiritus sancti aduentus celebratus est, ut pote septem diebus, quoniam totidem diebus in Penteecoste spiritus sancti aduentum catholica agit ecclesia.

Admo-

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Admonendi sunt proinde pro loco & tempore sim pliores, vt tempore quoq; primo suos parvulos con firmari carent, & ad episcopū oblata opportunitate ad ducant, adferentes secū vittas lineas, ad ligandam frontem percommendas: & si quid aliud huc attinet, non negligant, orantes & dicentes: Confirmata hoc deus quod operatus es in nobis: memores interim, quātā sit hoc confirmationis sacramētum virtutis & dignitatis, quod demum confirmati plenē sumis Christiani, non circum ferendi omni doctrinā vento, nec cessuri argumentis perfidorum Hæreticorū, qui propterea nihil nō molitur aduersus ecclesiam, sed sibijs in peius proficiens, ecclesia interim super petram edificata, mansura vijs ad consummationem seculi salua.

De Eucharistia, tertio ecclesiæ sacramento,

Præfatio.

SAcramentum in ordine tertium, non immerito col locant eucharistia sacramentum. Postquam enim homo baptismi sacramento, vita nimirum spirituali, eademq; supernaturali, regeneratus est, idemq; cōfirmatio nis deinde sacramento roboratus & auctus: subsequēs est, vt idem homo vita viuens spirituali, nutritur & perficiatur. Id quod facit & agit venerabile sacramētū eucharistia. Cuius ilico definitionem subiiciemus, & quae in rem facere videbuntur reliqua, silentio non transibimus.

Quid eucharistia sit. Caput. XX X.

Est proinde sacramentum eucharistia, sacramentū veri corporis & sanguinis Iesu Christi, sub specie bus panis & vini, post sacerdotis consecrationē, virtute diuini verbi verè contenti, significansq; idem corpus & sanguinem sub eisdem speciebus ex institutione diuina verè contineri. Rem verò sic in rei veritate dubio q; procul haberet, non obscure(deo fauente) accipiemus ex declaratione singularum particularum definitionis.

Quomodo eucharistia sit veri corporis
& sanguinis Iesu Christi sacramen tum. Cap. XX XI.

Primū

DE EUCHARISTIA. LIB. III. 49

PRimum quidem dictum est in eucharistia sacramē tridefinitione, Veri corporis & sanguinis Iesu Christi. Quibus sane verbis sole multo clarius intelligimus in Eucharistia nō esse Iesu Christi corpus, nec imaginarium, nec phantasticum, nec mysticum, nec figuratum, nec typicum, nec quicquid aliud, q; verū & (vt ita dixerim) reale ipsius corpus cum sanguine, quemadmodum prodit ex castissimo virginis Vtero, quemadmodum pro nobis in terra vixit, quemadmodum pro nobis paſtum est in ara crucis & mortuū, vna cum eius roseo sanguine, & quicquid deniq; ad Iesu Christi humanitatē & diuinitatē pertinet. Id quod approbat longe luculentissime Dñs ipse suis ipsis verbis, quibus hoc ipsum sacrosancti sui corporis sacramētū, in nouissima sua cum discipulis suis in coena instituit. Māducātib; us enim illis, inquit vna, nimiriter Euangelista, accepit Iesu panē, & benedixit ac frēgit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & man educate. Hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. Similiter accipiens calicē, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc oēs. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur. En audis verbum eius, qui nō potest nec fallere, nec mentiri, quoniam ipsissima veritas est, manēs in aeternū. Cuius verbum vlcq; adeo verum est, vt ipsum non sit transiturū, quamvis interim celo & terra transeuntibus. Audis autem ipsum dicere, in sacramento Eucharistia non esse sui corporis nec figurā diuinxat, nec typum, nec mysticum, nec phantasma, nec aliud quicquam, q; verū fūti corpus & sanguinē, quod pro nobis in cruce tradidit, quicquid pro nobis effudit. Non vtq; Christi corpus nec figuratum, nec typicum, nec mysticum, nec significatum, nec nullum aliud, q; verū ipsius corpus, vna cum vero eius sanguine pro nobis traditū. Quod sane verbū vel maxime solum cōuincit, plaroscq; oēs Hæreticos, qui nulla plane nec scriptura, nec ratione solida cōmuniti, negat in Eucharistia verū Iesu Christi esse corpus: stolidē & plus æquo curiose tropum nunc in verbo EST, nunc in nomine CORPVS, nunc nescio in qno alio fingentes,

Mat. 26
Mar. 14
Luc. 22
1. Cor. 11

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

tingentes, qui tamen nusq; esse potest, quemadmodum post multos Ecclesie catholice doctores, ta doctrina q; pietate probatos, passim in nostris iamdudum lucubrationibus editis, cu scripturis, tum scripturarum rationibus & exemplis hactenus irrefragabilibus euidenter ostendimus, quibus dudum toto terrarum orbe subscripta Ecclesia, qua tam a suo perdocta duce spiritu sancto, no potest in hoc genere rebus errare, ut ea doctorum vestigie electionis, ta pie q; vere hincupet firmamentum et columnam veritatis. Cui proinde in omnibus, Deo no aliud euidenter revelante, fidem suam vnuquisq; citra praeiudicium obstringet. Nec est ut pluribus hic agamus, quum inter infinita nobis suffragetur verbum domini, adeoq; veritatis ipsius ipsissime, contra quod nec inferorum porta vel tantillum valebunt. Quae vero desiderabis hoc loco, cu ab aliorum, tum a nostris in hanc re scriptis tuto repetitur es, quo te remittimus.

De transubstantiatione panis & vini in Christi corpus & sanguinem. Cap. XXXII.

SVb Speciebus Panis Et Vini Post Cosecrationem. Hisce nimirum verbis definitio plus q; aperto significat, post panis & vini consecrationem, qua per Christi in cena benedictionem intelligimus, no remanere panem et vint, sed verbo sanctificationis, vera panis veramq; vini substantiam, in verum corpus & sanguinem Christi conuerit, solamq; speciem panis & vini, atq; horum aetudiantia sine subiecto, mirabiliter remanere, et substantiam in substantiam transire, iuxta verbum Iesu Christi dictis: Accipite & manducate: Hoc est corpus meum. Bibite: Hic est sanguis meus noui testamenti. Q.d. Accipite & manducate, quoniam hoc quod nunc do, & quod nunc sumatis, corpus est meum, quod ante apanis fuit, sed verbo sanctificationis in proprium corpus meum & in mea carne conuersum, quamvis adhuc speciem panis cernitis. Id quod etiam de sumptione bibitione q; sanguinis, hoc intellectu pacto. Sane dominus ipse virtutum & rex gloriae, suis ipsius verbis, inquisiens, Hoc est corpus meum, &c. docuit, hoc quod porrigebat, no esse (quod ipsi

2. Tim;

Mat. 10

Mat. 18
Mar. 14.
Luc. 22

Psal. 23

DE EUCHARISTIA. LIB. III. 50

(is forrare videbarur) panem, sed suum ipsius corpus: quin altoqui longe apertius dicere potuisse. Hic panis est corpus meum: maxime q; ipse suos apostolos, quos tamen sua doctrina formarat, docere non dubitarit, panis viniq; substancialia non amplius post verbum sue benedictionis, quia nunc consecratione vocamus, restare: sed manente utriusq; specie, utrumq; tamen, & panem & vimum, in corpus & sanguinem suum esse conuersum.

Atq; nimirum quomodo potuisse apertius dicere, nihil illuc remanere panis, q; quum dixit, Hoc est corpus meum: Non enim dixit, In hoc est corpus meum: vel, Cum hoc est, quod videtis, corpus meum: tanq; in pane, aut simul cum pane consideret. Ceterum non sic dixit, sed de hoc quod manu tenebat, & ipsis porrigebat, ait: Hoc est corpus meum: citra controversiam significans, se verbo consecrationis panem vertisse in carnem suam, & vimum in sanguinem suum: nec aliud restare, q; specie & figurâ panis, no autem panem remanere. Quod enim vides, species est panis & vini: quod autem sub specie illa credimus, verum Christi corpus est, & verus Christi Iesu sanguis, quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere eius. Et hoc est quod Ecclesia toto terrarum orbem, sacris edocita institutis, verbumq; Christi sequens, cum sonora, iucunda & decora iubilatione canit:

Panem, vimum, in salutis Consecramus hostiam.

Dogma datur Christianis, Q; in carnem transit panis,

Et vimum in sanguinem.

Quod no capis, q; no vides, Animosa firmat fides.

Prater rerum ordinem.

Sub diuersis speciebus, Signis tantum & no rebus,

Latent res eximiae.

Caro, cibus: sanguis, potus, Manet tamen Christus totus

Sub utraque specie.

Et rursus haec ipsa Ecclesia canit:

In supremâ nocte cena Recumbens cu fratribus,

Observata lege plene Cibis in legalibus,

Cibum turbæ duodenæ Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum Verbo carne efficit,

Fiat sanguis Christi merum. G. 2. Coz

Ioan. 19

PRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Contra nonnullos & schismatics & hareticos, qui aduersus ecclesias totius fidem, adeoq; contra Christi omniumq; Euangelistarum verba, asseuerat post consecrationem manere panem & vinum, & sub ipsis & in ipsis esse continentes Christi simul verum & corpus & sanguinem, nec imbi ullam fieri transubstantiationem quā vocant. Quod & falsum probauimus, & esse plus q; absurdum. Si enim (vt alia transeamus) cum columbo virga restare non potuit, vt colliquescit satis abunde quanto minus testare potest panis cū carne Christi, in comparabili videlicet substantia? Qui enim sacro/andis Iesu Christi corporis dignitatem & excellentiā ex auctoritatē facilius assentitur, quascunq; duas substantias simul manere coniunctas, q; ullum corpus aliud manere cōmixum cum venerando corpore Christi. Nec enim illa substantia digna est, quę cū ea misceatur substantia, quae substantias omnes condidit.

Quur verum Christi corpus appelletur panis.
Cap. XXXIII.

Exo. 4.

Exo. 4.

Hier. II.

Ioan. 6

Nec est quod allegant, corpus dñi alicubi post consecrationē nominari (quod tamen raro legitur) panem Primo quidem responderim, nō idem esse. Dicere, quod Esse: quum saepe res alio, q; sit ipsa, noīe vocetur. Secundo, scripturā saepenumero vocare quippiam, nō id quod est, sed quod ante fuerat, vt quū ait: Virga Mosis deuorat virgas magorum: quę tamen tunc virge nō erant, sed serpentes. Tertio, scripturā alias panē pro corpore usurpare, & quidem pro corpore Christi, quū ait: Venite, (loquitur autē in persona Iudeorum) mittamus lignum in panem eius. Quarto, quoniā hoc sacramentum corporis, haud immērito fuisse appellatū panis: cū quia panis fuerat, & huius speciem adhuc referebat, eratq; sub ipsis specie panis ille verus & ecclēstis obiectus, de seipso alibi dicens: Ego sum panis vius & vita, qui de celo descendit. Si quis manducaeat ex hoc pane, vivet in aeternum. Prēterea, esto q; ipse Dominus corpus suum ita porrectum, nomine panis (quod tamen haudquaq; fecit) appellasset: tamen cū solum

DE EVCHARISTIA. LIB. III. 52
muladimoneret audiētes, id ipsum quod vocaret panē, nihil aliud esse q; suum corpus, in quod rotus fuerat, ipso mutante cōuersus, nemo potuslet dubitare, quid dominus vellet appellatione panis significari: eoq; circūstantia ipsa declarat non obscure, vocabulū panis, quū panis mutatur in carnē, absq; vila violentia facta vera diuino, panis significare speciē, nō substancialē.

Quām vero isti absurdē (ne dicamus impie) similitudine ferri cum igne cōiuncti, & in vna Christi persona, Dei cum homine usurperint, nō est vt hoc loco discutatur: cum quia alias id egimus, tum quia ratio catechismi latius expatiari nō permittit. In præfessione sufficiat, scire & credere, post consecrationem non amplius restare panem, sed sub panis & vini specie, verum Christi corpus & sanguinem contineri.

Deinde quod dictum est in definitione, Sacerdotis ostendit huius sacramenti ministrū idoneum non esse alium, q; sacerdotē, cui soli dñs consecrandi potestatem contulit. Non alij quidē tum præsentes erant, quando dñs, primus & suminus secundum ordinem Melchisēdech sacerdos, hanc dedit potestatē, quā apostoli, pri mi post Christum sacerdotes. Ad quos dixit, Hoc facite: Nimirum significans, hanc sacrificandi potestatē se nō daturū, nisi viris & apostolis, & eorum successōribus. Cuiusmodi est, vnuquisque legitimo more cōsecratus, ob id sacerdos dici coptus, q; potissimum muneris tam sacro sit dicatus, quē adhuc in carne manente, non homo, non angelus, non archangelus, non alia aliqua creatura, non virtus, sed ipse spiritus sanctus ministerio præstabilit angelorum fungi.

Bonum & malū sacerdotem consecrare posse.
Cap. XXXIII.

Psal. 20.
Heb. 7.

Nec est, quoad munus hoc, quicq; discriminis inter bonū & malū sacerdotē, inter catholicū & hæreticū, vel quēuis alium malū vel vitæ vel cōversationis cū, vel quēuis alium maius, nec à malo minus perficitur sacerdote: quandoquidē nō in merito cōsecratis, sed in verbo perficitur creatoris, & spiritus sancti virtute.

G. i. Neo

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Nec etiam nū cōfērandi potestas cōsistit in gratia gra-
tum faciente, sed in gratia gratis data: quæ quā etiā dū-
ret in reprobis (quoniam nō ad meritū, sed ad utilitatem
cœlestē & Dei gloriā datur) nec essum est, vt & potestas
in ipsa cōstans, duret in malis & reprobis properat
rāctere sacerdotalē, qui semper manet, nec vlo potest
corrūpi peccato. Sic etenī Caiphas, vel q̄libet Simonia-
cus, prophetizādi potestate vſus est. Sic Balaam ethnicius
& iniquus, de Christo nascituro prophetizauit. Sic sa-
cerdotes olim & pharisei parū æqui, fedebāt super ca-
thēdrā Most. & multi quōdam operarij iniquitatis, de-
monia eiictebāt, & alia id genus prodigia cum sanctis
Apostolis faciebāt, quē admodum lib. 2. nostrū M̄
cellanearum, hoc negotij tractantes, abundē docuimus,
quo lectorē remittiāmus, hoc loco repetituri reliqua de-
finitionis Eucharistie verba, quæ habent vti sequitur:

In sacramento Eucharistie omnia fieri miracu-
loſe. Cap. X X X V.

Virtute Diuini Verbi Verē Contenti: Definitio per
haec verba planē arguit, ex pane & vino fieri leſu
Christi corpū & sanguinē, subq̄visibilib⁹ specieb⁹ iniūſ
bilitate verē, nō fātē, nec virtute cuiuspiā virtutis huma-
næ, sed cōtinēti fieri potētia verbi diuini, nihil nō po-
tentis, quo verbū caro factū est, & habitavit in nobis;
quo dixit, & facta sunt: mādauit, & creatā sunt, v̄ ipote
coeli & terrā, & oia q̄ in eis sunt: quo fœminā mutauit
in salis statuā, & virgā in colubrū: fontes in sanguinē,
aquā in vinū. Si verbū Heli⁹ potuit ignē de cœlo elice-
re, quur nō possit Christi verbū panē mutare in corpū
suum? Qui potuit ex nihilo creare oia, nō potest (obſer-
vare) vnuū mutare in aliud, vt pote panē in corpus suum?
Addē q̄ multō maius est, qm̄ deus ita factus est homo,
vt deus esse nō desinat: q̄, q̄ panis ita sit caro, vt desinat
esse panis. Hoc per incarnationem semel est factum,
istud verū fugiter fit per consecrationem.

Quare nō est, vt queras naturę ordinē in Christi cor-
pore, cum preter naturam sit ipse natus ex virginē citra
virile ſemen: maximē, quod nihil est in hoc venerabilis

Ioan. 12.
Nu. 24.

Mat. 23. 7

Ioan. 2.
Pſal. 32.
Pſal. 143.
z. Gen. 19
Exo. 4
Ioan. 3
3. Re. 18
Gen. 1.

Ioan. 1.

Mat. 9.
Luc. 5.

DE EUCHARISTIA. LIB. III. 52

fimo facramento, tam vel impossibile vel admirādum,
q̄ simile quiddam non videres in natura, vtcunḡ non
valeas eius inuenire nec rationem, nec causam.

Primo quidē vt impossibile miraris, quia vnuū &
panis mutantur prorsus in corpus & ſanguinē Christi:
quur nō miraris, q̄ panis & vnuū quib⁹ vteris, natura
per digitationē vertitur in carnē & ſanguinē tuū: Id qđ
facile accipitur de infantulo adhuc in utero nascente.

Secundō miraris, q̄ quotidie mutatur panis in Chri-
sti corpus, & nullū tamen interim fit in ipso augmentū:
quur nō miraris, quia quod ſcī ſecretū, multis manife-
ſtas, & quia te illis reuelante, omnes ſciunt illud: & ta-
mē illius nullū fit in te ſolo, vel mēte tua augmentum.

Tertiō miraris, q̄ ipsum ſumitur indies & comedis-
tur, nec vlla camen eius fit diminutio: quur non miraris
quod mille ſumuantur à tuo lumine lumina, nil tamē in-
tereā deperit in tuo lumine: Quur nō miraris, q̄ Sarep-
tana illa vidua ſemper ē lecytho comedebat, & tamen
nec oleum in lecytho, nec farina in hydria deficiebat.

Quartō miraris, q̄ in qualibet parte Eucharistie to-
rum & integrū corpus remanet: quur nō miraris, q̄ in
speculo repreſentatū, in qualibet eius parte reluet inte-
grum: quur nō miraris, q̄ vox eadem à proferente edi-
ta, omnibus auribus integra excipitur, vt quam vnuū
haurit adstantiū, eandem hauriant & mille p̄ſentes?
Neq̄ tamē idcirco primaria illa vox ab integritate ſuā
decidit, q̄ à tot & tantis articulatim & diſtinctim per-
cipiatur: quur nō etiam miraris, q̄ eundem ſolis orbē
videt vnuū, vident & mille: quantū iſti, tantū etiam ille
le: nec ſol interim viſus aut ſuā viſione, aut cōtinua lumi-
nis in oculos intuentium ſuāq̄ ſpeciei diſuſione cōſu-
mitur aut diminuitur? Quur nō miraris, q̄ vna cera ſu-
gilli p̄lūmītū formā ſuſcipit, ſuſcipiunt & mille, vnas
queq̄ tamē earū integrā & totā: nec frequētē ſui impref-
tione primariū illud ſigillū ſentit detrimētū, aut dimi-
nutionē ſuā ſubſtantia aut formā? Quintō miraris,
q̄ ab iniq̄ ſumptū nō coingnetur: quur nō miraris, q̄
ſol trāſſes tercora vellōge foſtidissima nō coingnat?

3. Re. 17

Sexto.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Sexto miraris, quod ipsum corpus Christi cibus vestrum, peccatoribus est mortale perniciosum: quur non miraris, quod agrotantibus cibaria & pocula etiam optima sunt nocua? Nonne sol alioqui sanis iucundissimus, lipientibus est grauissimus? Sunt enim quibus ob mala peruersae voluntatis dispositionem, oia etiam bona cooperatur in malum: & sunt, quibus oia cooperatur in bonum.

Septimo miraris, quod corpus Christi sumptum ab hoie, ore etiam clauso, rapitur in celum: quur non miraris, quod ipse Dominus ex corpore virginis incorrupte exierit, & de monumeto etiam clauso surrexerit, & ostio quoque clauso in locum ubi erant discipuli, intrarit?

Octavo miraris, quod corpus tam alioqui immensum, ut ipsum capere non queat celum & terra, in tam parua contineatur hostia: quur non miraris, quod exigua oculi pupilla monte vel maximum apprehendit?

Nono miraris, quod idem corpus totum simul diuersis in locis constitut, a diuersisque percipitur: quur non miraris, quia verbum hois semel prolatum, iuxta vocis natum totum simul est in auribus diuersorum? Quur non miraris, quod sol, luna, lumina, quoduis, in diuersis locis & aduersis videntur? Quid plura? Nihil sane est quod hic, ut impossibile, mireris: quoniam cogitas, qualis & quantum sit, quod miraris, facit, quoniam omnipotens est. Nec est vere eius potentia & sui facti ratione depositas, quoniam facit quod vult, maxime qui sibi vult credi, nec fidei ratione expiscari. Siquidem nullum est fidei meritum, ubi ratio humana capit experimentum. Beatus qui credit, & tamen non videt. Crede igitur quod audis, & vere m'aduasti. Et quod non capis, ut canit Ecclesia, quodque non vides, animosa firmat fides prae ter rerum ordinem. Ad firmandum cor sincerum, sola fides sufficit.

Sacramentum Eucharistiae esse verum sacramentum. Cap. XXXVI.

Deinde ait definitio: Significansque Idem Corpus Et Sanguinem, Sub Eisdem Speciebus Ex Institutio ne Divina Vere Contineri. Ostendunt hanc quidem verba, Eucharistiae sacramentum esse verum sacramentum, quo niam

Rom. 8

Luc. 2

Ioan. 20.

Luc. 24

Gen. 17

Exo. 15

Ioan. vii. 1.

DE EUCHARISTIA. LIB. III. ¶

eniam sit inuisibilis gratiae forma visibilis, imaginem gerens gratiae. Species enim panis & vini, sunt unum sacramentum & signum unius rei sacrae, nemirum collatae non modo in ea gratiae, qua aeterna vita adipiscimur, sed & eius qui plenissimum est & autor gratiae, quem species hic efficit subesse signat. Atque ideo voluit Christus, ut sub hoc sacramento corpus & sanguinem sub specie cibi & potus contineri, ut esset inibi integrata significatio rei, quam efficit in suscipiente, scilicet integræ nutritionis spiritualis. Id quod ut paulo clarius intelligatur, scitu dignum ducimus tria in hoc sacramento discreta haberi, formam videlicet visibilē, veritatē corporis, & virtutē spiritualē. Formam utpote panis & vini, veritatē carnis & sanguinis Iesu Christi, virtutē charitatis & unitatis. Primum quidem unicum cernitur, secundum ait creditur, tertium corde percipitur. Primum sanc, sacramentum est, non res. Secundum, res est & sacramentum. Tertium vero res est, & non sacramentum. Sed primum, est sacramentum geminum rei: tertium, est res gemini sacramenti: secundum verò, sacramentum est unius, & res alterius. Siquidem forma sive species panis, utramque Christi carnem significat, utpote veram & mysticam: sed veram carnem & continet, & significat; mysticam verò significat, sed non continet. Sicut enim unus panis ex multis conficitur granis, unusque unus ex diuersis racemis confluens: ita & Christi corpus ex multis componitur membris, unitaque Eucharistica in diuersis personis consistit: nemirum in praedestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Quos enim Deus praedestinavit, hos & vocauit: & Rom. 8. quos vocauit, hosce & iustificauit. Vnde Apostolus: Unus, inquit, panis, unus corpus multi sumus.

Rom. 8.

Cor. 10

Constat proinde, substantia corporis & sanguinis Christi, esse sacramentum & rem: sed alterius sacramenti esse rem, & alterius rei esse sacramentum. Est enim res prima, quia significatur & continetur a primo, videlicet a forma visibili &c. Et est sacramentum tertij, quia significat & efficit tertium, id est, unitatem Ecclesiasticam. In unius verò summarum, scias hoc sacramentum Eucharistiae in eo gerere similitudinem corporis, in quo panis simili-

G 5
guinem

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

tudinem representat: ita nimirum, ut species panis sit sacramentum corporis, non solum ratione rei signata, sed & ratione rei contenta.

Quam ob causam Christus venerabilissimum Eucharistie sacramentum instaurauit. Cap. XX XVII.

Quanus (ve supra de Sacramentis differentes diximus) eruator noster misericors, & miserator Dominus, nihil planè necessario facere cogatur, sed merecōtingenter (ut ita dixerimus) & libera & dignissimā sua voluntate agat quæcūq; agit, potius letho Deus ille max. opt. humanū genus aliter q̄ per filii sui incarnationē, passionem & mortē redimere: potuisse quoq; mortis saecula meritū, hoc est, gratiā nobis participare in sacramentis, quibus utiq; suā potentia nō alligavit, quia tamē diuinā ipsius sapientia fortiter & suaviter oī disponit, attingens à fine ad finē, quos nostræ misericordiā nādē magis cōgruere nouit modos, dispositi: atq; ideo propter nos & partē elegit, & instituere sacramēta. Nec enim cōuenit saluari quenq; nisi eū, qui sue quoq; salutē per gratitudinē & dei amorē pro suo modulo se disponendo cooperetur, quatenus importūtia nō excusat. Jam autē, queso, quid nos tantū posset ad Dei amorē succendere, q̄ intērillimus ipsius erga nos amor, quo nos pri or dilexit? Tātus alit amor vbi plus apparuit, q̄ in eius pro nobis morte dicēte veritate; Sic Deus dilexit mūlū, vt filium suū vnigenitū daret. Cui subscribit Euā gelista, dicens: In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filiū suū vnigenitū iūsist Deus in mundo, vt vi uamus per eum. Proinde vt ille tantū suum amorem erga nos ostenderet nobis, nō nisi moriendo nos à morte liberare voluit, quo non solum pietatis in nos sive bene ficiū, sed & charitatis affectū mōstrauit. Oportet ergo ipsum diligamus modis sanē omnibus, quū prior vīcā adē nos dālexerit, maximē q̄ apostoli propter eū amo rē nūl nō ex aio sustinuerint, & semper superauerint.

Vt proinde nostræ infirmitati prorsus, ex omniq; parte consuleret, ecclā sensibiliā signa instituit, nō secus atq; vala

Cap. 8

8.Ioan. 4

Ioan. 3.

2.Ioan. 4

Rom. 8

DE EUCHARISTIA. LIB. III. 54

vafa suā gratiā, medicinastī efficaces, quibus nos homines carnales, sensuali cognitioni inhārentes, disposeremur ad gratiā inuisibilis cognitionem, ad petitio nem & consecutionem.

Quod etsi sacramenta singula in suo genere faciunt, maximē tamen hoc ipsum facit & agit, ex institutione diuina, sacramentum corporis Christi: quod vel ideo nominari coepit sacramentum Eucharistie, quoniam non modo contineat & conferat gratiam, qua vitam æternam adipisci nūr, sed & Iesum Christum plenissimā in gratia, autorēt̄ totius gratiā: quandoquidem lux a p̄sia gratia est & gratiāq; actio, quā Dño eruatori nostro maximē debemus ob huius sacramēti exhibitionē. Sūmā Christi charitatē fuisse, quoad ipsam institutiōnē Eucharistie causam. Cap. XXXVIII.

SIn causas omnino p̄cipias, quā dñs noster hoc instituerit sacramētū, & nos ipsum sumere volueris, discendi desiderio quāris: facile respondemus, in Dño nostro causam nīs vniq; fuisse huius sacramēti instituēdi, nempe feruentissimā ipsius erga nos charitatē, qua nobiscū esse voluit sacramentaliter vīsp ad consummationē seculi. Id quod ipse non obscure suis met verbis ostēdit, quādo instituturus hoc venerabilissimū Eucharistie sacramētū, suis ait discipulis: Desiderio desideravi hoc pascha māducare vobisē ante q̄ patiar. Ipse nīs mītū, inquit Euāgelista, quū dilexisset Iūos qui erat in mundo, in finem dilexit eos. O sanē ineffabilis omnino charitas nostri seruatoris, quā nō solū voluit nobis esse pater per creationē, frater per incarnationē, redēptor per precij solutionē: sed & nostra esse voluit spirituālis refectio, spōsusq; semper nobiscū manens in hoc sacratissimo Eucharistie sacramēto: quod ille nobis haud aliter in suo discēssu dono reliquit, atq; dilectionis erga nos sue perpetuae pignus & arram.

Iple quidē mysticus suā ecclesiā spōsus, illud in hoc preciosissimo sacramēto fecit, quod verus spōsus & matrimonius suā dilecta ex anima spōsae faceret abiturus, si posset aut quoquo modo valeret. Profecto spōsus sincero erga

Mat. vīc.

Luc. 22

Ioan. 13.

Ioan. 3.

Mat. 9.

Mar. 2.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Luc. 9 erga sp̄ōsam zelo, ab ea discessurus, xenium quoddam meditans, si fieri posset, seipsum in ipso xenio relinqueret. Animus certe pr̄stans istud nō deest, tametsi potia & arte careat, quo minus illud valeat exequi, vt semper vel absens, esse posset cū sp̄ōsa sua pr̄sens. Quā vero (quod satis cōstat) Christus ita verē suā dilexerit Ecclesiā, vt pro ea non recusaret corpus suū omnibus artus & cruciatis mortis exponere, pariter & vniuersum sanguinem effundere, quicq; p̄tē nimia dilectione nobis promisit se fore nobiscū vscq; ad consummationē eculi: certe dubitari nequit, quin & seipsum sub hoc sacratissimo xenio nobis in signū summi erga nos amoris contulerit: tunc, quā illud potuerit, cui nihil impossibile est: ut q; illud seruare debuerit quod promisit, quā sit veritas manēs in eternū, mētiri nō valens, maxime q; illi nō desit sapientia, qua tā cōmode ipsum preſtere potest, vt & citra quāuis sui corporis iniuriā, citra crudelitatem & horrorem edentium, suā carnē nobis impendat. Est igitur Eucharistia primā instituta a Christo omnimā ipsius erga nos charitatē, qua nō solum deitatis maiestate, per quā omnia compleat, sed & corpore suo, quod ex virginē sumpsit, quodq; pro nobis in curce crudissime morti exposuit, nobiscū pr̄sens eset vscq; ad consummationem seculi.

De cauſis institutionis Eucharistie quoad nos.

Caput. XX XI X.

CAUSÆ VERÒ HUIUS SACRAMĒTÌ INSTITUENDI, QUOD NOS sunt aliquot: Prima est, vt per ipsum haberemus amarissimā ſeu Christi pro nobis passionis, quæ illius erga nos amorem declarat, memoriale perpetuum, ipso Paulo dicēte: Quotiescūq; māducabitis panē hunc, & calicē bibetis, mortē Dñi annūciabitis donec veniat, i. sumētes hoc tantū mysteriū, recordabimini mortem & passionē Dñi, quā representat: ac interim p̄cellētis simi illius in vos amoris, cuius cauſa Dñs aiebat: Hoc facite in mēa cōmemorationē, hoc est, māducātes meū corpus & bibentes sanguinem, recordamini q; ego vos dilexerim, q; pro vobis mortē subierim longe maxime turpem

DE EUCHARISTIA. LIB. III. 99

turpē, q; me ipsum nimia charitate vobis in eſum mīto quodam modo contulerim. Maiorē vtrq; hac dilectiōnem nemo habet, q; vt animā suā ponat quis pro anni cōſiſtū. Ideoq; desiderio desideravi hoc p̄a: cha mādu: care vobiscū antequā patiar. Secūda cauſa, vt ipsum placans eset pro peccatis nostris sacrificiū, olim nō obſcurè p̄figuratum per sacrificium Melchizedech, qui cū Gen. 14: eset in omnibus Christi typus, Deo maximo panē & Psal. 109: vīnu obtulit, p̄figurans propheta teste, Christum in nouo testamento corpus suū & sanguinem sub specie pa-nis & vini Deo patri pro salute humani generis obla-turū, nempe sacramētaleriter in cōcēna nouissima, realiter vero in ara crucis. Id quod idem (quo complerentur de eo figure) fecit, eo ipso testante quum ait: Accipite & comedite. Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur. Bibite: hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Atq; ha- ne sacramētu Eucharistiae hoc, est ipsum vnicum sacri-ficiū, quod Dñs sibi toto terrarū orbe oblatum iridu-dum predixit, inquit: Ab ortu solis vscq; ad occasum, magnū est nomen meū in gentibus, & in omni loco sa-crifatur & offertur mihi oblatio munda. Hinc est, q; Eucharistiae sacramētu à nascente ecclesia vscq; in hac tempora, nusquā non locorū vocetur sacrificiū, quia si memoria mortis Christi, qui sese obtulit in sacrificiū patri, redimendi humani generis causatum, quia idem Deo patri inibi sub mysterio offeratur ad placādum e-ius in nos indignationē. In hoc enim Eucharistiae sacri-ficio, participamus fructus & omnia illius in cruce fa-ta & oblationis. Si deletionē peccatorū petis, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Si gratiarū actionē, ecce gratias agit pro nobis Deo patri, sacramentum hoc cum gratiarū actione instituēs. Si malorū euitatio nem, ipse nos sanat & liberat, quia languores nostros ipse tulit. Si celere honorū consequutionem, latro quāsi rūs docebit, qui tempore huius sacrificij vespertini au-dire meruit cum iuramēto: Amen dico tibi, hodie me-gum eris in Paradiso. Et quid honorū nō tribueret hoc Euchae

Ioan. 13:
Luc. 22:

Gen. 14:
Psal. 109:

Mal. 5:

Ioan. 8:

Efa. 9:

Luc. 23:

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Eucharistiae sacramentum intuita sacrificij, quo patri æterno filius æternus & vnigenitus sacrificatur, offeratur & exhibetur fons totius boni? Sed de hoc vero & vnico apud Christianos sacrificio, cum in Homilia, sum, tum in secundo Miscellanearum nostrarum libro copiose nobis est disputatum.

Tertia causa, vt cibus esset & edulium animarum nostrarum, quo Dominus ipse anima, ad vitam baptismō regenerat, cibo vitae aleret, contra vetitum cibum protoplasmā, qui cibus fuerat mortis, Domino ad eos dicens: In quaunque die comedenteris ex eo, morte morieris. Hic autem cibus est vita æternæ, de quo Dñs: Qui cuncte manducauerit ex hoc pane, vivet in æternū. Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Atque hinc est, q̄ dominus hoc sui corporis & sanguinis sacramentū singulariter etiam sub specie panis & vini, & non sub alterius cibi generis specie instituerit, vt videlicet plenē significaret refectionem mentis, quam per hoc sacramentum præstarer. Sicut enim pane materiali naturaliter corporaliterq; sustentamur & alimur, estq; ipse initium vitæ corporalis; ita quoque spiritualiter ad vitam æternam fouemur, nutrimur & augmentamur per hunc panem, qui de celo descendit, ac inde præstitus est, omne dele. *Sacramentum in se habens & omnem suavitatis odo rem.* Cœpit proinde hac nimis ratione, hoc Eucharistia sacramentum merito dici viaticum, q̄ cibus sit viae torum hominum, huius modi desertū peragrandiū: qui non aliter, per huic ipsum cibū pasti, ex hac lachrymarū valle perueniunt ad montē supernæ ciuitatis, atq; Hierias ille propheta defatigatus, & pastus subcineritio pane, q̄ huius erat panis ē celo typus, quenit usq; ad modum Dei Oreb. Haud est igitur ab illo tatus panis negligendus, maximè circa finē vitæ, quā inde migrādū est.

Postea

Gen. 8.

Iohn. 6.

Ecccl. 29.

Iohn. 6.

Sap. 16.

3. Re. 19.

DE EUCHARISTIA. LIB. III. 56

Postrema vero causa est, vt hoc ipsum Eucharistie sacramentū, nobis esset pignus lōge certissimū glorię perennis, nostræq; redēptionis, quā Dñs in cruce operatus est immolatione sui sacrofæcti corporis & sanguinis, quā Eucharistia habet & repræsentat. Non enī (vt ait Petrus) de vana nostra cōuersatione redēpti sumus auro & argento, vel hoc genus rebus corruptilibus, sed precioso sanguine Iesu agni immaculati. Et hoc est, quod adhuc ecclesia de hoc sacramento letabūda cōcinit dicens: *O sacrū cōmūnū, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futura glorię nobis datur pignus.* Et hucusq; de preciō pignis huius venerabilissimi Eucharistie sacramenti insti tuendi causis, quas in presentia, categiſimū tractātes sufficiere putamus, deinceps acturi de digna tāti sacramenti sumptione & fructifera, quālibet iis verbis adhuc precatur Ecclesia: *Deus q̄ nobis sub sacramento mirabilis, passionis tūra memorū reliquisti tribue, quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redēptionis tūc fructū in nobis iugiter sentiat.* *amē*

Quomodo dignè sumendum sit venerabilissimi Eucharistie sacramentum. **Cap. X L.**

Hactenus inter alia præcipuas connumeravimus causas, ob quas Dominus hoc venerabilissimum Eucharistie sacramentum instituerit, mosq; ipsum suū mere voluerit. Ex quibus secundum alia, quæ necessario repetenda non sunt, accepimus ineffabilem huius sacramenti dignitatem, magnitudinem, excellentiam & utilitatem, imo & sumendi ipsius necessitatem, vt pote sit ipsum, in quo est divinitatis præsencia, mundi redēptionis, peccatorū remissio, gratiarū diuisio. Vnde cum Christo, virtutē et gratiarū omnī, vna cum autore & fonte earū, aggregatio, anima ad vitam æternā cibatio, glorię futurę nōstręq; redēptionis certissima arta & aestatio. Iā verò cōstat, res preciosas soleat magis noce re, dñi vel in improportionatis iunguntur obiectis, vel incautis veniunt in abusum. Id quod in naturalibus reb⁹ arguit solis claritas, quæ lippientes ferit oculos; Et vehe

menne

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

mentia operosæ medicinæ, qua nisi proportionata fuerit, magis laedit. Ita & diuina beneficia quanto maiora, tanto sunt ingratis & indigne sumentibus damnabiliora. At qui donorū omniū (vt paulò ante didicimus) maximum est Eucharistiæ sacramentū, quod mors est malis, vita bonis. Non quia malum sit Dñi corpus, quo nū melius; sed quia malus, male sumit quod bonū est. Argumento est arca Dñi, quæ allophylos occidit, & Israhel saluauit. Argumēto est marina, qd bonis oīs delectamenti & suavitatis sapore, malis verò naufragia præsticit.

Iam quēadmodum cibus corporalis, dum ventrem inuenierit aduersis humoribus occupatū, amplius ledit magis nocet, & nullum præstat auxilium; ita & hic sp̄ ritualis Eucharistiæ cibus, si aliquē repererit malignitatem pollutū, magis eum perdit, non sua natura, quæ optima est, sed accipientis vitio. Quod sanē testatur Apostolus, serio volens, vt ipsum digne, nō indigne suscipiat, pœnā horrendam adiiciens, quū ait: Quicunq; māduauerit panem, & biberit calicem Dñi indigne, iudicium sibi manducat & bibit, reusq; erit corporis & sanguinis Domini, id est, eas dabit aliquando pœnas, quas habent qui Christum Iesum crucifixerunt, quia reatum incurunt ex peccato, cōmissio circa corpus & sanguinem Dñi. Cuiusmodi sunt, q; indigna sumptione filii dei nō secus ostentui habent, atq; qui ipsum denuo crucifigūt.

Eucharistiæ digne esse sumendā. Ca. X L I.

Danda proinde modis est omnibus opera vobis, vt tantum sacramentū digne suscipiantis, quo mortem declinetis, & vitā aternā ex eo, iuxta Dñi verbū, habecatis. Primō quidem (vt ex Apostolo intelligimus) opus est, vt diuidicetis Dñi corpus. i. ab aliis cibis discernatis, firma fide, diligentissimè meditatione credentes sumere vos summū, aternū, bonum, potentissimum, sapientissimum, benignissimum, sanctissimum, unigenitū patris æterni, cundem cum patre & spiritu sancto in substantia, discretum in persona, quē omnes angelii colunt, dæmones contremiscunt, patet orans creatura, cuius gloria plenaria sunt cœli & terra, qui propter vos, propter ipsalutem vestram

¶ Reg. 5.
6.7.
Sap. 16
Num. 21.

¶ Cor. 11.

Heb. 6

Ioan. 6

¶ Cor. 11

¶ Joan. 5.

Esa. 6
Apoc. 4

DE EUCHARISTIA LIB. III. 57
vestram de cœlo descendit, ex virginē incarnatus, pāsus, mortuusq; est: qui deniq; velet & vniuersitatis est creator, gubernator, conservator, redemptor & benefactor, iudex demū, beatificator aut damnator fururus: qui vos fecit, quū nō effletis: reparauit, quum male effletis resuscitabit, postq; effedesteritis: in iudicio demū futurus nouissimo, iudicaturus viuos & mortuos ad vitam aeternam, vel ad perpetuā mortem. Hac nimirum & id genus alia, diuidicabitis firma fide, sub specie panis hiceſte, nūhi dubitantes, sed inharentes verbo eius, qui nihil nō potest, qui mentiri nequit, de hoc sacramēto, dicens: Accipite & manducate: Hoc es (enim) corpus meum. Caro mea verē est cibus, & sanguis meus verē est pocus. Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Et hoc est, quod olim filij Israel iubebātur agnum paschalem festinanter comedere, qui typus erat huius in sacramento agni, qui tollit peccata mundi, id est, q; non deberent multis querere, disputare, discutere, & dicere cū Iudeis infidelibus: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Accipite & manducate: hoc est corpus meū. Caro mea verē est cibus. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis: memores, q; qui taliā dixerunt, dubitantes & infideles, retrocesserint ac defiserint domini esse discipuli, quorum nouissima prioribus facta sunt peiora. Id quod dictu horrendum est, & nunquam satis deplorandum. Secundō, iuxta Paulum probetis vosmetipſos, vtpote diligenter vos examinetis, an vera vobis sit fides, an peccatis mortalibus inuoluti sitis. Quib; vbi vos inuenietis pollutos, haud, quacq; accedatis, nisi prius per veram pœnitētiā illa deponueritis, Deū toto nimirū affectu humillimeq; deprestantes, vt ea remittat, vosq; suo corpore dignos efficiat: memores, q; olim non ausi fuerint comedere panes propositionis sanctos, nisi qui erant à propriis etiā vxoribus mundi: quanto minus manducare licet immundis hunc panē, qui est sanctorū sanctus, è cœlo descendens, panis filiorū non canibus vlo modo mittendus: Si Oza

Esa. 5
Apo. 4

Ioan. 5.

Luc. 1.18

Mar. 10

Heb. 6

Mat. 26

Mar. 14

Luc. 22

Ioan. 6

¶ Cor. 11

Exo. 13

Ioan. 12

Ioan. 5.

Ibidem

Mat. 18

Luc. 11

2. Pet. 2.

¶ Cor. 11

¶ Reg. 5.

Dan. 9

Ioan. 6

H quoniam

**Mat. 15
s. Reg. 6**

1 Cor. 11.

Mat. 8.

Ibidem

**Luc. 6
Ioan. 13.**

**Ioan. 21
Mat. 26**

**2 Cor. 10.
Mat. 14
Mar. 13.
Luc. 21.**

Psal. 110.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

quondam morte subita persit, quoniam non fatis cauteligerat arcum, in qua manna erat: qua putamus morte peritum eum, qui corde pollutio per peccata, et ore immundo tangit & accipit, nō dico arcum manna, sed ipsum manna: nō dico manna, quod patres olim manducantes in deserto, mortui sunt: sed illud ipsum verum manna, quod qui digne manducat, non morientur, sed vivent hic in gratia, & alias in gloria in æternum?

Quapropter probet homo (monitor Paulus) se ipsum, conscientiam suam pro virili discutiens de peccatis, de quibus ex animo peniteat, & sic de pane illo manducet. Nec temere de se præsumat, quātumvis sibi nullius fortasse peccati conscius, sed pauidus, ex filialitate more ad Dominum cum Centurione dicat i Domine, non sum dignus ut intrē sub tectum meum, sed tamq; dic verbo, & sanabitur anima mea. Nec est quod existimes te fideliorum esse Centurione, de cuius fide dominus ad turbam dicebat: Non inueni tantam fidem in Israel. Insuper ubi vacauerit, cognoscas oportet tuū indignitatem cum Petro, qui dicebat ad Dominū: Ex a me Domine, quia homo peccator sum. Et rursus: Nō lauabis mihi pedes in æternum. Nec est quod te pure feruentiores esse in charitate Petro, qui vere dixit ad Dominum: Domine, tu scis quia amo te. Et ante rursus: Domine, etsi oportuerit me mori tecū, & ire in carcerem, nō te negabo. Si tam se indigos Christo censuerit tam fideles, tamq; in charitate feruentes homines: q; oportet ut ipsi nostram consideremus indignitatem, qui sumus in quos seculorum finis deuenerunt, quoniam charitas refrigescit, fides decrescit, et abudat iniquitas. Superest ergo, ut nos probemus in conscientiis nostris & nihil negligamus, sed cum reverentia accedentes, timemus ob indignitatem nostrā, memores quod (propheta teste) Dñs se præbuerit escam timētibus ipsum, cuiusmodi sunt, qui anteq; eam ipsam sacroficiam eam sumunt, ex animo pro peccatis penitent.

Quibus cæremoniis vsus sit Christus in Eucharistie institutione. Cap. XLII.

Erat

DE EUCHARISTIA. LIB. III. 58

Erant proinde plurimum, & alios in errorem sedūcunt, qui nulla nec scriptura, nec ratione obfirmati, sed scripturis & scripturarum veridicis exemplis reputantes, impudenter docent, eos errare, qui ad venerabile sacramentum Eucharistie accedentes, ante a confiteantur sua peccata, præmittantib; qua postulunt deuotiones suas orationes & præparatoria, ne manducent sibi iudicium: sufficere enim fidem, quæ sola faciat eos prius, & dignos tanto sacramento. Contra quos qui sic docent, non modo sunt scripturæ, & scripturarum rationes & exempla, quæ partim recensuimus, partim causa breuitatis transluimus, sed & ipse Paulus vna cum Christo, qui huius sacramenti autor, etiam in eius institutione non verbo solum, sed & exemplo docuit, quid faciendum esset sumptuō suum corpus.

Primo quidem, priusq; hoc sacramentum suis Apostolis exhibuit, eorum lauit pedes: quo nimur factio palam arguit, purgandos esse prius animorū affectus, per pedes in scriptura designatos, q; peccatores ad hinc exanimū accederent sacramentum. Cur enim alii, qui iam pedes eorum lauit, quos passus est illotis manibus escas communes acciperent? Secundo, corpus suum & sanguinem eis porrigenis, iussit, ut quoties essent hac facturi, memoriam agerent suæ tam ingentis in eos charitatis, quam declaratus erat sua passione, quia inter alia representat Eucharistie sacramentum.

Tertio, quoniam Iudas, qui sumperat haud sincero puroq; affectu, mala morte vitæ finierit. Quia sane tria Paulus quoq; censet seruanda sumptuō Eucharistie sacramentū, ut qui primo vult mortē Dñi per ipsum denunciari: deinde conscientiā probari de peccatis: demū quātū maneat periculum, nempe iudicium æternæ damnationis, indigne (hoc est, infideliter & in peccato) sumenti. Vides autē q; nec Christus, nec Paulus aliquā faciat mentionē fidei, quamq; illa opus esse quis negauit vñq; quādo Paulus ante aliquot ceteros annos scriptū reliquerit, oportere accedentem ad Deum, credere, nec posse quenquam sine fide Deo placere?

Ioan. 13.

Mat. 15

Mar. 7.

Luc. 22

Mat. 26

Mat. 27

1 Cor. 11

Heb. 10

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Præterea, quis dubitat Iudam credidisse, quum post Christi de hoc sacramento verbum, non retrocesserit, sed manferit, & tamen sumens perire? Quare? quia peccato adhuc obnoxius. Quis dubitat Corinthios veri habuisse de hoc sacramento fidem, quando Paulus eulaudarit, quia sic ipsum conuenientes accipiebant: & item eorum nonnulli infirmi & imbecilles erant, nonnulli dormierant? Quare? quia in dexterius, id est, in peccato, ut pote contentionis, gulæ, ebrietatis et comedientis, non quod infideliter, cœnuerat & sumpserant. In modis tantum periculi maneret infideles in peccato accedentes, quantum fideles in peccato sumentes. Siquidem seruum voluntatem dñi sciens & non faciens, multis vapulabatur.

Archegi igitur iuxta Paulum, ad condemnationem suam corpus dñi manducat, quisquis non ante suam conscientiam explorariit: & quo quis diligenter hoc fecerit, tanto potest accedere confidentius. Nec sufficit sola fides informis, ut quis ad huius sacramenti susceptionem dignus euadat, sed anima itein oportet purgare & præparare, quo magis tanto sacramento suscipiendo reddatur idoneus, per verâ ipsius de peccatis poenitentiam. Sic quondam Aaron & filius eius, quantumvis fideles, non audebant accedere ad altare, nisi manibus & pedibus loti. Sic nullus olim, vel quamlibet fidelis, de semine Aarons, ausus fuit offerre deo panes, qui habuist maculam. Sic olim perire debuit, qui manducarat immundus, vel quamlibet fidelis, ex carne salutaris sacrificij. Probet itaque seipsum homo per verâ penitentiam, & sic de illo pane edat, ait Paulus: quem sic nobiscum intelligunt et interpretantur Cyprianus, Origenes, Chrysostomus, Vulgarius, Cassianus, Leo, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, & hoc genus omnes orthodoxi patres, qui nos tot retro seculis summa fide & charitate prædecesserunt.

An recte pieque laicis sub una duntaxat specie cōmunicent de Eucharistia, & quorū illis altera sit species ab ecclesia quondam adempta. Cap. XLIII.

Ioan. 6

v. Cor. II

Luc. 18

Exo. 30

**Leu. 21,
Leu. 17**

v. Cor. 22

DE EUCHARISTIA. LIB. III.

59

Licet hoc venerabilissimum Eucharistiae sacramentum, quondam sub specie tam panis, quam vini datum fuerit, vobis ecclesiæ tamen obtinuit, ut sacerdotes duntaxat utræque specie cōmunicarent, & infantibus ac pueris non præberent sub illa specie Christi corpus consecratum, sed eis duntaxat qui adoleuerint, & rationis vsum obtinuerint. Atque nimis recte, quum utriusque parvuli non habeant tātum rationis, ut hunc cœlestem cibum ab aliis cibis valeant diuidicare & discernere. Id quod Apostolus ab omnibus Eucharistiâ communicaturis, exigit. Cui Boëmorum pars obaudiens, condemnata est, ut quæ noluerit obedire Ecclesiæ, quæ tam hoc est illud non sine sancti spiritus instinctu instituisse creditur & eius institutionis facultatem habuisse & causas.

v. Cor. 22

Prima vero causa, ob quâ censuit laicis sub una tantum specie panis dandam Eucharistiâ, est, quod nec Christus, nec Paulus legitur aut intelligitur dedisse ipsam aut dari iussisse populo sub utræque specie. Secunda, quoniam significatiæ in hoc sacramento mysterium magis ad consecrantem, quam ad suscipientem pertineat, ut discrimen esset inter pastores & gregem, inter plebem & sacerdotes, qui sacrificium sua communione repræsentant. Tertia, quoniam nihil amplius sub utræque specie contineatur, quam sub altera tantum. Totus enim Christus cum anima, sanguine, corpore et deitate, non minus sub vini quam panis specie, cuiusque siue laico, siue sacerdoti confertur. Quarta, quod & Christus & Paulus videantur post resurrectionem dominicâ Laicos specie duntaxat panis cōmunicasse: proptereaque de hoc aliquibi Eucharistiae sacramento loquentes, raro vel nunquam vini, sed tantum panis speciei mentionem habuerint: argumento, quod sufficiat communicario sub una Laicis specie. Quinta, quod toties tanta promittantur pro sacramenti huius sumptione sub specie panis, & nihil vnguis sub specie vini: argumēto. Laicis haudquam altera opus esse specie. Sexta, quoniam multa ex altera, ut pote vini specie, sequuta sint pericula & incōmodia: quidam enim crediderunt, amplius quiddam sub via.

Eccl.

H. 3

iii

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

ni q̄ sub panis specie cōtinerit; & ediuerso quidam cum laborarunt in extremis, & sub specie vini Eucharistiā sumere nō potuerūt, suspicabantur se non esse cōmuniū catos integrē. Contigit etiā aliquādo, quod auditu horū rēdūm est, ut Christi sanguis in terrā effunderetur; & nonnunq̄ in vastis nō bene seruatis, creberrimē corrumperetur. Nec enim diu seruari potest liquor eius modi, quantauis adhibita fuerit diligentia.

Quas quidem causas, & hæc totq̄ discrimina, catholica Ecclesia pio nimis maectoq̄ affectu sentiens, su mulq̄ verba & facta Christi perpendens, interimq̄ intelligens nullam huiusce rei esse necessitatē, tandem post diuturnā & maturā deliberationē, non sine saicti spiritu inspiratione vñanimiter censuit, Laicos nō nisi sub vna specie, vt pote panis, deinceps cōmunicatum irijū hæc verba in Concilio Basileen. decernēs. Laudabilis quoq̄ consuetudo communicādi Laicū populum sub vna specie, a sanctis patribus rationabiliter introducta & hactenus diu nō sime obseruata, & a doctoribus diuinæ legis, sacrorum Canonū, atq̄ sanctarum scripturarum multam peritā habēta, iam à longo tempore cōmendata, pro lege habēda est: nec aliqui licitū est eam reprobare, aut sine autoritate Ecclesie immutare. Hæc illa in Synodo Basileen. cui tantisper arbitramur obtemperandum, quātisper ex causis legitimis, spiritu sancto duce, securus decreuerit. Id quod multas ob causas tēpore quoq̄ primo futurū cuperemus & optaremus, fatentes interim nobis eius sufficere autoritatē, quæ veritatis est & firmamētū & columnā, maxime q̄ ip̄a extēporis mutatione multō maiora pro gloria Christi & suorū salutē per modū dispensationis immutarit olim. Non sunt igitur audiendi qui blaterāt, humano figmēto & pōtificia tyrannide factū, ne Laici sub vtraq̄ specie reciperet Eucharistiā, quinimo credī pat̄ est & equū q̄ per Ecclesiam spiritus sanctus, qui illā regit, sicut Eu charistiæ sacramentum mutauit à cōenantibus ad iefu nos, ita Laicos ab vtraq̄ specie deduxit in alteram, sub quatantum continetur sola, quantum sub vtraq̄. Neo

DE POENITENTIA. LIB. III. 62

quidem dubitandum est, quin à nascente ecclesia Laici cōperint sua etiam sponte, propter præmemoratas & alias hoc genus legitimas causas, sub specie duntas & altera communicare: quodq̄ huius communicatio nis consuetudo, ex traditione Apostolorum, qui non omnia scriptis complexi sunt, sed multa voce viua ad posteritatē quasi per manus transmisérunt, emanarit, quum nemo huius consuetudinis non illaudatæ, com monstrarē possit initium.

Ehæc de venerabilissimo Eucharistiæ sacramento dicta sint, quæ & pro Catechismi ratione sat super q̄ in rem facere speramus. Qui plura desiderat, nostras psalmi perleget Centurias, fatur fortassis abiturus.

De Pœnitentia, Quarto catholicæ Ecclesiæ sacramento.

Praefatio.

Vanquam nonnulli nostra tempestate schismatici & hæretici, cōtra pœnitentiam non modo rugas, somnia, absurdia & impia multifariam deblaterauerint, sed & eam sic ē medio penē tulerint, vt non veriti sint dicere, non esse Christianis opus aliquā pœnitentia pro peccatis, quibus Deum plus quam indigne offendunt, quotidieq̄ offendunt, tamen eos errare, vel hoc inter penē infinitas rationes argumento est longe euidentissimo, q̄ non solum propter peccata venire soleant aduersa, nec hæc sint cœstatura, nisi cœlestur à peccatis, qua nec renairantur circa pœnitentiam, sed & à mundo condito non magis opus fuisse pœnitētia, q̄ nobis & hisce nouissimis tēporibus, quibus alios qui tam horrenda iniuriant aduersa, q̄ horrēdanunq̄ contigere. Quandoquidem Christus vñacum Apostolis nihil aq̄ serio clamarunt, q̄ vt agatur de peccatis pœnitētia, & quidem in inicio & in fine. Ioannes quidem Baptista prædicare incipiens, dixit: Pœnitētiā agite, fructusq̄ pœnitētē dignos facite. Et Christus quoq̄ prædicare incipiēt, aiebat: Pœnitentia, & credite Euā gelio. Et alibi: Nisi, inquit, pœnitentia egeritis, oēs simi h̄c peribitis. Et apostoli prædicatiū misli a Christo ad Mac. 3. Luc. 3. Luc. 13. Mat. 16. H 4. huc

Luc. 19
Mar. 6.
Luc. 24

Act. 2

Mat. 22
Luc. 10
Deu. 2

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
huc viuente, nō aliud primum prædicarunt, q̄ pœnitentiam. Quibus & post resurrectionem in totū orbē proficiscentibus dictum est, vt in noīe Iesu pœnitentiam in remissionem peccatorū prædicarent. Et quum Petrus in die Pentecostes ab auditoribus interrogaretur, qui factō opus esset, vt saluari possent, respondit: Pœnitentiam agite &c. Vnde plus q̄ aperto accipimus, nobis nūc maximē opus esse pœnitentia, propter infinita & maxima peccata nostra, quæ nobis non remittuntur nisi pro ipso pœnitamus.

Iam vero, quia longo nunc tempore (diabolo sic insidente) sita prorsus parū, aut nil de vera pœnitentia apud multos prædicatū est, vt nō parū multi nihil omnino de pœnitentia vera sciant, q̄ nudum nomen, sileo q̄ fortasse nunq̄ verè pœnituerint: visum proinde est in salutem vestrā, nonnulla post hac ex sacris literis de pœnitentia differere, quæ vos summē velim memoria retinere, quū prorsus sint necessaria, maximē q̄ pœnitentia sibi locū vendicet inter septē ecclesiæ sacramenta, nō secundū atq̄ vñica post baptismum tabula, qua per pelagus ad portum felicitatis veniendum est.

Quoniam autem de peccato est pœnitendum, pro fuit primum paucis describere, quid peccatum sit, & quantum ipsius sit nōumentum.

Quid peccatum sit, & quale eius nōumentum de quo pœnitendum est. Cap. XLIII.

PEcatum est, quicquid voluntariè vel cogitatur & concupiscitur, vel dicitur, vel agitur cōtra Deum et eius legē & mandatū: id quod in hoc vno cōsistit: Dilectus Dñs deum tuū ex toto corde tuo, extorta aīa, & ex omnibus viribus, & proximū tuū sicut teipsum, Modo tamen si infinita prope modum sunt incōmoda peccati, siquidem propter ipsum veniunt aduersa: tamē vñcum est, quo cetera cōprehenduntur oīa, nempe q̄ mori hominem cogit & spiritualiter & æternaliter, inducturū deniq̄ post hāc mortē naturalē & spiritualem, apud inferos pœnā omni supplicio maiore, si nō remittatur hīc à Deo per pœnitentia, Propheta teste, qui ait:

Anima

DE POENITENTIA. LIB. III. cc
Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: & mors peccatorū pœnitentia. Et hoc est quod olim Deus ad protoplastum dixit: In quoctūq̄ enim die comederis ex eo, id est præceptū meum transgreſſus fueris, morte morieris. Id quod deinde Paulus aperto cōmonstrat, inquiens, per vñ hominē peccatū in mundū intrasse, & per peccatū mortē sic in oīes homines trāfisse, vt peccati stipendiū sit mors. Id quod intelligit tam de naturali, q̄ æterna & spirituali morte, que omniū est miserrima, nec aliud q̄ hominis hic & altās à Deo separatio, quā non aliud facit q̄ peccatū. Propheta dicente: Iniquitates vestre diuferunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra abscondunt faciē eius à vobis ne audiat. Iam vero, obsecro, quid possit esse miserabilius & calamitosius, q̄ à Deo, summo bono, separatū esse, quum separatus ab illo, subiugatus sit diabolo, priuatus omni bono, & circundatus omni malo. Id quod inter innumera alia testimonia testatur diues epulo, miserrimis suis ab Abraham clamoribus inquiens: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarū, vt intingat extremū digiti sui in aquam vt refrigeret lingū mēā, quia crucior in hac flamma. Cui respondit ille inter cetera: Et in iīs omnibus inter nos & vos chaos magnū est firmatū, vt n̄ qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neq̄ inde huc trāfīre. Quum proinde per peccatū sic misere separatur homo à Deo, vt & alibi crucietur æternaliter ineffabilis pena, nec possit ipse peccator per Christum aliter deo patri cōiungi, & à tanto malo hic liberari, nō per pœnitentiam: non immērito Dominus passim hortatur ad eam pœnitentiam, dicens: Pœnitentia &cæ.

Quid propriè sit Pœnitentia. Cap. XLV.
Est autē pœnitentia, voluntaria & ex charitate erga Deum pro peccato cōmissio punitio adsumpta. Si quidem (teste Augustino) pœnitere dicitur, quasi pœnitentia, sc̄i pro peccatis vlcisci intus & foris. Vnde cognoscuntur vehementer errare, & esse iniuriū iustitiae Dei, qui adserunt pœnitentiā nihil aliud esse, q̄ respicentia, quā Graci dicit *mitationē*, vel *transmutationē*.

H̄ *cc*

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

& nouā vitā, & a vitiis cessationē, quādoquidē virtus vocabuli pœnitentia refragetur. Est enim (vt nūc ex Augustino retulī) pœnitere, pœna tenere; vt scilicet peccator pœnitēs, semper puniat in se vlciscēdo, quod cōm̄it̄ peccādo: & ipsa quoq; pœna proprie sit læsto, q; puniat & vindictat, quod cōmis̄le dolet. Siquidē vera est pœnitentia, sine tēporis intermissione de præteritis malis dolere, & sic plangere cōmis̄la, vt pœnitens nō cōmitat plangenda. Quū enim pœnitentia pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus cōmet; profecto debet vnuſquisq; maiorē in se severitatē exercere, vt a ſe ipſo iudicatur, quod Paulus ait, non iudicerur a Dño.

Debet itaq; peccator pœnitere volens, aduerſum ſe ascendere tribunal mētis ſuæ, ſeq; ante faciē ſuā cōſtituere: atq; ſic cōſtituto in cordis iudicio, adiſtere accusatricē cogitationē, teſtem cōſcientiā, carnificē timorē, ac inde quidē ſanguinē ipſius animi cōſtentis peccatoris per lachrymas profluere, & demū ab ipſa mēte talem proferri ſententiā, vt peccator ſe iudicet indignū cōſpetu dñi dei ſuū, vt qui timeat ſe à regno coelorum separari. Sic procul dubio pœnituit Dauid, quū dixit: Misere re mei d̄eū ſecundū magnā misericordiā tuā: Et ſeeendum multitudinē miferationū tuarū, dele inquiratē meā: Amplius laua me ab iniuitate mea, & à peccato, meo mīda me: Quoniā iniuitatē meā ego cognosco, & peccatū meū cōtra me eſt ſemper. Qui q̄eniq; ſic doliuit pro peccato ſuo, vt nec dies nec noctes pañē ſine lachrymis māducari, imo qui lectū lachrymis rigauerit. Ita q̄oq; pœnituit Magdalena, que ſic dolēs de luis peccatis, lachrymata eſt, vt lachrymis dñi pedes lauerit. Ita quoq; pœnituit Petrus, qui curiā principis extiens, fleuit amare. Qui præterea fertur, poſt Christi ascensionē omni nocte circa tēpus gallicātus, q̄ dñm negauit ē ſtra tu ſurrexiſſe, ac tā duriter genicularuſ ſeuilſe, vt in genib; callos habere, & in facie videri coeperit quāl igne toſtus & vſtus ex frequenti caſu lachrymarum.

De tribus Pœnitentia partibus, & mysticis earū rationibus & p̄figurationibus. Cap. X. L. VI.

DE PŒNITENTIA. LIB. III. 48

Ex definitione pœnitentia quā dedimus, multoq; exemplis ex scriptura deſumptis, intelleximus eos admodū errasse, q̄ dixerūt pœnitentiā nō eſſe, niſi quādā resipientiā & vita emendationē: quandoquidem viſ etiā vocabuli pœnitentia, probat ipſius deſcriptionem præferentē, pœnitentiam eſſe quandam voluntariā, & ex charitate erga Deum pro-peccato, quo ipie offendit, adſumptam punitiōnem, vindictam & pœnam.

Ex qua quidem definitione Theologi tandem ipſam pœnitentiā, prout sacramentum eſt, aut pœnitentia sacramentū, non minus sancte q̄ vere dixerunt, eſſe abſolutionē hominiſ pœnitentis, factam certis verbis, debita intentione prolatis a ſacerdoti jurisdictionē habēta, ex iſtitutione diuina efficaciter ſignificantibus absoluationē animat̄ a peccato, factā iuxta verbū dñi dicentis: Quorū remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta ſunt. Id quod totū fieri per ſpicuum ex ipſius pœnitentia partibus, quas ſubinde pro loco & tempore, quāl ſumme ſcribi neceſſarias, tractabimmoſ.

Quia enim iſpum Deū Opt.tribus peccatis offendimus, ut pote peccato cordis, quod eſt mala cogitatio: peccato oris, quod eſt ſermo malus & ociosus: peccato operationis, quod eſt malū opus & malū facinus: proinde Deus ipſe maximus tres nobis cōſtituit pœnitentia partes, tanquā aptas & cōgruas medicinas contra hanc trīplicia peccata, nempe cōtritionē cordis, cōfessionem oris, & ſatisfactionē operis: ita nimītū, vt cum in corde habeatur dolor de peccatis cōmiliſ, & in ore cōfessio illorū corā ſacerdote, & in opere ſatisfactione per ſacerdotem imposta cōpletear, omne peccati genus et modus a nobis expellatur. & integra ſanitas animæ noſtræ reddatur, Deſq; max. offensa remittatur, nec aliter, nepe ut ſatisfiat ſcriptura, dicenti: Per quę peccat quis, per hoc & torquerit. Hanc nimītū tres pœnitentia partes, ſunt tres illæ diete per quas itur ad terrā promiſſio: nis, hoc eſt, eternæ felicitatis, de quibus Iſraelitæ ſic diſcebā: Deus Hebræorū vocauit nos, vt eamus viam triū dierū in ſolitudinem, & ſacrificemus domino deo noſtro

Cor. II.

Pſal. 5.

Pſal. 6.
Pſal. 23.

Luc. 7.

Mat. 26

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
nōstro, ne fortē accidat nobis pestis, id est, culpa in pra-
fenti, aut gladius, id est, pœna in futuro.

Hæc quoq; tres pœnitentia partes, sunt tres illi dicitur,
quibus Iesus amissus, i. salus desperata, queritur & deni-
ci reperitur, prout ipsum gloria Virgo Maria post tri-
duum inuenit in templo.

LUC. 2.

GEN. 18

Hæc quoq; tres pœnitentia partes, sunt tres gradus
Iesus scalæ, per quā ascēdit ad cœlū: quæ significata est
per scalā, quā vidit Iacob erectam à terra vīsc ad cœlū
& Dñm scalæ innixum, propter tria quæ deus omnipotens omni verè pœnitenti largitur: Primo, vt eam for-
titer sustineat: Secundo, vt ascēdenti per eam manus (si
necessæ fuerit) porrigit: Tertio, vt ascēdens cum labo-
raverit & fatigatus tuerit, in ipsam respiciat, toram
suam curam in eum iactet pœnitendo, quem nolit pœ-
nitentem sua gratia deserere.

De contritione, prima Pœnitentia parte.
Cap. XLVII.

Dictum est, tres esse partes veræ pœnitentie, quibus
haud secus atq; tribus dicitur, itur ex hac misera hu-
mus mīndī solitudine in terra promissionis: hoc est, in re-
gionem vere viuentium, atque harum partium esse ac-
dici primam, nomine contritionem.

Est aut̄ cōtritio, definitioribus sanctis auctoribus do-
lor voluntarie adsumptus pro peccatis, cum proposito
& intentione ea cōfitendi, & pro ipsis satisfaciēdi, argu-
illa iterū nō admittendi. Sine hæc quidem contritione,
nō est ut quispiā vere pœniteat, aut suorū peccatorum
veniā speret. Nam cum (quod satis cōstat) in omni pec-
cato mortali sit auerſio volūtatis a Deo per peccatum, &
ipsa quoq; cōtraria currentur cōtrariis: cōsequens est, ut
ē diuerso in omni remissione peccati mortalī, actualis
sit conuersio a peccato ad Deum. Quæ quidem cōuersio
(si vera fuerit ac perfecta) dicit cōfirmit cōtritio, quā deus
gratiōe nimirū acceperat. Propheta dicente: Cor contri-
tum & humiliatum Deus non despicies.

Nec est vt absq; eiusmodi cōtritione sacerdos quen-
quā verè possit absoluere, quum ipse tecum nō absoluat.

nullus

Rom. 5.

Psal. 50.

DE POENITENTIA. LIB. III. 63
huius reus in se debito modo dispositus, sit capax absolu-
tionis: quandoquidem sacramentū exterius, est signum
interioris absolutionis, quæ nullo sanè pacto cōmunica-
tur citra debitū in mēte interioris absolutionē disponēti.

De quoq; ac quibus peccatis, & quomodo de
eis cōterendū sit. **Cap. XLVIII.**

Circa contritionē primo quarti solet, de quoq; ac quibus
peccatis sit cōterendum. Respondendum est: homo quidem in hac cōtritione singulatim omnia pecca-
ta sua (modo possit eorū omnīs habere memoriam) ante
tribunal conscientiae suæ adducet, vt ibi scipsum ac-
culans in amaritudine animæ suæ, de singulis conteras-
tur, eaq; deinde confiteatur.

Opus aut̄ esse de singulis peccatis mortalibus cōtri-
tione singulari, vel inde liquet, qm̄ diuersorum morbo-
rum diuersæ sunt medicinæ: ipsa vero contritio, medici-
na est singularis cōtra vñ tantū mortale: ergo nō una
de omnibus peccatis cōmuni, sed de quolibet peccato
mortali (quatenus memoria poterit) singularis est pec-
catori necessaria cōtritio: maximē, q; singulis peccatis
sunt singulæ poenæ, si pro ipsis nō facta fuerit pœnitētia.

Cuius argumentum est ille, quem, quia non fuerat **Mat. 18.**
sui conserui misertus, iratus Dominus tradiderat torto-
ribus, quoadūq; redderet vniuersum debitum.

Deinde quæri solet, quādiu debeat pœnitens dolere
ac cōteri de peccatis suis. Responderi potest, quoniam
quum Deus hominē absoluit à vinculo peccati, siue &
culpa & poena aeterna, ipsum ligat vinculo perpetuē de-
testationis peccati, pœnitentē debere perpetuo in hac
vita (maxime in habitu, si nō actu) dolere & cōteri etiā
post peccati remissiōē, cum sedula examinatione vite
transfacta ab ultima cōfessione, & discussione diligē-
ti suæ conscientiæ. Ita nimurū contritus est David, di-
cens: Quoniā iniuritatē meā annuncias, & cogitabo **Psal. 37**
pro peccato meo, & dolor meus in cōspectu meo semper. Ita quoq; cōtritus est Ezechias rex, inquiens: Reco-
gitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ **Esa. 38**
meæ. Ita nimirū fertur Petrus semper cōtritus fleuisse, **Mat. 16**
politi

Luc. 7

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

postquam negarat Christum. Ita quoq; Maria Magdalena dicitur contrita et remissum ingressa, semper effusisse lachrymas. Ita quoq; paenitens de peccato suo, semper conteri debet, si non actu, saltem habitu, ut pote corde semper dolens, de dolore gaudens, non semper doluisse se dolens. Nec mirum, quando iustum sit, ut semper in suo aeterno, id est, quamdiu vixit, doleat, qui peccauit in Deum qui aeternus est. Vnde etiam iuste aeternaliter damnatur, qui donec vixit, id est, in sua aeternitate, potestere noluit.

Quo pacto & quam ratione homo semper possit ac debeat conteri de peccatis suis.

Cap. X L I X.

Phil. 2.
Iohann. 15
Hier. 32
Ecl. 15.

Rom. 9

Eze. 22.

Quia non defunt, qui tam duro sunt corde & animo, ut vix dolere & conteri queant de suis commissis: vixum est nonnulla paucis subiiscere, quae alii quo modo contritionem causare possunt in ipso peccatore, quantumvis indurato, non quidem principaliter, quo modo Deus ipse solus causat per suam gratiam in corde peccatoris contritionem, quem solus sit, qui operatur in nobis velle & perficere, sine quo nihil possumus. Cuius etiam gratia dicebat ad ipsum Hierennias in persona paenitentis: Conuerte me, & conuertar: postquam enim conuertisti me, egi paenitentiam: sed dispositio (ut sic dicam) ex parte nostri, quoniam nobis arbitrium sit liberum ab ipso Domino datum, voluntasq; tam ad bonum quam ad malum relicta, iuxta quam usq; adeo Dominus ipse vult velle perficere, ut nos sine nobis conuertere nolit, dicens ad peccatorem: Si conuerteris, conuertam te.

Quum proinde tam sit maior pars nostrae conuersationis & contritionis in Deo sita, ut Paulus dicere non dubitauerit, Igitur non volentis, necq; currentis, sed misericordentis est Dei: profuerit, ut paenitens ante omnia Deum suppliciter orer, ut a corde suo duritatem auferat, dolere faciat, cor remoueat lapideum, & largiatur carneum, quale peccatoribus ipsum rogantibus, se daturum pollicitus est, inquiens: Et auferam cor lapideum de carne

DE POENITENTIA. LIB. III. 64

carne eorum, & dabo eis cor carneum, ut in preceptis meis ambulent, & sint mihi in populu, & ego sim eis in Deum. Coderetur igitur peccatori, orare cum Propheta postmodum: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum in noua in visceribus meis. Id quod ubi peccator vere presentatus fuerit, dubium non est quin ipsum exaudiatur qui dicit Nolo morte peccoris, sed magis ut couertatur & viuat. Eze. 18

Deinde peccator paenitente volens, non aut omnino, prout oportet, dolere potens, sex necessum est recognoscere, quae gratia diuina praevia, facile causabit contritionem.

Primo recognoscere de peccatis, quoniam nullum tam efficiat remedium ad dolendum, q; continuata ipsorum memoria. Et hoc est quod Ezechias paenitens dicebat: Recogita. Eze. 36: bo tibi oes annos meos. Et David: Quoniam iniquitatem Psal. 37 meam annunciaro, & cogitabo pro peccato meo.

Secundo recognoscere pudorem, qui peccati est q; peccaverit. Ait enim scriptura: Putredo in ossibus eius qui contumelie res dignas gerit. Quid enim (quæsto) pudorosus & dedecorosus, q; id perpetrasse, quod plane est cacodemonum & irrationalium bestiarum? Cuiusmodi est peccare. Quare merito quis conteratur, recognoscens pudorem peccatorum, sequens eorum cogitationem.

Tertio recognoscere vilitatem peccati, quod tam est vile, ut hominem (nec aliud) a Deo separet, & ipsum faciat sicut seruum, Dño dicente: Qui peccatum facit, seruus est peccati. Et a quo quis superatur, eius etiam est seruus. Nam verò ut nihil est libertate preciosius, ita nihil seruitute vilius, maximè seruitute peccati, quæ facit hominem consequenti ordine seruum diaboli, tyranni omnium vilissimi, & crudelissimi latronis, & homicide pessimi, cui seruus re omnium est multo vilissimum. Atq; hoc est, quod Hierennias ait ad aiem peccatricem: Quam viles facta es nimis, steras vias tuas? Atq; hoc erat, quod nonnulli ex ethnici philosophis dicebant: Si scirent deos ignorantes, & hoies ignoraturos, adhuc proper vilitatem peccati peccare nollet. Tam enim viles reputari et hinc potest pecatores, ut eos finxerint murari in bestias, ut pote luxuriosos in hircos, iratos in leones, ebrios in porcos, &c. Quartus

Pro. 12

Johann. 8

2. Petri

Hie. 8

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Quarto recognitet peccator, dñm iudicij supremi, & pœnâ inferni æternâ, quæ tanta erit, quantâ nemo potest cogitare, si leo exprimere. Vsq; adeo miseri sunt apud inferos damnati, propter ineffabile suppliciū quo cruciantur æternaliter, vt etiā viuant, tamen mortui appetiū soleant, ob luctuosam inibi vitâ, quæ morti erit durissime multò est similior. Eius verò pœnæ qualitatè satis euiderter arguit clamor eorū qui in inferis sunt, expressus in libro Sapientiæ: præterea clamor quoq; diuinis epulonis, qui clamat ad Abraham, dicens: Pater Abrahā, miserere mei, &c. quia (misere) cruciōr in hac flamma. Erit aut̄ tantus iustitia rigor in nouissimo iudicio, q; ne iusti quidem satis sibi cōfident. Vnde Petrus extremsens dicebat: Et si iustus quidem vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Quare Hieronymus, vtcungi vir sanctissimus, dicebat se semper contremiscere, vbi diem nouissimum cōsideraret. Atq; id o nō frustra monuit scriptura, dicens: Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Quinto recognitet, quantum amiserit propter peccata sua, quantumq; incurrerit, & quem & quantū offendit. Peccator sane perdidit amicitiā & gratiā totius sacrosancte Trinitatis, angelorū, apostolorū, & omnium sanctorū, decorē animæ, & suffragia ecclesiæ. Prærea incurrit laqueos fortissimos, hostes crudelissimos, statū periculorum, horribile præcipitiū, defectū gratiæ, & morte animæ, ceu satis patet ex peccati descriptione.

Insuper offendit Deum creatorē omniū, patrē clemētissimū, qui pacit ipsum multifariā: offenditq; redemptorē, qui ipsum ineloquibili passione & morte redemit à crudelitate dæmoniū, à vinculis peccatorum, ab acerbitate tormentorum, qui tamen interim contulit infinita beneficia, æternaq; pœnitentia re promisit.

Sexto recognitet peccator spem, quæ triplex est: Prima veniæ consequendæ, Petro dicente: Pœnitentia, vt dejeantur peccata vestra. Secunda, gratiæ recipienda, domino per scripturā dicente: Ego sto ad ostium & pulso. Tertia, gloriæ perpetuæ adipiscendæ, Baptista dicente:

Sap. 5
Luc. 16

a. Pet. 4

Ecc. 7.

Act. 3
Apoc. 3.

DE CONFESSIÖNE LIB. III. 63
te: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum Mat. 23 ecclorū. Id quod confirmat veritas, dicens: Pœnitenti Mar. 5. in & credite Euangeliō: quoniam tempus impletum est, regnumq; Dei instat.

Quād necessaria pœnitentie volenti sit ipsa contri-
tio, prima pœnitentia pars. Cap. L.

N On posse quenq; peccatorem, cuiusmodi (proh do-
lor) sumus omnes, absq; pœnitentia per Christum
seruatorē nostrum celesti patri reconciliari, nec quo-
quo modo post hanc vitam transitoriam habere vitam
& lætitiam sempiternam, & cōtritionem primam pœ-
nitentia partem vsc; adeo primam esse partem, vt reli-
qua partes sint citra illam prorsus vanæ, non obscure
potuimus ex iis quæ diximus, intelligere.

Cuius sane cōtritionis vel ex hoc possumus & neces-
sitatem & utilitatem, virtutē & efficaciā plus q; euiderter
percipere, q; per eam obtineatur remissio peccatorum,
etia anteq; fiat ore confessio eorū sacerdoti. Id quod ex
illo propheta dicto liquefecit, in persona pœnitentis ex

animō dicens: Dixi, (id est, in animo proposui & con-
stitui) cōfitebor aduersum me iniustiā meam Dño, &
tu remissisti impietatem peccati mei. Quo pertinet & sa-
natio leporiorū, quasi per figuram probans veritatem,
qui antequā ex præcepto Domini, vī se sacerdotibus
ostenderent, ad sacerdotes venirent, mundati sunt: argu-
mento nimiriū, nos ob verā contritionem à lepra pecca-
ti mundari, anteq; ora nostra sacerdotibus ostendamus
. I. antequā peccata nostra confiteamur. Ad quod vide-
tur respicere exemplum Petri, Magdalene, latronis in
cruce, & id genus aliorū pœnitentium, de quorū quidē
sletibus & lachrymis legimus: sed nec de confessione,
nec de satisfactione quicquā audimus in Euangeliō, li-
cet postea eas fecerint iuxta historias, & quibus tamē
opus est negare nequaquam possumus.

Ex quibus modo intelligimus & coniicimus cōtri-
tionē tantam esse posse, vt & culpam & pœnā omnem
tollere possit. Id quod aperto constat ex latrone, ad quē
Dns dicebat, quū orasset cōtritus: Domine, memento
I. mei

Psal. 31.

Luc. 17

Mat. 26

Luc. 7

Luc. 23

Luc. 23

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

tnei dum veneris in regnum tuum: Amen dico tibi, die mecum eris in paradiſo.

De Cōfessione, pōnitētiē parte secūda. Cap. Ll.

A Blotus, quæ ad primā pōnitētiā partem, ut pote cōtritionē, pertinenti subsequens est, vt dicimus de altera, ciudem pōnitētiā parte, quæ est cōfessio. Quia verò cōfessio multiplex est, & ipsa plerumq; multiplicitas sine distinctione cōfusionē pārit, opera preciū videtur, initio cōfessionis discretionē ac hiber-

Prīmō proinde, cōfessio quādā est iudicitalis, quā us in foro cōtentiosō corā iudice seculari suū crimen ue peccatū cōfitetur inuitus, & absq; spe veniā. De quā quidem cōfessione nihil ad propositū, sed de qua dispūnūt LL. ciuiles & PP. canones. talis erat olim cōfessio ipsius Achā, quā cōfitebatur se in spoliacione H̄iericho sustulisse palliū coccineū, ducentosq; ciclos argenti, reglamq; aureā quinquaginta sclorū. Pro qua tandem furo anathematis (quia factū fuerat contra edictū) lapidatus est ipse, quantumuis ipsi Iosue interrogāti cōfessus.

Secūdō cōfessio quādā est naturalis & mētalīs, & qđ ē impropriā, quā reus in foro intēriore corā iudice de sua peccata cōfitetur, quū vitā suā p̄sente atq; p̄tētā in honestū admentē reducit, soloq; lachrymabili conde, diuinis offensionib⁹ attētis, ad deum clamat in hac vel in hoc genus verba: dñe, miserere mei, qđ contra te peccavi, &c. Quia quidē cōfessione Daud v̄sus est, in quīs: Miserere mei deus secundum magnā misericordiā tuā, &c. Quia soli tibi peccavi; & malū corā te feci. Hac etiāmū confessione v̄sus est publicanus Euāgeli⁹, qui stans a longe, nō audēs oculos eleuare, dicebat, percutiendo peccatum: Deus, propitius esto mihi peccatori. Quia sane confessione prorsus est opus omni peccatori, iure quidem naturali, vt potē citra quam nō est, vt suorum peccatorum remissionem sperare possit, Vt potē citra quam peccator malum faciens, insinuaret quodammodo p̄sumptuose, se bene fecisse, nec dolere qđ peccasset, hocq; pacto semper magis ac magis peccatum suū exaggrarer, fieretq; de istis, ad quos per prophetā dñs

Iof. 7

Psal. 50

Luc. 18

DE CONFESSIōNE. LIB. III. 66

dñs ait: Vx̄ qui dicitis malū bonū, & bonū malum, po- Esa. 5
mentes tenebras lucē, & lucē tenebras, ponentes amarū 11. q.3. ca.
in dulce, & dulce in amarū. Tertiō quādam cōfessio Qui dicitis
est sacramentalis, de qua noster in p̄sēntia est sermo, tis. S. q. 8
quæ proprie cōfessio non est aliud, qđ volūtaria & accu-
factoria quādam manifestatio, qua peccator suā propter
peccatū tribulationem cogitās, sacerdoti dei vicario in
foro extēriore, suū peccatū cum spe venia cōsequēde
confitetur & aperit, cum proposito nō iterādi peccatū.

Quia quidē cōfessione quādā v̄si sunt per Paultū ad fi- Act. 19
dem cōuersi in Epheso, qui credētes venerūt, cōfītētes
& annūciantē actus suos, ad quā hortatur ex verbo dñi
Iacobus, inquiēs: Cōfitemini alterutriū p̄ctā vestra, &c. Iac. 5.

De nonnullis conditionibus, confessuro plane
necessariis. Cap. LII.

I Psal verò confessionis definitio, non obscure subindī
cat aliquot conditiones confitenti necessariās.

Prīmō quidem dicit: Peccator cogitās tribulationē
propter peccatū, in quo innuit, peccatorē tribulari pro-
pter peccatū, & ex eius tribulationis recordatione pec-
catorem perinde cogi, trahitq; ad confitendum peccatū.
Ita filij Israel adficiēti per serpentes, cōperunt confiteri
Mōs, discentes: Peccauimus, quia loquuti sumus cōtra
te. Ita Nabuchodonosor propter superbiam suam à ra- Nu. 28
tionabili mente in bestialem animū cōmutatus, atq; à
regno suo profugus, & cū bestiis estare coactus, cō-
pit confiteri peccatū suū, & deum glorificare, dicens in-
ter cōteria: Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo et
magnifico et glorifico regē cōeli, quia omnia opera eius
vera, & omnes viæ cius iudicia, & gradientes in super-
bia, potest humiliare. Ita filij Israel à Philistais & filiis Judic. 10
Ammon oppressi, cōperunt confiteri, dicētes: Peccauis-
mus tibi, quia dereliquimus te, redde tu nobis quicqđ
tibi placet. Ita filius prodigus fame coactus, cōcepit confi-
teri peccatū suū, dicens: Pater peccavi in cōlū & corā te, Luc. 15
sā nō sum dignus vocari filius tuus. Ita & dilectissimi,
quia vos qđq; hoc tēpore multifariā tribulamini, dehe-
gis cogitare, halice vobis tribulationes nō rāsi ob p̄ctā
I. 3 obues

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

obuenire, & id cogitantes, deo & eius vicario cōfiteri. Secundo definitio dicens, Cōfessio voluntaria, prorsus innuit, peccatorē ita debere voluntarie confiteri, ut voluntarie peccauit, a nullo coactus: quum liberi sit arbitrii, habens sibi antepositū ignē & aquā, bonū & malum, virtutes & vitia, capescere potens vtrū voluerit. Nisi enim homo voluntarie cōfiteatur, haud est vt sit sua profit confessio: quemadmodū vscq; adeo coacta confessio furti, nō profuit ipsi Achan, vt etiā confesus fuit lapidatus. Siquidem nihil coactum placet deo. Hinc propheta dicebat: Voluntarie sacrificabo tibi, &c. & cōfitebor nomini tuo. Sic malefactor confitens cōpulius nihil meretur sua cōfessione apud deum, nec propter subterfugit supplicium demeritum in foro iudicari.

Tertio dicens definitio, Accusatoria, subinfinuat peccatorem cōfiterendo, se nō debere excusare de peccato, sed potius accusare, quum scriptura teste, justus priore se debeat accusator sui. Id quod fit cōfiterendo. Ad quianē accusatoriā confessionem monehat dominus protoplastum, rogans: Adam, ubi es? Cāterū quia neuter voluerit se accusare cōfiterendo, & Adam peccatum suum retorserit in mulierem, ipsa vero mulier in serpentem neutrī sua profuit confessio, sed vterq; morte fuit damnatus & aeterna, & temporanea.

Quapropter plusq; dici queat, hoc tempore peccant qui quicquid male agunt, & contra ecclesias praecepta peccant, excusare moluntur, & quidem per Euāgeliū, quo non secus abutuntur, arq; operculo quodam scelerum & vitorū. Quo nimis pacto ostendunt, se esse de maledictis istis peccatoribus, qui suas excusationes excusant in peccatis suis. A quib⁹ propheta, vt procul ab esset, rogauit deū, dicens: Non declines cor meū in verba malitiae, ad excusandum excusationes in peccatis. Non enim ipse peccāt se excusauit, sed accusans cōfiterendo adulterii, dicebat ad prophetā Nathā: Peccauī dñs. Id qd & aliás fecit quū p̄cōniteret de peccato superbie, numerādo populum, dicens: Peccauī valde in hoc peccato, sed precor dñs, vt transferas iniquitatem serui tui,

Eccī. 15

Iosue. 7

Psal. 53

Pro. 18

Gen. 3

Psal. 140

2. Re. 11

2. Re. vlt.

2. Par. 22

DE CONFESSIONE. LIB. III. 67

quia stulte egi nimis. Ideoq; gratiā meruit hac accusatio apud deū. Non aut Pharisēus iste, qui de suis ope ribus gloriatus, publicanum accusauit, nō aut leipsum.

Quartō definitio dicens, Aperit, planē subindicat, nō sufficere vt quis cōfiteatur peccatum, sed oportere ipsū facerdoti aperire & manifestare, quū ipsum sit animæ vulnus, quod vtrq; sanari nequit, nisi detegatur medi co. Hinc vehementer errat, qui dicūt se cōfessos deo, id quod non sufficit, quū nō sit vera adaperitio & manifestatio, enim in ea peccatum latens aperitur, quū deo iā apertum sit, cui nuda & aperta sunt omnia ante q̄ stant.

Quintō definitio dicens, Cum spe venia, subinfinuat, peccatorē omnino debere sperare de venia pro peccatis suis cōsequēda per cōfessionē. Qū spes vscq; adeo vera est, vt propheta nequaq; veritus fuerit dicere: Dixi, cōfitebor aduersum me iniustiā meā dñm, & tu remissisti īmpteratē peccati mei. Proinde Cain etiā peccatum fratricidiū recognouerit, quia tamen cū desperatio ne cōfessus est, dicens: Maior est iniq;ras mea q̄ vt venia merear: damnatus fuit, & sua nihil ei profuit confessio.

Sextō definitio dicens, Cum proposito nō sterādi peccatum, subindicat, eum nō recte cōfiteri, qui proponit sibi rursus peccare. Sic quando Pharaō cōfiterendo dixit: Peccauī, quia non intendebat desistere à peccato, nec relinquere fui cordis duritiam, veniā non meruit. Simile factum est cum Saule, qui etiā confessus est peccatum īnobedientiā contra deum, quia tamen non intendebat à peccato desistere, ideo veniam non meruit.

Num confessio vocalis, quam vocant au riculariū, sit necessaria. Cap. LIII.

Proista confessionis definitio & multiplicitate, sunt multij cōnumeratis aliquot cōditionibus, confitentiā plane necessariis, ordo subsequēs exigit, vt dicamus, num cōfessio sacramentalis, de qua noster est sermo, propositus ad peccatorū remissionē consequendam sit necessaria, quādocimēdū hoc ipsum nido pleriq; rogant, sed & non pauciores omnino negāt, esse illam videlicet ad remissionem peccatorum necessariam, citantes pro se

Heb. 4.

Psal. 32

Gen. 4.

Ex. 10

2. Re. 11

I. 3 nonnulli

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

nonnulla ex scriptura loca & exempla, ad quæ pro loco & tempore respondebimus per sacras itidem scripturas.

Catholica proinde ecclesiam sequens, dico confessio nem sacramentalem, quam haeretici probri causa vocationis auriculari, pro remissione peccatorum consequenda non minus esse post perpetratum peccatum necessaria, baptismo opus est, modo adist cōfessandi facultas, ob quot rationes. Prima eorum, est ratio institutionis, quæ quondam figuraret nos a purpore hoie, sed ab ipso dignoscitur instituta, quin voluerit leprosos, p. quos intelligebatur i spiritu p̄t̄ores, lepra spirituali, i. peccatum prorsus infecti & immundi, manifestados sacerdotibus, ut videlicet ipsi lepra qualitatē & quantitatē ostendent. Id quod Christus antiquæ legis haud destruxit, sed adserit, vsque adeo duxit seruandum, ut ad eos, quos lepra purgatus erat, dixerit: Ite, & offendite vos sacerdotibus. Secunda est ordinationis, quandoquidem ordo iudicij est, ut non idem sit iudex, qui reus: sed peccatori necessarium est facere iudicium, quo se iudicas, non iudicetur a deo alibi aeterno iudicio, teste alibi Paulo, Verum in eo iudicio peccator, quin sit reus, esse nequit si ipsius iudex: verū opertet, ut eius sit iudex Christus, qui solus, teste scriptura, constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorum.

Iam vero, quia se per suam in cœlum adsumptionem a nobis visibiliter abduxit, suo loco vicarios constituit sacerdotes: quibus ut solis contulit potestatem remittendi & retinendi peccata, ita solis dedit eis potestatem audiendi confessionem peccatorum, nisi necessitas aliter suaserit ac cogat: dicit enim ad primos sacerdotes apostolos & eorum successores: Accipere spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

Tertia est cognitionis arbitrariæ: quum enim poenitentia debeat a judice, qui sacerdos est, imponi secundum delicti mensuram, scriptura dicente: Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. Et alia scriptura: Duplicate secundum duplicitia opera eius. Quantum glorificauit se,

Deu. 17.
Mat. 5.
Luc. 17.

2. Cor. 11.

Act. 10.

Ioan. 20.

Deu. 25
Apos. 18

DE CONFESSIONE. LIB. III. 48

& in delictis fuit, tantum date illi tormentū & luctum. Iam vero qui poterit iudex sue arbitrii arbitrari, nisi ex confessione peccatoris mensurā delicti accipiat: Atq; hinc est, quod deus in utroq; testamento confessio nem peccatoribus mandauerit.

In veteri testamento per Mosen sic ait: Vir sue mulier, cū fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mādatū dñi, atq; deliquerint, confitebuntur peccatum suū.

In novo testamento per Iacobum dicentem: Confessio nimi alterutrum peccata vestra.

Insuper per scripturā cōmunem deus ipse omnipotens promittit cōfidenti suā misericordiā, nō vero con-

fidenti, minatur indignationem, dicens: Qui abscondit sclera sua, non dirigetur: qui autē confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Cuius verbi memor Ioannes Euangelista, dicit: Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniuritate. Id quod suo vel unico inter plura exemplo, arguit propheta regius, dicens: Dixi, cōfitebor adiutrium meum iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei. Atq; hinc est quod scriptura testatur, hoies tam in veteri q; in novo testamento fuisse cōfessos. In veteri quidē testamento scriptū est, q; filii Israel steterint, & cōfessi sint peccata sua & iniuritates patrū suorū, quater in die & quater in nocte. In novo autē testamento scriptū est, q; omnis Hierosolyma & omnis Iudea, & omnis regio circa Ior. Mat. danem, ad Ioannē Baptistā exiuerint, & baptizati sint, cōfidentes peccata sua. Et in Actis quoq; apostolicis scriptū est, q; ad Paulum prædicatorem penitentiā, muliti credentium vénérant, cōfitebtes & annunciantes actus suos. Ex iis igitur rationibus usque adeo dignoscitur confessio cōstituta & præcepta de iure diuinino, ut ne Pa-

pa quidem possit cum quopiam dispellare, ne quis omnino confiteatur, licet ob causam de tempore possit, quandoquidem illi nihil licet contra ius diuinum: qui 25. q. 2. alioquin esset dissipator, non dispensator. ca. Si ea. I. 4. De

Num. 5.

Jacob. 5

Prou. 28

1. Joan. 2.

Psal. 11.

Neem. 9

Mat. 3

Act. 19.

ca. Si ea.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
De certis quibusdam veræ confessionis conditionibus. Cap. LIII.

Iam verò quis tam diabolo deditus, nolit nec ex dominio, nec ex eius ecclesiæ præcepto confiteri, præterea quoniam non solum priuatim confidenti, sed & toti reipublica multiplex ex confessione illa sequatur utilitas, quia si nunc multi principes & res publica vident priuari, quædam modum ex illius conditionibus haud obscure patet poterit intelligenti.

Iosue. 7 Prima quidem confessionis conditio est, ut ipsa voluntaria, non coacta, seu fuit quondam ipsius Achæus de quo superius dictum est. Oportet voluntarie confiteri, quod voluntarie gestum est, quo modo est quod liber peccatum. Ex hac autem voluntaria confessione sequitur obedientia, quæ plus valet quam victima. Sed quis: quomodo poterit esse voluntaria, quum sit præceptum diuinum & ecclesiastici? Respondeo: voluntaria est, quum libenter et ex animo quis obsequitur eiusmodi præcepto. Quo sane modo dici solet, voluntatem coactam etiam esse voluntatem. Non autem debet fieri timore depulsionis ab ecclesia vel carceris sepulture, vel simpliciter poenæ infernalis, verum principaliter propter Deum & obedientiam dei & ecclesiæ, secundario etiam propter gehennam, per quam non nunquam Dominus conatur abstrahere peccatores a peccato.

Mat. 16 Secunda conditio, quod sit fidelis, scilicet in fide ecclesiæ, ita ut speret peccator omnino se per ipsam consequetur, turum suorum peccatorum veniam, nec desperet confitendo, ut Cain fraticida. Siquidem dubitandum non est, quum scriptura dicat: Narrā si quid habes, ut iustificeris. Tertia, ut sit humilis, geniculando discooperiat, capite, si vir est: velato autem, si mulier conficeretur sacerdoti, dicente scriptura: Coram presbytero humilia animam tuam, ut pote qui dei loco est, cui primum sit reverentia ex humilitate, quæ vel sola meretur gratiam, sicuti superbia indignationem. Quarta, ut sit fortis, ne videlicet quid a confitente sileatur, aut obsecundiam, aut ob tempore timorem. Melius est enim, ut

Gen. 4
Esa. 43:

Ecc. 4
Iaco. 4
4. Pet. 5.

DE CONFESSIONE LIB. III. 69

ipse coram uno homine, deo inspectore, peccata manus fester, quod ut ea olim in nouissimo die coram Deo & roto mundo, cum confusione ignominiosissima manifestetur. Id quod Job in spiritu testatur, de peccatore impetrante loquens & dicens: Reuelabunt cœli iniurias eius, & terra aduersus eum consurget: manifestum erit peccatum illius. Et ipse quocum Deus indignabundus dicit ad peccatorem, non confitentem præ pudore: Reuela bo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Quandoquidem domini dies tunc oīa (etiam abscondita tenebrarum) reuelabit, in quo erunt omnia nuda, in quo peccator vi debet ea, de quibus nunquam cogitauit, quorum putauit nunquam fieri reuelationem in quā, eritque tunc maxime verum, quod dici solet, nihil esse tam occultum quod non reueletur. Quid multa: quorū quis pudet confiteri, quod dicere & facere non puduit, maxime quod vetecundia hoc in casu sit pena, & non minima pars satisfactionis?

Quinta, ut sit accusatoria, qua sui, & non alterius, sit accusator, nec suis suis suorumque peccatorum excusator, quemadmodum protoplasti fecerunt: quandoquidem iustus prior est accusator sui. Errant ergo, nec vere confitentur, qui alterius peccata recensent, de quibus ipsi non onus portabunt, nec ratione reddent. Errantque, qui sua peccata excusant, ea reiuentes aut in Deum, aut in fortunam, aut in fatum, aut in societatem, aut in tentationem &c. Quandoquidem peccata committunt ex arbitrio, quod habent a deo, tam ad bonum quam ad malum; quorū voluntas coacta, fieri solet quocum voluntaria. Sexta, ut sit nuda & aperta, ut pote quæ fieri debeat aperte ac semper honestis, quoad fieri potest non fictis nec palliatis verbis, ut confessio arbitrari de peccatis manifestis, & bene intellectis, valeat.

Septima, ut sit simplex, nimirum breuiter manifestans peccata cum circumstantiis, relictis materiis aliis, que non ad rem faciunt, veluti confessio est mulier Chanaæa.

Octava, ut sit secreta. Primo, quoad sacramentum: cuius est, ut id quod exterius sit aut geritur, eius sit figura.

Naum. 3

i. Cor. 4:

Mat. 10:

Luc. 8

Gen. 4

Prou. 18

Rom. 14:

Ecc. 13

Mat. 15:

FRI. N A V. IN CATH. CATEC.

num, quod interius contingit. Iam vero constat, quod per poenitentiam, cuius altera pars est confessio, Deus celat peccata poenitentis. propheta dicente: Beati qui remitti sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata. Ergo ut sacramentum habeat suā rationem, necessarium est ut confessio sit occulta, tacitura & secreta. Vnde facile discimus, q̄ iugauiter hæretici, schismatis causa, varuer illam auricularē, vtpote nescij causa & rationis sacramenti. Secundo secreta sit, quoad confitemētū, cuius non est, ut reuelet consilia sibi data, ex quibus possit oriī scandalum, alioquin peccans mortali ter. Siquidem concubina reuelans proco. suo & concubinario, quod confessor nō velit eam absoluere, nisi discedat ab eo, peccat mortaliter, quā vtricq; parti sequitur ex hoc cū periculo corporis & animae scandalum, quod semper vitandum est, quatenus saluo diuino honore fieri queat. Tertio, quoad confessorem, cuius est, ne quicquam vel aperto vel occulte reuelet ex confessione, vnde scandalum prouenire posse, qui alioquin violator est sacramenti, nisi peccatum eius sit generis quod illico, quum venerit ad hominis notitiam, homo fidipsum manifestare teneatur, vtpote quod pertinet ad corruptionem multitudinis corporalem, vel spiritualem, vel in graue damnum alicuius personae, vel id genus alio tenet, quod quis tenetur reuelare vel testificando, vel denunciando. Quod si quis non reuelaret, sed quā alteri deberet, infringere. Id tamen ita poterit, cogente summa necessitate, reuelari, vt interim persona nomini parcatur, quatenus fieri queat, quēadmodum Christus iudepeccatum celavit & reuelavit. In reliquis vero casib; nequaquam conuenit prodere quicquam etiam ex precepto superioris, quum seruire fidem de iure sit naturali. Jam vero liquet, nihil posse p̄cipi contra ius naturæ, dicente scripture: Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui vero fidelis est, celat amici consilium.

Nona, ut confessio sit obediens, vtpote ut confitens tanquam vere morbo laborans, pareat sacerdoti

Psal. 32.

Mat. 18

Mat. 14
Mat. 18
Prou. 11.

In reliquis vero casib; nequaquam conuenit prodere quicquam etiam ex precepto superioris, quum seruire fidem de iure sit naturali. Jam vero liquet, nihil posse p̄cipi contra ius naturæ, dicente scripture: Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui vero fidelis est, celat amici consilium.

DE CONFESSIONE LIB. III. 70
medico spirituali, eidemq; confessori in omnibus, quæ ei pro satisfactione imponuntur, ponens se in potestate iudicis in iudicio sacerdotis, nihil sui reseruans sibi, faciens omnia (iubente eo) pro recuperanda anima sa nitate & vita, quæcumq; faceret pro exitanda corporis morte & valetudine. Frustra alioqui agitur cum infirmo, qui parere negligit medico, rationabilia & possibilia p̄cipienti, iuxta Dominum dicentem: Hoc fac, Lue. 10 & viues.

Hæ sunt singulares & paucæ ex multis conditiones, quæ veram decent confessionem, cuius etiam necessitas & utilitas ex ipsis aliquo modo colligi potest: ac interim confessor quoq; facile discit ex eis, quid ipsum in audiendis confessionibus seruare conuenit, quem de cere esse tam discretum, q̄ sacrarum literarum peritum, ut queat discernere inter lepram & lepram.

De objectis schismaticorum & hæreticorum contra confessionis auricularis institutio nem. Cap. LV.

Dicitum est hucusque de confessionis definitione, nec cessitate, utilitate, & multiplici conditione: nec ralaret modo quicquam aliud, q̄ ut ingredieremur tractatum satisfactionis, tertiae partis poenitentiae: nisi essent, qui vellent nos recensere causas & rationes, quibus nonnulli schismaticorum & hæreticorum sunt operati, & adhuc fortassis opinantur, confessione sacramentali non esse opus ad remissionem peccatorum consequandam, quanvis profecto satis & plus q̄q; satisfacere deberent istis tot sanctæ scripturæ, ac tot ex illis fundamenta, rationes & exempla, quibus pro suo sacramento poenitentiae iacrosancta vtritur Ecclesia, ceu nunc inselleximus.

In primis itaq; schismatici & hæretici propterea dicunt, non opus esse secreta confessione coram sacerdote ad remissionem peccatorum, quoniam nec Petrus, nec Paulus, nec Magdalena confisi legantur, qui tamen adepti sunt remissionē peccatorū, quum tamē nūc nō sit minoris efficacie gratia remittens peccatum, q̄ tunc fuit;

Mat. 26
Act. 9
Luc. 7.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Deu. 25;
Apoc. 18

fuit; ergo nec nunc est necessariū confiteri. Secundū Confessio ad hoc desideratur in iudicio, vt secundum quantitatē culpæ, poena infligatur: sed homo potest si bīspī pœnā infligere maiorem, q̄ etiā ab alio sibi infligatur ergo Tertiō: Aliquis est qui nō habet nisi peccata venialia, sed de illis non tenetur homo confiteri; ergo illi cōfessio non est necessaria. Quartō: In eo quod est necessariū ad salutē, non sunt homines arcandi, ne impediātur à via salutis: sed magna arctatio videtur, si oporteat, vt homo confiteatur necessario, quum multi per hoc retrahantur à confessione, veltimore, vel vice, recundia, vel alio id genus modo: proinde homines uō debent ad confitendum coarctari.

De responsis ad obiecta hereticorum.

Cap. LVI.

ET si confessionē sacramentalem sic sanctis literis, & earundem rationibus, fundamētis & exemplis obfirmatā accepimus, vt ecclesia propter ipsam plus q̄m dacier impietatis incusetur ab hereticis & schismatis aliquor, tamen non desunt inter eos, qui moliuntur adhuc suū mendacium cōtra ecclęiam, nescio quibus fucis, i. scripturis & rationibus aliunde retortis defensare, cōtentores cōfessionē sacramentalem nulli necessariam esse, immo quā catholica ecclesia perperā constituerit: quum tamen nō præcipue ipsa, sed autoritas apostolica, Christo demandante, statuerit eam. Ne autē quis existimet, me tantū allegare, quae pro nobis adeoq; pro ecclesia sancta sunt, ac ea quae isti pro se contraq; ecclesiam adsciscunt, silentio transire: factum est ut eorum argumenta clarius adduxerim, q̄ ipsimet vñquam produxerunt, non ignarus adagii, quo dici solet, sermōne vniuersi viri, non esse sermonem, sed vtruncq; esse audiendum.

Cæterum q̄ nihil eorum argutiae valeant contra cōfessionis institutionem, scripturis corroboratā; paucis pro loco & tempore respondebam ad eas.

Ad primum quidem eorum obiectum respondeo: Quanuis nec Petri, nec Magdalene, nec Pauli, nec id genus aliorū cōfessio sacramentalis facta legatur, facta ta-

Mat. 28

DE CONFESSIONE. LIB. III. 7¹

men esse potuerit, vt cungq; non in Euangelio scripta: rūm, q̄ multa facta, inibi scripta non sint, nec scribi posuerint omnia, quibus alioqui totus mūndus nō sufficiet, nec libros ipse capere posset, quibus opus esset ad oīa scribēdastū, quia nec debuerint in euāgelio scribi necessario, nisi quib⁹ opus est ad agnitionē fidei Iesu Christi.

Luc. 7.
Act. 9
Ivan. 20. 26
Ivan. viii.

Præterea, nō valet argumentū à loco negationis, nisi cum vñiuere sali & expressa prohibitione & negatione.

Insuper quā Christus habeat potestate excellentiē in sacramentis, & eius nō sit abbreviata manus: mirū non est, vt rem sacramenti possit cōferre etiā sine iis, que ad sacramentum pertinent, penes quem sic est omnis potestas, vt facere possit que velit, nec sic qui possit eum corripere facti, dicente scriptura: Quia omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est. Nec diceret ei quisquā potest: Quare facis ita: Id quid olim cōm̄ stravit, dicens ad murmurantes propriei mercedis inæqualitatem: Tolle quod tuū est, & vade: non facio tibi iniuriam. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & Eccēs. 9.
Mat. 20.

Ad secundum respondeo, satisfactionē nō sufficere ad expiadandam pœnā peccati ex quantitate pœnit, quae in satisfactione imponitur: sed eam sufficere, quatenus ipsa pars est sacramenti, virtutē sacramentalem habēs: proinde necessariū esse, vt per dispensatores sacramentorum imponarur, id quod sit in cōfessione, sicut nec baptizatus valet à seipso factus. Ad eiusmodi enim sacramenta cōstituti sunt dispēsatores, Paulo dicēte: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorū dei. Cui subscribit Petrus, inquiens: Vnus, q̄uisq; sicut accēpit gratiam, in alterū illam administrantes, sicut boni dispēsatores multiformis gratiē dei.

Ad tertium respondeo, tantam vim esse prēcepti ecclesiæ, vt qui non haber peccata mortalia, confiteatur veniam, vel saltē ostendat se sacerdoti, ostendatq; se cōtra conscientiam mortalitatis esse peccati, atq; hoc ipsum pro confessione imputetur. Hinc dominus ait: Si ecclesia nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Eccl. 1. Cor. 4.
Mat. 18
I. Pet. 4
negat.

Heb. 4:2

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
negari posset, non debere venialia confiteri, quum lob
poenituerit pro venialibus.

Luc. 1:4
Psal. 31:

Ad quartum respondeo, non arctari viam salutis ex
eo, ut quis semel saltet in anno sacerdoti proprio con
fiteatur, sed sufficienter viam statui ad salutem, maxime
quod possit etiam quis ad salutem suam quoquo modo
compelli, iuxta illud: Compelle intrare. Et propheta:
In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non
approximant ad te.

1. Pet. 3:

Ex his itaq; liquet, haereticoru; nihil prorsus valere ar
gutias, quibus moliuntur confessionem sacramentalem
subuertere contra ecclesiam catholicā, quae illam dubio
procul ab apostolis, & ii à Christo receperunt, quae nisi
diuinitus instituta esset, credi nō posset, ipsam tantisper
potuisse subsistere, maximē citra coactionē penale vel
mortis, vel mutilationē mēbris, presertimq; quæ tot vide
tur modis esse periculosa cōfiteri, tāq; prorsus dura eidi.

An soli sacerdoti, & quidem proprio, vt pote pa
rcociano, confitendum sit. Cap. L V I I .

REspondimus per sanctas ex Bibliis scripturas, ap
parentibus fundamētis & rationibus, quibus ha
retici & schismatici nōnulli plāne voluerūt sublatā cō
fessionē sacramentalem, qua centenis aliquot hucusq; an
nis, ecclesia catholica non sine sua suorū salutē & utili
tate, ad sui creatoris honorē pie vīsa est. In præsentia ve
ro tameū si satisfactū illis elē credi posset, tamē quia ca
codēmō humānē salutis inuidus aduersarius, vt multas
deo animas quocunq; modo possit surripere, nō quiet
cit nec dormit, sed semper suggerit, quō queat ab opere
pietatis, quācōfessio est, retrahere: & quidem satagit
argutis quaestiu;culis, quibus existimat obuiandū nō
esse: verum quo liqueat, nihil esse veritate potius, vi
sum est respondere ad quasdam questio;nes, quas iste ty
rannus per aliquot non omnino reprobos obiicit.

Primo quidem queri solet, an quispiam possit confi
teri laico. Respondendum puto, nō posse: tum, quia figu
ra leprosum duntaxat voluit ostensum iri sacerdoti: vi
Mat. 8. de subinquinavit, peccatorē sacerdoti duntaxat debere

H E C O N F E S S I O N E . L I B . III . 72
confiteri, tum, quia duntaxat sacerdos habeat sacramē
taliter absoluere & ligare, ergo etiā duntaxat audire cō
fessionē: quanq; tempore necessitatis, quæ, vel dño teste,
legem non habet, aliusq; etiā laico cōfiteri queat, vt
cunq; hāc ip̄sa confessio sacramētalis non esset, quū lai
cus non posset absoluere: cuius causa, confessus, habita
facultate, obligaretur reiterare confessionē, si modo vel
let participare sacramento penitentie, qua opus est
omnino ad salutem).

Secūdū, possit ne quispiam alie
no, & non suo, sacerdoti confiteri. Respōdeo, non posse
iuxta statutū ecclesie, quæ vult, vt quis semel in anno
circapascha cōfiteatur proprio sacerdoti: & hac quidē
ex causa, q; illius est scire suorū defectus, quorum cura
incubit tanq; pastori sui gregis, cuius causa Paulus vult
vt obediamus nostris præpositis, qui vigilant quasi ra
tionē reddituri pro animabū nostris. Huc videtur per
tinere, q; Christus ait ad discipulos, primos sacerdotes:

Heb. 9:

Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terrā,
erūt ligata & in cœlo: & quæcunq; solueritis super terrā,
erunt soluta & in cœlo, & non in cœlis, intelligens ea
ecclesiam vniuersitatem particularē, in qua proprius sa
cerdos est Papa, legatus, episcopus, & paroecianus.

Mat. 18:

Sed confessurus non valens ob legitimā causam suo
sacerdoti confiteri, vt pote qui fortassis sacerdos indo
ctus, indiscretus, familiaris aut particeps est cum eo pec
cati, debet licētiā petere & obtinere à suo sacerdote,
qui non debet negare licētiā nisi data pecunia, quū
alloqui simoniam committeret, quo precio venderet
quod gratis accepisset, cōtra Christi præceptum. Suffit
erit proinde, vt quis ob legitimā causam perat licē
tiā, etiam nō obtineat, nec propterea debet à confes
sione desistere, quum nemo propter aliū debeat salutē
suam prætermittere: modo abſit contemptus, qui cul
pam facit, vbi culpa non est, ratione scandali, à quo ius
cta Christi & Pauli præceptum, semper est cauēdum.

Mat. 18:

Tertiō, nunquid possit aliusq; per nuncium vel epis
tolium confiteri. Respōdeo nō posse, si confiteri volēs,
eloqui possit: cū, q; qui per seipsum peccauit, debet etiā
per

Rom. 14:

1. Cor. 8:

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Sap. 33

per seipsum pœnitentia, pœnitentia propria voce confite ri. Quo enim quis peccauit, ut pote suo proprio corpo re, ore & cogitat, eo deber pœnitentia, cuius confessio pars est. Accedit, quod huiusmodi epistolio subordini possit mittenti scandalum, periculum & infamia, per tentationem epistole per facerdotem, qui nec circumstantias adamussem posset, pœnitentia absente, examineat. Ideoq; pœnitentiam us ut peccauimus, & credamus euangilio, maxime quod modo verborum auditum est.

Epilogus eorum quæ ad confessionem sunt necessaria. Cap. L VIII.

Qum itaq; peccator (opitulâe primum gratiæ diuinæ) cognoverit se peccatorē, suisq; peccatis multisfariâ deum offendisse, cceperitq; tandem ex amore erga deum præcipue, & ex amillione illius gratiæ, & pœnitentia gehennæ adeptione, prorsus ex animo contristari & cōteri: mox facto signo crucis sanctæ contra diabolicas insidias, incipiat ex ordine memorare sua peccata, quatenus poterit, cum amaritudine, cum summa spe venia de eisdem ipsis peccatis cōsequenda, & cum firmo proposito illa non amplius perpetrandi, humiliter accedat ad facerdotem, atq; illi loco dei, geniculando supplacet, ut suā non grauetur dei causa audire confessionem. Quo ipsius petitioni annuente, breuiter commissa pudenterq; cum necessariis circumstantiis recenset: ac eis ex integrō recentis, absolutionem sacramentalē ex Iesu Christi misericordia postulet.

Quam vbi vnā cum iniuncta pœnitentia sacramentali, quam cōmuni vocabulo satisfactionem appellant, obtinuerit, curet ut amanter deuoteq; impleat, modisq; omnibus studeat deo satisfacere pro suis peccatis. Qua de re, nimirum tertia & postrema pœnitentia parte, in sequentibus nobis erit sermo.

De satisfactione, parte pœnitentia tertia. Ca. LIX.

Consideratis ac disputatis primitus duabus, cōtritione videlicet ac confessione, paribus pœnitentia, vnā cum illis quæ ad eas pertinet: subsequens est locus, ut aggrediamur tertiam, eandemq; postremā pœnitentia

DE SATISFACTIONE LIB. III. 73
ter partem, neque satisfactionem: partem, dico, pœnitentia tam necessaria, q; non est quicquā citra finē quo, quo modo perfectum, ut pote quo ad finem omnia tenet, duncqui vbi bonus est, creduntur cetera esse bona.

Ceterū, ut causa satisfactionis paulo rectius intelligatur, quæ pleriq; schismatici & heretici proflue negat: operat prius est, ut nonnulla paulo altius repetamus, et si ea quæ dicere de satisfactione proposuimus, non nihil presumur, ut cetera facilius & æquius accipiatur.

Qui itaq; proxime dictum est, nos iuxta scripturas Luc. 33

hanc quāq; posse saluari, nec gratiā apud deū obtinere, nisi pro peccatis post baptismum perpetratis ex animo pœnitentiam, conterendo de illis, & illa confitendo, & pro illis satisfaciendo: scire profuerit in primis, rem sic hoc loco habere: Deus ille optimus maximus peccatum, quod semel per baptismum medio passionis & mortis vnigeniti filii sui Iēsu Christi remisit, ultra planè non vult æternā poena vindicare: sed in illud duntaxat animaduertere, quod post baptismū est voluntarie cōmisum, nec remittere animaduersionem vtcunq; in aeternū supplicio, nisi quis pro eo agat peccato, nomine illius vnigeniti, pœnitentiam, conterendo de peccato, cōstendo illud, & satisfaciendo pro eodem.

In peccati quidem cōmissione duo reperiuntur: Primum est culpa, qua videlicet quis contra dei præceptū fecit, quā deus pro sua ineffabili pietate sola, ex tamen vera cordis cōtritione peccatori cōdonat & cōfessione prout fecit dñs Magdalena, ad quā contristantē dixit: Remittitur tibi peccata, fides tua te saluā fecit. Ita quo, tū fecit Petrus, qui amarē henti, proculdubio culpā peccati remisit, quā singulariter in signū gratiae & remissi peccati, voluit illi dictum iri suā resurrectionē, pro cuius & fide & reuersione jā antea orauerat, ne fides eius desiceret. Ita quoq; Davidi quondam fecit, cui pœnitentia conterendo & confitendo, culpā peccati remisit, ut ex eo claret quā dicit: Cor contritū & humiliatum deus non despicias. Dixi, consitebor aduersum me iniustitiā meā domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Luc. 7

Mat. 26

Mar. 14

K Qui

Luc. 22

Psal. 50

Psal. 1

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Quid autem est impietas peccati, nisi culpa?

Secundum est, poena pro peccato, debita ex rigore diuinæ iustitiae, quæ nihil nisi finit impunitum, ut cum dimissâ indignatione, quâ Deus opt. & max. ob suâ iustitiam nô tam euestigio remittit peccatori, verum vult ut ex rigore sua iustitiae peccator aliquâ det poenam culpæ in acceptiohe sua diuinita æquivalente, iuxta scilicet prius dicentem: Pro mensura delicti, erit & plagarum modus. Hanc solutionem & dationem poenae proculpam remissam, vocant satisfactionem: quo pacto quietuntur satisfecisse quondam Dauid, Magdalena, Petrus &c. Et si enim Dauidi culpa propter similitudinem eius contritione & confessione remissa esset, tamen peccata pro peccato cōpulsus est dare in eo, qd filius ihesu propterea moriebatur. Quium enim ad Nathan dicebat, Peccavi dñs: Respondit Nathan, Dñs quoque transtulit peccatum tuum. Non morieris. Veruntamen quoniā blasphemare fecisti inimicos nomen Domini propter verbum hoc, filius qui tibi natus est, morieris. Qui præterea sic satisfacere studuit pro suo peccato, vt nunq̄ panes absq; lachrymis comedenter, nec irrigato lecto dormierit. Ita licet Magdalene peccati culpa fuerit remissa, tamen pro eo satisfacere studuit triginta et misericordia. Ita licet Petru peccati culpa fuerit remissa satisfacere tñ studuit, conterendo et flendo quoad vixit. De hac proinde satisfactione posthac dicturi sumus.

De definitione satisfactionis, & eius declaratione.

Cap. LX.

VNDE veniat satisfactionis, pars poenitentiae tertia, diutina est in precedentí Homilia: nunc, vt aperio noscamus, quale quidq; sit, quo de loquimur, profuerit (arbitror) paucis adaperire, quomodo describarit hoc sane loco satisfactionis sacramentalis, vt interim quoq; suis errorē videant, qui sub hæc tempora (prout oia opera bona) satisfactionis prorsus refecerūt, nec eā nobis pro remissione peccatorū esse necessariā censuerūt, confisi nescio quibus frigidiusculis argumentis, ad quæ circa finē disputationis nostræ de satisfactione, per sacrarū literarū

Deu. 25

z. Reg. II

Psal. 41

Luc. 7
Mat. 26

DE SATISFACTIONE LIB. III.

rum fundamēta rationesq; responsū sumus, pro catholice ecclie instituti defensione. Iam verò sciendum, velim, satisfactionē poenitentialē nō esse secundum receptos auctores aliud, qd operationē exteriorē laboriosam vel poenalem, voluntarie adsumptam, a sacerdote potestatē habente, pro diuina offensa propter peccatum cōmissum placanda, adsignatā. Primo autē dicit definitio, operationē exteriorē, ad differentiā operationis interioris, qua vocatur cōtritio, qua homo dolet amarē, qd suo peccato deiū & proxinum suū offendit, quæ tantq; prima pars poenitentiae presupponitur, citra quā reliquæ partes nihil plane prosunt. Ipsa vero satisfactionis, est exterior operatio, & quidem poenalis, procedens ex vera cōtritione: quoniā si penalis aut laborio fandū esset, nō esset satisfactionis. Nā sicut prius peccator erat inordinatus per culpā, sic satisfaciendo debet ordinari in poenam: & sicut in peccando habuit delectationem, sic & in satisfaciendo habeat amaritudinem, iuxta scripturā dicentem: Quantū glorificauit se et in delitiis fuit, tantum date illi tormentum et luctum: Sic quoniā Magdalena osculando, vidento, & capillis ornando delectationem habuerat, et peccauerat: proinde studuit ē contrario satisfacere Deo, plus qd dolenter lachrymans suis oculis, ore Iesu Christi pedes osculans, & eisdem lachrymis lauās, & capillis tergens. Id quod totum fuit operatio visibilis & exterior poenalis.

Secundo definitio dicit, A sacerdote potestatē habente adsignatā: ad differentiā laici, qd quis possit adsignare alii cui quicq; pro satisfactione, hæc tamē nō esset sacramentalis, vt videlicet haberet sacramenti virtutē, hoc est, deletionem reatus & poenæ, vt pote qd eius non sit, sed duntaxat sacerdotis: qui quum solus habeat à Christo potestatem peccata vel remittendi, vel retinendi: ita solus habet ponere loco Christi satisfactionem pro peccato, cuius iudex & arbiter solus fuit. Hinc Dominus ad Petrum in persona cuiuscunq; sacerdotis ait: Et tibi dabo claves regni celorum. Et quocunque ligaveris super terram, erit ligatum & in celis: & quod

Apo. 18

Ioan. 20

Mat. 16

K 2 cuncto

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

cunctis solueris super terram, erit solutum & in celis. Quapropter penitentia omnino credit se absolutum ab solutione sacerdotis a culpa & a pena, si satisfactione adsignata perfecerit pro virili sua, quia Deus sua gratia iuuat & acceptat. Nec quidem mirum, quando constat latronem misericorditer a domino absolutum a pena & a culpa sine satisfactione singulari, qui crucem moruerit ex latrocinitio, dicente ad ipsum dominum: Hoc in mecum eris in paradiſo. Tertio dicit definitio, Voluntarie adsumptam: quia si esset inuoluntaria, iam non esset satisfactio: præterea deo non esset grata, cui nihil gratum est, nisi quod bene fit ac voluntarie. Vnde David dicebat: Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo. Quarto dicit definitio, Propter commissum peccatum, quo Deus videlicet est offensus: ad differentiam eius operationis, quæ fit pro temporalibus diuitiis, honoribus, & hoc genus rebus temporalibus, quæ nimisrum operatio nihil facit ad satisfactionem pro peccatis, qui illorum gratia non sit suscepta, quamplurimis ipsa sit peccatum sollicitudinis & diffidentie de Deo, iuxta dominum dicentem: Nolite solliciti esse in crastinii. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi sufficit diei malitia sua. Quinto dicit definitio, Pro diuina offensa placanda, ad differentiam eius laboriosæ penitentialis operationis damnatorum, qui & ipsi puniuntur apud inferos pro suis peccatis, et penitentis nimis sero: sed tamen non placent offensam diuinæ maiestatis, sed desperati potius blasphemant. Et haec tenus de definitione sacramentalis satisfactionis, quæ satis ex ea patet, & sit pia & necessaria, quam sequenti capite paulo fuisse repetituri sumus, quum sit non omnibus obvia.

De reliqua parte definitiōis satisfactiōis. Ca. LXI.

VT materia satisfactionis, ultima partis penitentiae sacramentalis, vnicuique intelligibilior fiat, & maior succedat utilitas ex ea: profuerit (opinor) paulo vulgarius repetere causam & originem, vnde deriuatur & manet necessaria satisfactione pro peccatis, etiam per contritionem & confessionem remissis. Atque nimirum

Luc. 23

Pſal. 113

Mat. 5
Luc. 12.

Sap. 3

Eſa. 5

DE SATISFACTIONE. LIB. III. 75
rum res, ex supra quoq; memoratis, sic habet: Perspicuum sane est, hominem, quando peccat mortaliter, ad penā gehennæ obligari, scriptura dicente: Anima que peccauerit, ipsa morietur, videlicet aeterna morte: nec poterit ab ea liberari, nisi remissis per penitentiae partes a Deo vel a sacerdote loco dei duobus, quæ in omni contingunt peccato. Primum est ipsa culpa peccati, quæ meretur indignationem dei Max. quoniā per eam peccator contemptus eius legem, quā quidem peccati culpam Deus ex immensa sua misericordia relaxat peccatori per priores penitentiae partes, utpote per contritionem & confessionem, Deo ipso testante, qui per prophetā dicit: Si impius egerit penitentiā ab omnibus peccatis suis, eorum omni non recordabor, ut post te nō vltierius indignabundus. Id quod probauit in regio propheta, quem conterentem & confitentem, mox in gratiam recepit, oblitus ita suæ, quā ex culpa legis neglectæ cœperat, prout ipse propheta suis verbis aegrit, inquiens: Cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Dixi, confitebor aduersum me iniustiā meā domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Ibidem

Secundum in peccato mortali, est ipse reatus eternæ penæ, qui culpæ inseparabiliter adhaeret, quem debet homo ex eo, q; incidit in penam & multam, quæ est gehenna, imposita a Deo peccatori, quia legem transgressus est: ut facile cōscimus ex eo, qui transgreditur aliquā principis legem, qui meretur & principis indignationem, & pro transgressione multam. Iam vero, quia Deus regnū iustus est atq; misericors, & æquè Deus est vltionum dominus & pater misericordiarum, et eius omnino iustitiae rigor exigit, ut nullum plane malum sinat impunitum, utpote qua cogitatus etiam iudicet, nec ei præiudicer misericordia: fieri solet, ut tametsi Deus peccatori conterenti & confitenti misericorditer remittat peccati culpā & aeternā penā, & obliuiscatur suæ indignationis, tamen nō illico remittat reatum personæ, qui propter contritionem misericorditer factus est temporalis, qui fuit ante aeternus, manas ex pena imposta.

Pſal. 98.
2. Cet. 5.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

posita: verū necesse est, vt peccator pœnitens obligatus remaneat ad aliquā temporalē pœnā, quā deus Opt. cōmisit iudicio sacerdotiū, quibus propterea dedit potestate remittēdi & retinēdi peccata, vt per eos eius divina voluntas innotescat pœnitētibns, ac ipsis adsignetur pœnitentia pro ea pœna temporali, quatenus illi per eam deo satisfaciāt et ecclesiā, quā peccādo pariter offenduntur.

Mat. 18
Ioan. 20

De pœ. di.
1. §. media
tor.

Eze. 18

2. Cor. 12

2. Cor. 4

2. Cor. 9

2. Re. 15

Id quod totū testatur aperto dñs ipse deus, qui tam etiā iam antea dixerat, qd pœnitentis nō vltra vellere cordari peccatorū contritorū, tamen addidit: & si impius auerterit se ab impietate sua, quā operatus est, & facerit iudicū & iustitī, ipse animam suam viuificabit.

Sed quid, obsecro, aliud est, facere hominē iudicū, postquā ei culpa peccatorū est remissa, qd seipsum factu faciendo bonis pœnitētiae operib⁹ judicare & punire, ne alibi puniendus sit aeternaliter? Certe nihil aliud, vt Paulus euidenter ostendit, inquit: Si nos metipos iudicauerimus, nō utiq; iudicaremur a dño: quum aut iudicamus, a dño corripimur, vt nā cum hoc mundo dam nemur. Quibus utiq; verbis subindicat, iudicium nostrum, quod sit duris pœnitentia operibus satisfactione, quo nos ipso iudicamus, præuentre iudicium dei & satisfactionem pœnae, cui per peccatū obnoxij sumus aeternae, posse diuinam a nobis auertere correptionem.

Ad quam quidem satisfactionem non modo horratus est Corinthios, qui peccauerant, indigne tractando euangelistā, sed et ipsomet eandem fecit, dicens: (vtcunq; ei remissis dum dū domino peccatis, & quāuis nihil tum sibi conscius esset) Castigo corpus meum, & in seruitu tem redigo, ne qui alias doceo, ipse reprobus efficiar. Deniq; dominus omnipotens hanc ipse suam de satisfactione seriam voluntarem, comprobauit in Davide, cui etiā iam remiserat culpam peccati, & aeternam pro ipso pœnam, dicente ad ipsum propheta Nathan, Dominus transtulit peccatū tuum: tamen ipse multis post cruciatibus afflictus, ac fugiēs, reatum culpæ quā perpetrarat, exoluit, sicut quoq; fieri solet in vnda salutis.

Etsi enim nos vnda baptismatis a culpa primi hominis

minis absoluimur iuxta scripturam, tamen eiusdem culpe reatum diluentes & absolti, carnalicer adhuc obimus, iuxta domini verbum ad mulierem: Multiplia cabo arumnas tuas & conceptus tuos. In dolore paries, filios, & sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tibi. Et ad virum: Maledicta terra in opere tuo. In laboreibus comedes ex ea cunctis diebus vitre tuæ, &c. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es. Id quod Iob in persona cuiuscunq; pœnitentis conqueritur, dicens: Homo natus de muliere, brevi viuens tempore, repletus multis miseriis. Et quare nimirum ob reatum culpæ primorum parentū, qui licet nobis per baptismum sic sit remissus, vt vltra pœnæ aeternæ non simus obnoxii, tamen reatu temporali pro ea pœna aeterna satisfactione nostris miseriis cogimur. Ex quibus nunc sati⁹ superiq; satis evidens sit, recte nos satisfacere deo pro nostris peccatis, quæ post baptismum commisimus, et si nobis per contritionē & confessionem sit remissa eorum culpa.

De partibus satisfactionis. Cap. L X II.

Necessitatem & utilitatem satisfactionis, præsentim sacramentalis, de qua noster in primis est sermo, satisfied aperto perceperimus ex origine causâq; eiusdem satisfactionis, immo & ex illius definitione, et huius declaratio: ne: quanq; post hac pro loco & tempore subiiciemus adhuc aliqua, eiusdem satisfactionis utilitatem & necessitatē testantia. Sufficiat hac nunc parte scire, qd sola satisfactione, in diuina acceptatione, aquivalente, submoueat reatus peccato debitus. In præsentia profuerit scire, quibus rebus deo pro pœna, quā pro reatu culpæ debemus, satisfacere oporteat, quo nos per ipsam possimus iudicare, ne alio in seculo plus qd severiter iudicari possemus. Pro cuius rei dilucidiore sensu scientiam est, in satisfactione tua oportere considerari.

Primo, quoniam satisfactione fieri debet pro peccatis mortalibus, quorū generatim p̄cipua tria sunt, vt in eis consistant omnia cetera, quæ à tribus perinde atq; illi subnascuntur, vtpote superbia, avaritia, & gula.

Gen. 3

Job. 14

2. Cor. 22

K 4 ad 100

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

v. Ioah. 3

Gen. 3.
Mat. 4.
Mar. 1.
Luc. 4.

Mat. 5
Luc. 12

Mat. 18

Iob. 31

v. Cor. 4
Iob. 1

ad eoq; luxuria ipsa. Id quod Ioannes arguit, inquit Omne quod est in mundo, cōcupiscentia carnis est, q; cōcupiscentia oculorū, & superbia viræ. Quibus sanē in bus peccatis cacodæmon primos parentes nostros tentauit ac vicit, obnoxiosq; reddidit aeternā pœnā. Quibus quoq; tribus peccatis idem cacodæmō tentauit in deserto Christum, sed non vicit, immo vicitus fuit. Quibus etiam tribus peccatis idem cacodæmō nos quondam tenuit, s̄pēnumerōq; (proh dolor) superat, dēcūp; nobis indignabundū reddit, aeternāq; pœnā deuouet, que nobis cōterendo cōfitendoq; misericorditer a deo venturā in temporariā pœnā, pro qua necessarium est ut facimus satis, vt patet ultra sexcenta scripturæ testimoniū, ex verbis quæ quōdam Christus ad vñūquenq; peccatorē & pœnitentē dixit, inquiēs: Esto cōscientiē adūt farjo tuo cito, dum es in via cum eo: ne forte tradāt aduersarius. i. conscientia, iudici. i. Christo, & iudex tu dat te ministro, & in carcere mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Sic alibi rex homo, iussit eum qui debuit decē milia tarentarū, i. qui fuit transgressor decalogi, venundari vñā cū vxore, filiis & omnib; quæ habuit, ac redi. Et hinc est quod Iob ait: Audite sermones meos & agite pœnitentiā: quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Secundo cōsideratur, q; de totidem bonis, vtpote tribus, deo satisfiat per nos, pro tribus antedictis peccatis: quādoquidē nō plura tribus bona habemus, nostra quidem nō natura, sed ex gratia summi dei, vnde veniunt omnia, nostra fieri cœpta, quoniā ita uti possumus ad arbitriū liberū: alioqui, proprie dicendo, nulla prorsus essent nobis bona, vti nostra, Paulo dicente ad vnumquenq; hominē: Quid habes quod nō accipisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quasi non accipisti? Id quod Iob testatus est, dicēs: Nudus egressus sum de ytero matris mēc, et nudus isthuc reuertar, dominus dedit, dñs abstulit, &c. Illa ergo tria bona, quæ habemus nō ex natura, sed ex gratuita collatione, ad nostrū liberū arbitrium nostra sunt & dici solēt, Sed quæ sunt talia?

DE SATISFACTIONE LIB. III. 77
talia: Sunt, inquā, bona anima, veluti prudentia, sciencia, &c. bona corporis, veluti sanitas, robur, pulchritudo, &c. bona fortunæ veluti diuitia, potentia, honores &c. de quibus omnibus possumus deo, secundum eius diuinā acceptationem, satisfacere pro nostris peccatis. Tertiō cōsideratur, q; de prædictis tribus bonis satisfactionis per tria opera, quæ tribus sunt peccatis pretermis cōtraria, q; de tribus bonis fiat aliqua penalis detracitio, per modum redditionis æquivalentis pro debito peccati. Si quidem contraria cōtrariis curantur, ignis aqua, frigusq; deletur astu. Hinc scriptura ait: Quantū Apoc. 18 aqua, frigusq; deletur astu. Hinc scriptura ait: Quantū in delictis fuit, tantum date illi tormentū & luctum. Sic Apostolus alibi vult, vt mēbris quibus anteā pro detractione carnis in peccato abusi sumus, deinde vt amur pro cōtraktionē carnis in virtute. Ex quibus modo se R. 6 quitur, tria esse præcipua bona opera, quibus de bonis nostris deo pro peccatis nostris satisfacere possumus. De tribus satisfactionis partibus. Cap. LXIII.
Pro tribus potissimum peccatis satisfaciendum esse deo de tribus bonis nostris, vtpote animi, corporis, & fortunæ, per opera pœnitentiae tribus ipsis peccatis contraria, proxime dictum est. Sunt autē tria eorū opera, satisfactionis opera aduersus prædicta peccata, ad quæ oīa alia satisfactionis opera reducuntur; scilicet oratio, elemosyna, & iejunium: de quibus ex ordine dicturi sumus, quæ propterea Christus ex omnib; operib; bonis vti Mag. 6. q; singulariter cōmēdauit, & ipse q; Tobias propter Tob. 12 ei dicit: Bona est oratio cū iejunio & elemosyna. vtcū q; heretici ductu maligni spiritus nunc oīa vilipendit.

Oratio, primū satisfactionis opus, quo satisfacit homo de bonis animi internalibus, per quod homo contra superbiā ordinatur ad deum, nihil aliud est, q; deuotio conuersioq; mentis in deum per pium & humilem affectum, non minus corde q; voce cōstans, vtpote mētālis & vocalis existens. Ipse verò affectus nō aliud est, q; spontanea quædam ac dulcis ipsius animi ad deum inclinatio, quæ nihil efficacius ad inclinādum deū ad pietatem & misericordiā, sine quā nō est, vt cum deo loqua-

FRID. N A V. IN CATH. CATEC:
mur. Ideoq; Christus semper voluit orandum, dicens
Oportet semper orare, & non desicere. Quem sequitur
Paulus, inquiens. Sine intermissione orate. Sunt aut̄ infi-
nitæ orationis utrilitates, ad quam reductur omnia spi-
ritualis misericordia opera: vt sunt consilia, contempla-
tiones, legere, canere in dei laudem & in ædificatione,
& id genus alia, quibus deo de bonis animæ pro peccata
superbia satisfacere quimus, quum orando super-
bus humilietur, cognoscens se habere aliud supra se, q̄
risq; se parē, vel etiā minorē esse, deo se totū subiiciat.

Ieiunium, secundum satisfactionis opus, quo satisfacit
et homo de bonis corporis, de ipsis sibi detrahens, pro
peccato gula & luxuria, quæ prouenit ex gula, p̄t
quod ipse homo cōtra gulam & luxuriā ad seipsum in-
dinatur, non est aliud hac parte, q̄ abstinentia eius quo
corpus accrescit, quoq; detracto, decrescit, debilitatur
q̄, propter dei amorē fieri solita, nō ex avaritia, nō ex
gritudine, nō ex hypocriti, nō ex hoc genus re alia tem-
poranea vel vana, quandoquidem tuic ieiuniū nihil fa-
tis faceret, nec mereretur apud patrem qui in coelis es-

Ex quibus modo liquet, duplex esse ieiunium.

Corporale, et est abstinentia eius rei, per cuius subtra-
ctionē corpus decrescit & debilitatur, propter dei amo-
rem fieri solita. Quale fuit ieiuniū, quo David ieiunavit
dicēs: Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea
immutata est propter oleum. Ad quod quidem ieiuniū
non nuper, sed antiquitus receptū, omnes scriptura ve-
teris & noui testamenti cohortantur: contra schismati-
cos & haereticos, ne potantes diu noctuq; & ieiunium
negligentes, quasi dei regnum situm sit in cibo & po-
tu, contra Paulum negantem illud.

Spirituale ieiunium, ob quod corporale fit, est absti-
nentia omnis peccati, sine quo prius ieiuniū plane nihil
valet. Quo quidem ieiunio ieiunariū, quotquot fuere
fanci dei homines, & inter eos singulariter euangelica
vidua, nomine Anna, quæ nunq; decessit ex templo, deo
ieiuniis & obsecrationibus nocte dieq; seruīs. Ita quo
q; charissimi, oportet nos ieiunemus, hoc maxime tem-
pore

Luc.18
1.Theſſ.

Mat.6

Pſal.103.

Ro.14.

Luc.3.

DE SATISFACTIONE LIB. III. 78
pore, nō ieunantes solum à cibo & potu, sed & à pec-
catis & vitiis, de quibus alioqui dicturus est dñs: Quū
ieunauerint, nō exaudiā preces eorū. Id quod olim cō-
probauit in malitiosis Iudeis, perpetrā & corporaliter
ieunantibus, prout ipsi testantur, dicentes: Quare ieiu-
nauimus & nō adspexit? Quibus respōder dñs, inqui-
ens: Ecce in die ieunij vestri inuenitur voluntas vestra
i.e. facitis ieunando omnia mala secundum peruerstatē
voluntatis vestræ. Atq; profecto ieunantes corporali-
ter, ac interim prauē agentes, similes sunt cacodēmo-
num, quibus esca nūquām, sed nequitia semper est.

Eleemosyna, tertii satisfactionis opus, quo satisfacie
homo de bonis fortuna, de ipsis subtrahens & minuēs
pro peccato avaritiae, per quod ipse homo ordinatur ad
proximū, contra avaritiam: non est aliud, q̄ cōmiseratio
quidā, qua dei causa tam verbo q̄ facto subuenitur ne-
cessitati proximi, qualis est omnis qui veraciter indi-
get ope. Quo pacto eleemosynā fecit Samaritanus ille Luc.10
euangelicus, qui semimortuū & spoliatū super iumento
tum recepit, et in stabulum duxit, vinū & oleum vulne-
ri eius infundens, stabulario cōmēdans ipsum, epositis
ad hoc duobus denariis. Sic eleemosynas fecerunt inter
alios Job & Tobias, quādo in egenos opera misericor Ioh.33
dice corporalis exhibuerunt, quæ ad eleemosynā reduci
solent, vt opera misericordia spiritualis ad orationē,
& sicuti vigilie, disciplina, peregrinationes, & id ge-
nus alia corpus adstringentia, ad ieiuniū reductur. Quod
verò per eleemosynā satisfacere possimus deo, maximē
pro peccato avaritiae, cōmonstrat dñs, inquiens: Quod
superest, date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt
vobis. Et Tobias: Eleemosyna à morte liberat, & ipsa
est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam aeternā.
Quapropter Daniel ad Nabuchodonosor aiebat: Pec-
cata tua ab eleemosynis redime, et iniq;ates tuas miseri-
cordiis pauperū: Forsan ignolceret deus deitatis tuis. At
q; ideo David ait: Qui intelligit sup egenū & pauperē, Pſal.40
in die mala liberabit eum dñs. Ipsa verò eleemosyna e
teris operib; in duob; p̄stat. Primo cōstituit & facit en-
debi

Hiere.20

Eſa.8.

Luc.10

Tob.3.

Luc.11

Tob.4.

Tob.12

Dani.4

Pſal.40

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Luc. 16

debitorem, cui datur ad orandum & ieiunandum, et alia id genus bona faciendum pro eo, qui largitur elemosynam, iuxta dñm dicentē: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut quū defecceritis, recipiat vos in æterna tabernacula. Secūdō singulariter deū obligat ad regratificandū, quasi pauperū fideiussor, pro quibus ipse retribuet, quū istū nō habet unde retribuat, dñm dicente. Retribuetus enim tibi in resurrectione iustorum.

Hac igitur sunt præcipua poenitentia opera, quibus luere possumus poenā temporariam, deoq; sic satisfare, vt alibi non simus alicui poenae, præsertim aternū obnoxij. Ideoq; sacerdos pro qualitate peccatorū, pententi poenitentia debet iniungere aliquod ex prædictis operibus, vel singulatim & generatim, vbi visum fuerit, omnia. Siquidem protuerit, vt poenitentia pro satisfactione, cōtrariā peccato iniungat, vt pote superbo iniungat humilem orationē, auaro elemosynarum ligationem, acedioso peregrinationem seu laborem, gulosō ieiuniū, luxurioso quoq; carnis macerationem, quandoq; locū cōmutationem: fieri sic demum, vt contraria contrariis penalibus currentur.

De objectis contra satisfactionem, & eorundem confutationibus. Cap. L X III.

Fieri non difficile posse, vt quis deo, creatori dño suo, satisfacere queat pro peccatis suis vere poenitendo, per tria præcipua poenitentia opera, ex hac tenus predictis scripturis & eārū rationib⁹, haud obscure potimus intelligere, quātumuis heretici sacramētalem in satisfactionē (sicuti omnia ferme alia bona) negent: contra quos inter infinita propemodum scripturarum testimonia, quorū nōnulla hucusq; retulimus, unica hæc scriptura ratio sufficerit, quæ sic habet: Quicquid deus homini præcepit, possibile est homini, vt prævia eius gratia, perficiat, dño alias dicente: Mandatū quod ego præcipio tibi, non supra te est, nec procul positi, nec in coelo nec trans mare situm, vt scilicet possis causari difficultatē, &c. Sed deus maximus præcepit nobis, vt sibi satisfaciamus per opera poenitentia pro peccatis, quibus

DE SATISFACTIONE. LIB. III. 70

ipsum offendimus, alibi per Baptistam suum dicēs: Fa- Luc. 3
cite fructus poenitentia dignos. Id quod non aliud est, nos ita facere debere opera poenitentia, vt satisfaciāt pro peccatis. Ergo Primo aut̄ non obstat, hereticos dicere, satisfacere, non aliud esse q; culpa poenā adæqua re, quū satisfactione sit quædam iniuria illata recompensatio. Iam verò cōstat, culpā & offensam in deum commissam, prorsus esse infinitā, vt pote quæ quantitatē recipiat ab eo, contra quem cōmititur, scilicet deum: qui scilicet infinitus, vt nec principiū nec finē habeat, sua scilicet maiestate cœlum & terrā complens, quem nec cœli capere possunt, (sane plus ac magis offendit, qui principem, q; qui quenuis alii offendit) sed satisfactionem hominis esse finitam & fermē momentaneam. Ergo

Respondeo, nihil obstat hanc obiectionē: ad quam dico, licet deo non possit satisfaciē secundum æqualitatē quantitatis, tamen pote secūdum æqualitatē proportionis: id quod sufficit ad rationē satisfactionis, sicut illud sufficit ad rationē iustitiae. Fatemur sane deo nō fieri posse æquivalens, nec pro beneficio accepto, nec pro debito peccati, secūdum ipsius diuinæ maiestatis qualitatem: sufficit tamen pro æquivalētia, quam reddit homo quod potest, præfertim quū charitas & amicitia non exigat æquivalēns, sed possibile.

Insuper, et si offensa in deum sit infinita, tamen sicut Psal. 114 ipsa offensa infinitatē habet ex infinitate diuinæ maiestatis & sue rigorosæ iustitiae, ita satisfactione habet quædam infinitatē ex infinitate diuinæ misericordiæ, prout est gratia informata, per quā redditur deo illud acceptū quod homo reddere potest, a quo nihil impossibile requirit ipse dñs, qui ad hunc modū pro satisfactione suscepit contritionē latronis in cruce: qui alioquin eo die non potuisset esse cum dño in paradiso, quod nec potuerunt, qui alicui adhuc poenae erant obligati.

Præterea, tametsi quædam requiratur æqualitas inter offensam & opus satisfactionis, quū satisfactione sit actus iustitiae, & ipsa iustitia cōsistat in quadam æquāitate, et ipse propter ea homo non possit satisfacere deo.

pro

Deut. 30

Hier. 28
2. Par. 6
1. R. 2

Luc. 23

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

pro offensa, quū sit infinita, & opus eius infinitū, potest tamē satisfacere ex duobus. Primo, ex gratia grātientiae, quę valoris est infiniti, reddens opus eius deceptū. Sic acceptā fecit oblationē Abelis, nō aut Cain de quibꝫ scribitur. Et respexit dñs ad Abel & ad misera eius, ad Cain aut & ad inunera ipsius nō respexit. Si quoq; reus & cōdemnatus ad mortem, potest pro me te satisfacere alia minore poena, vel corporea vel penitaria, si princeps ipse superior eā poenā sua gracia pro satisfactione suscipere dignatur. Secundō, ex merita passionis Iesu Christi, qui quum deus & homo fuerit potuit satisfacere sua passione quasi quadā poenitentia plus q̄ abundantanter pro eo debito peccati, pro quo complex homo nequaq; possit satisfacere.

Gen.4

propter ipsius mediatoꝫ, dices: Vnus deus, vnum & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, q̄ dedit rediptionē semetipsum pro oībus. Secundō, nō obstat, nō vti seruos dei, nihil habere quod nostrum sit, sed tamen quod habemus, ab ipso deo esse, dirēte Paulo: Quid habes quod non acceperisti? Iam verō, quum satisfactio offensarū præteritæ recōpensatio, quomodo recōpensabimus & satisfaciemus pro culpis nostris, quum nihil habemus quod nostrum est, quoniam meri serui sumus?

2.Tim.2

3.Cor.11

Luc.17

Gene.3

xta dñm, dicentem: Cum feceritis omnia quae precepimus vobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debemus facere, fecimus. Respondeo, hominē non sic omnino esse seruum, qualis iure solet humano esse homo, qui propter seruitutē indignitatē prorsus nihil habet, quem suo proprio possit vti: verum ipsum hominē dic ad imaginem dei factum, libertatis aliquid participare inquātum est dominus suorū actuum per arbitrii libertatem, qui propterea ex eo, quod per liberū arbitrium agit, deo satisfacere potest: & quanvis id ipsum dei si quia concessionē est illi a deo, tamen eius esse dicitur, & ipse dñs est, quia libere tradidit: quemadmodum vasilius potest feudatario satisfacere de eo, quod ab ipso recipit concessionē quadam. Ita quidem nostrū deus est vult ac dici, cōcessionē quadā, quod tamen proprie

DE SATISFACTIONE. LIB. III. 85

creationē ipsius est, de quo & sibi vult satisfactum iri. Sic alibi paterfamilias dicebat ad mercenarium de eo, quod mercede & pacto recipiebat: Tolle quod tuū est, & vade. Nisi enim res ita haberet, quomodo poslit Tobiā dicere: Ex tua substantia fac elemosynam? Et scripturna: Honora dominum de substantia tua: Sic alias patrū, hoc est, deus, dedit filio iūniori, hoc est, prodigo pecatorū, substantiam eius, hoc est, talentū & donum, quam dissipauit.

De residuis obiectis contra satisfactionē ob-

nem. Cap. LXV.

Devobus solutis contra poenitētiale satisfactionē oblectis, quibus heretici putantur, nullo prorsus operi satisfieri posse pro peccato ab ipso homine: supereft, vt ad reliqua pro loco & tempore respōdeamus obiecta.

Tertiō proinde nō obstat satisfactionē, quod dicitur, Christum adīci iniuria a nobis, dicētibus, nos velle & posse satisfacere pro peccatis nostris, quoniā hoc modo subindicemus Christum frustra pro nobis incarnatum paſlum & mortuū, quum tameū Paulus dicat, q̄ dēderit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præfenti seculo nequam: quisq; traditus sit propter delitata nostra, & resurrexerit propter iustificationē nostrā.

Respondeo quidem, Christum pro nobis paſlum et satisfecisse, nō tamē ita paſlum & satisfecisse, vt nos vobis nihil pro nostris peccatis debere nec pati, nēc satisfacere: sed paſlum esse ipsum ac satisfecisse, vt sua paſtione & satisfactionē, nostrā passionē & satisfactionē cōpleret & meritoria redderet, quae prius quātūis magna, nec perfecta nec meritoria erat. Ipse verō Christus ita nobis meruit, vt opus sit & nos mereri paſtione nostra, quae principaliter fit satisfaciēdo bonis, & his quidem tribus poenitētiae operibus, per que aliiquid patiatur in nostris bonis, vt pote vel animi, vel corporis, vel fortunæ, quū fiat eorundē diminutio & subtractio. Et hoc est quod Petrus ait: Christus paſlus est pro nobis, relinquēs nobis exēplū, vt sequamur vestigia eius. Pet.8 R.8

Sic etsi dñs ipse paſlus fuerit singulariter pro originali peccata

Gala.2
Rom.4

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
peccato, proq; ipso satisfecisse credatur, per quodsumus singulariter filij iræ, nō tamē ita pro eo passus est satisfecit, vt nihil omnino nobis pro eo sit patiendum, nec satisfaciendum; quandoquidem propter id ipsumurales adhuc cogimur & naturales, perindeq; cōmunes angustias & tribulationes pati, quoad viuimus, ipse homo propterea (teste Job) breui viuens tempore multis repletur miseriis. Quare? Ut qd; propter originale peccatum, iuxta dñi verbū: Maledicta in opere tuo terra, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tu

Insuper, et si per Christum pro peccato originali principaliter satisfactum sit sua passione, nihilominus tamen propter ipsum cogimur subire mortem temporalen, qua poteramus alioquin ex gratia prorsus esse liberi. quod ex Apostoli verbis aperto licet colligere: Sic per vñū hominē peccatum in hunc mundum intravit, per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransiit per vnum hominē in quo oēs peccauerūt. Quod nē nō potest, nisi de utraq; morte, intelligi: de æternā, à Christi passione & morte delera est: & de temporali morte, quā nostra passione & morte temporalia delera operat, accedente merito passionis & mortis Iesu Christi.

Iam verò replicat hæretici, dicentes: Ergo Christus frustra pro nobis passus & mortuus est, nec aliquo modo satisfecit pro nobis? Quibus respōdeo, nequaq; frustra esse ipsum passum, sed nobis sua passione et morte, supra qd; dici potest, profuisse & meruisse.

Primo quidem, qd; sua passione & morte auferēs peccatum originale, propter quod eramus filij perpetuq; iræ & poenit. nos filios fecit gratię. Secundo, qd; eadem passione sua & morte primū nobis gratię meruit, quā consequimur in baptismo, qua peccatum nobis remittitur, & qua in filios dei adoptamur. Cuius causa, ex latere ipsius sacrō sancto in ara crucis exiuit sanguis & aqua, ad designandum baptismi virtutē. Id quod Apostolus variis in locis pertractat grauiter admodum.

Tertio, qd; sua nobis passione & morte, pariterq; ascensione, adaptaperuit cōsum, vñ ed essemus ingressuri, quod antea propter peccatum

DE POENITENTIA LIB. III. 8^a
catum primorū parentum fuit occlsum cunctis hominib; vel quamlibet hic sancte viuentibus & morientibus: siquidem tunc bona opera nō fuerūt vitæ æternæ meritaria in pūcto, quæ demū effectualiter per Christi mortē & meritū facta sunt meritaria & acceptabilia. Quartō, qd; sua passione & morte nobis æternā passione & mortē peccatis nostris debitā, suffulit, eamq; in temporalem tantum, cōmutari obtinuit, id quod longe maximum est. Quinto, quod sua quoq; passione & morte nobis meruit, vt per ipsam pro peccato mortali post baptismum contracto, non illico moriamur æternam morte, quam tamen meretur vnumquodq; peccatum: sed intercessione Iesu Christi gratiam nancisci possumus apud celestem patrem, vt æterna quoq; pœnatio bis commutetur in temporaneā. Et hoc est, quod Ioannes ait. Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis: sed et si quis peccauerit, aduocatū habem⁹ apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nō pro nostris aut tantum, sed etiā pro totius mundi. Hactenus de fructibus dominicarū passionis ac mortis: quorum sane minimus profecto tantus est, quantum infinita secula non potuissent ac possent mereri, nec possit ipse quoquo modo æstimari, vt pote pretiosior quolibet thesauro & clinodio, iuxta Petrum dicentem: Scientes qd; non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati & incontaminati, Christi.

Poeniteamus igitur conterendo & confitendo, & satisfaciendo bonis operibus, rogantes patrem celestem, vt hanc nostram pœnitentiā nomine Iesu Christi, filij sui unigeniti, Domini nostri, pro peccatis nostris gratiōe dignetur acceptare, prout ipse nobis gratiōe pollicitus est, quū voluit in noīe suo pœnitentiā & remissionē peccatorū in omnes gentes prædicatum iri.

Epilogus trium pœnitentiæ partiū. Ca. LXVI
Vñ pīj doctores iamdudum de pœnitentia, deq; eius partibus aliquot, & iis quidem nec

Ephes. 2

Iob. 14
Gen. 3

Rom. 5

Ephes. 2

Ioan. 19

Rom. 8

3. Cor. 13

3. Cor. 5

Gala. 6

Mich. 6

1. Ioan. 2

1. Pet. 1

Luc. 14

L. mo

FRID. NĀV. IN CATH. CATEC.

modicis nec exiguis volumibus agitarunt, hac sp̄ ego dei benignitate ita breuiter conatus sum pro salte vestra reddere, vt sperē me protus nihil oblinisse, quod requiri necessario possit ad substantiā veritatis penitentia & eius partium, quodq; sacra scriptura nō denter approbet. Cæterū, vt vobis in dei optimi gloriam, & in vestram utilitatem reuocentur breuiter memoriam, vñsum est, hac parte pauclis quæ dicta sunt. Epilogo quodā (q; suprēmā paulo post sumus impetrati manū) repetere. Id quod vt clarius fiat, quicquid ius est rei, cōclusionibus quibusdam redditurus sum.

Prima conclusio est, Deum Opt. Max. nullo tempore perpetua poena vindicaturū peccatum, quæ semel sacramento baptismi remisit, intui u sanguine & aquæ ex Christi Iesu latere in ara crucis effluens, iuxta verbum domini per prophetam olim promulgatam: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Id quod praestitit nobis in baptismo, dicente Paulo: Secundum misericordiā saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renoua: ionis spiritus sancti, quem effundit nos abunde per Iesum Christum salvatorem nostrum &

Secunda, mox postq; homo post suscepitum baptismum peccat mortaliter, facit se obnoxium aeternam, propter malefactionem peccati, quod quia sit contra aeternū deum, facit ipsam poenam aeternā. Siquidē anima quæ peccauerit, (inquit dñs) morte morietur, ut propter aeterna, quæ peccatorum existens, pessima est, iuxta prophetam dicentem: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Tertia conclusio deum maximū, peccatum post baptismum cōmissum, hic & alibi aeternaliter vindicaturum, nec remissum vñq; homini peccatori, nisi per penitentiā, alterā post naufragiū tabulam, dicente ipso Dño: Nisi penitentia habueritis, oēs similiter peribitis. Quarta, penitentiā constare tribus partibus, cōtritione videlicet, confessione & satisfactione: quarū duabus primis deus optimus peccati culpam remisit, & aeternam poenam cōmutat in temporariā poenā, quam penitentes luer per pa-

Ioan.19
Eze.36

Tit.3.
1.Tim.3

Eze.18
1.Mal.33
Esa.vlt.
Mar.9

Luc.13

DE POENITENTIA LIB. III. 82

nitentiā sibi à sacerdote pro peccatis cōfessis impositā: quā satisfactionem, tertiā penitentiā partē vocamus, iuxta Davidem dicentem ad dñm: Cor contritum & Psal.50 humiliasti deus nō despicias &c. Dixi, confitebor ad:

Psal.38 uerum me iniustitiam mēa domino, & tu remisisti in pietatē peccati mei. Quinta cōclusio: Si voluerimus tam a culpa, q; a poena peccati liberari, & certo post hanc vitā habere vitā aeternā, oportet in primis, vt in uocato pro illuminatione dñi, voluntarie pro nostris peccatis amore dei dolcamus, & tēpore quoq; primo confiteamur ea sacerdoti potestatem habenti, nosipios corillo dei loco accusantes, cū spe venit consequēdæ & proposito abstinendi deinde ab oibus peccatis, satisfaciēdīq; p̄r penitentiā sibi impositā, tribus præcipuis penitentiā operibus, oratione videlicet, ieiuniō & eleemosyna: et ita quidem, vt deinceps vita per penitentiā noua ceperit, exhibeamus membra nostra seruire iustitiae in sanctificationē, sicut ante exhibuimus ea seruire in inmundiciā & iniquitatē ad iniquitatem. Id quod vbi fecerimus, procul dubio post hanc vitā tuti sumus futuri tam a pena, q; a culpa peccati, nec est vt tantillum diffidamus.

Primo quidein, non nos retarder seu diffidentes faciat à penitentiā, multitudine peccatorum: sed memores simus Marice Magdalene, quæ detenta septem dæmonibus, i. oibus peccatis mortali bus, audire peccitens meruit: Remittuntur tibi peccata tua: fides tua te saluam fecit. Secundo, nec diffida mus propter peccati magnitudinem, sed memores simus Pauli, qui Ecclesiam & ipsum Christum usq; ad mortem persecutus, nō solum meruit peccati veniam, sed & effectus est vas electionis, & apostolorum principis, de se propterea dicens: Fidelis sermo & omni acceptione dignus, q; Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorū primus ego sum, qui blasphemus fui, & persequitor, & cōtumeliosus: sed misericordiā cōsequutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiā, ad informatiōnem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam.

L. 2 Tertio

Rom.8

Luc.9

Act.9

1.Tim.2

1.Cor.15

PRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Tertio, nec diffidamus propter peccati diuturnitate, etiam in ultimo agone vitae, verum memores sumus eius quod Dominus ait: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, fecerit ipse iudicium & iustitiam; vita viuet, & non morietur. Eius iniustum omnis non recordabor. Cuius inter alios exemplum reliquit in cruce latronem, qui tametsi nunquam poenituerat de peccatis suis infinitis, & maxime tamen penitens in violentia passione, circa finem mortis audire meruit: Hodie mecum eris in paradyso, quo ubi voluerimus, oporete ut peniteamus conterendo & confitendo satisfaciendo, credentes euangelio.

De retrahentibus a penitentia, & quibus modis in contrarium mederi possit. Cap. LXVII.

Q Vanquam in proximo de penitentia partibus epilogo nonnulla tetigerim, quae moluntur impedire penitentiam: quia tamen ea paulo obscurius & quidem nec singulatum nec generatum tractauerim, videor mihi hoc nimirum loco facturus operari, si recensuero quae penitentiam videantur remoliri, & quibus possit in contrarium mederi.

Primo quidem retrahit a penitentia, & maxime a confessione, pudor, quo videlicet superbiores acti, evincunt confiteri quae male perpetrarunt. Primum vero contra pudorem est remedium, consideratio rationis naturalis, quae dicit, si quis peccare non erubuit, nec confiteri plus aequo erubescat. Secundum est, virtus diuinæ intuitionis, quæ suis oculis habet omnia nuda. Tertium est, comparatio futuræ confusionis, quae multo maior erit ignominia, quam confitenti est de confessione peccatorum. Siquidem Deus ait ad peccatorem non confitentem: Reuelabo pudenda tua in conspectu omnium nationum. Secundo retrahit a penitentia timor satisfaciendi. Nec enim desunt, qui timent se non posse facere penitentiam, quae ipsis imponeretur. Primum vero remedium contra istud impedimentum, est paucitas penae presentis, & è diverso multiplicitas penae futurae in altero seculo. Siquidem multa

DE POENITENTIA. LIB. III. 83
multa peccatoris sunt flagella. Secundum, est poena praesentis leuitas, & è regione futuræ grauitas, iuxta Iob dicente: Qui timet primum, veniet super eum nix. Iob. 6

Tertium, est praesentis poena breuitas, & è diverso futurae aeternitas, Domino glcente: Ite maledicti in ignem aeternum. Tertio retrahit spes vanam penitentem, & quidem trifariam.

Prima quidem spes vanam, est spes diu viuendi, contra quam dicit Iacobus: Quæ est vita nostra? vapor ad modicum parens. Secunda spes vanam, est spes acquirendi diuitias, contra quam est hoc Iob: Dives cum dorso meruit, nihil secum auteret. Et hoc Pauli: Nihil attulimus in hunc mundum: non dubium quin nec auctoritate aliquid possumus. Ad quod facit exemplum diuitis, dicitis: Anima mea, habes multa bona &c. Tertia, Luc. 12 vana spes, est spes denique conservandi misericordiam, contra quam dicit Ecclesiasticus: Fili, ne tardes coqueris ad Dominum, & ne differas &c.

Quartum, est desperatio veniam consequendi, quam sit trifariam. Primo, consideratione grauitatis peccati: Quo quidem pacto desperarunt Cain & Iudas Iscariotes, contra quam est illud Iob: Utinam appendatur peccata mea. Siquidem passio nostri salvatoris, fortior est ad dissoluendum, quam quocunque peccatum ad obligandum. Secundo, fit consideratione frequentationis, quæ cogitat peccator intra se, dicens: Ad quid confitebor? cras iterum cadam. Contra quam est illud Non dico tibi, usque septies: sed, usque septuagies septies. Mat. 18

Tertio, consideratione diuturnitatis in peccato. Cogitat enim peccator: Tantis per in peccato perseverauit, ut verear me nunquam pro eo veniam consequunturum. Contra quam est illud dei Opt. Max. per Ezechielem Eze. 18 In quaunque die conuersus fuerit peccator, omnium iniuritatum eius non recordabor. Non est igitur charismati, ut quisquam vestrum sinat se retrahi a penitentia, sine qua nemo post baptismum peccator, potest regnum dei consequi.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
De Ordine, quinto catholice ecclesiae Sacramento.

Præfatio.

ET si iampridem statuerim me paucis à sacramento Ordinis absoluturū, seculis tamen ut sibi fortasse futurus, ipsa rūsus ne cogit peruvicax hæreticorum & schismatistarum, nostræ prælertim tempestatis, audaci. Quia isti hoc ipsum quoq; ordinis sacramentū, sicut & alia pleraq; in ordinē prorsus redigere, nulla nec scriptura, nec icripturæ ratione obfirmati, supra q; dici potest, & leuiter & pueraliter studuerunt: nempe falsogredientes, haud esse quicq; discriminis inter sacerdotes & laicos, quādo sunt oēs ex æquo sacerdotes, habeatq; eandem potestate: Ordinē nihil esse, q; risu quedam cōgendi cōcōnatoris in ecclesia: verbū quoq; & sacramentū administrationē, non nisi laicorū cōsenū cōminimūrū nūl rēque agētēs, q; vt ex ecclesia tollant Ordinem: & vt sublata legitima ministrorum potestate, gratiam coniunctam habente, & sacramenta, & id genit omnia, qua in ecclesia ministrorum opere peraguntur, a lescere faciant. Quid q; conati sint isti infelicter apud Germanos, q; pestulenter infirmiores & imbecilliorum summa ipsorum animarū pernicie seduxerint, q; quod moluntur, nunquā sīnt consumimaturi, suo deinde loco commodius cōmonstrabo, premissūrū sacramentū Ordinis definitionē, sive portiū descriptionē.

Quid sacramentū Ordinis sit. Cap. LXVIII.

ORDO, prout ecclesia sacramentum est, describitur: veteroribus patribus, esse gratia quedam & portas, que per traditionē visibili quodam signaculo baptizatis infunditur, quando per manus impositionē ad manus aliquod in ecclesia publice gerendum, ritē ordinantur. Esse autem Ordinem, ecclesiae sacramentum, vel hinc perspicuum sit, quia habet, veluti cetera sacramenta, suum visibile signum: habet & verbum suum, atq; adeo promissionem ministerio assistentis gratia dei, quæ multis declarare non est opus. Rem scilicet habent Christi, institutoris omnium sacramentorum, verba, quibus post suam resurrectionem vñus est ad discipu-

DE SACRAMEN. ORDIN. LIB. III. 84

discipulos, inquiens: Sicut misit me pater, & ego mittō vos. Quod quum dixisset, insufflauit & dixit: Accipite spiritū sanctum; quorū remiseritis peccata, remittuntur eis. Nonne videremus eūdēter hisce verbis nec solū, sed & cæremoniis quibusq; visibilibus, apostolos & quos eunc; eorum successores, ut pote sacerdotes legitime ordinatos, ordinasse Christum in opus suum, & in eam rem gratiam spiritus signo quodam visibili contulisse, potestatē quoq; ciuilemodi ordinatione collaram, apertissime confirmasse ac ita stabilisse, vt quod ipsi eorumq; successores suo nomine in ecclesia ritē prælaret, deus ipse optimus perinde ratū haberet, acsi per ipsum Christum factum esset; idq; non ipsorum, sed Christi merito & virtute spiritus, operibus eorum adstante?

Ordinem esse verum ecclesiae sacramen-

tum, plurifariam probari.

Caput L X I X.

QUAMVIS ex præmemoratis Iesu Christi verbis vel solis, aperto satis pateat, Ordinem in ecclesia sacramentum esse, non autem humanum cōmētum, sed ipsius Christi institutum: contra tamen aduersarios, qui secus deblaterant, pro veritate catholica paulo pluribus ostendens, ipsum Ordinem iuxta eius iam datam descriptionē, esse verum ecclesiae sacramentum. In primis enim fuisis hoc ipsum subindicat, quod alias gelit Christus emphasi quadam graui, quando vi delicit in montem ascens, vocavit ad se quos voluit ipse, qui venerunt ad eum, qui fecit vt essent duodes. Luc. 5. cim secum, vt mitteret illos prædicare.

Ad hoc etiam satis, q; alibi designauerit et alios septuaginta duos, & misericorditer illos binogante faciem suā, deritq; potestatem eis immundorum spirituum efficiendorum, & curandorum quorumlibet morborum, dederitq; potestatem eisdem dandi & retinendi pacem: gratiūr cōminatus iis, qui eos haud recipierūt: & ne ex merito suo eandē potestatē meritetur, subiunges: Nō vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri gloquitur in vobis. Et paulo post: Qui vos, inquit, recipit, me reecepit. L. 4. Capita

Ioan. 3. 2

Mat. 10.

Mar. 6

Luc. 5.

Mat. 13.

LUC. 5.

Mat. 10.

LUC. 5.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
 cipit: & qui vos spernit, me spernit: ministerij ut pote
 autoritatem a ministris in se transferens. Deinceps &
 hoc probat Ordinem esse ecclesie catholicae sacramen-
 tum, qd in eo specialis & peculiaris quedam ordinarii
 conferatur gratia, prout ex Apostolo accipimus, qua-
 do dicit ad Timotheum: Noli negligere gratiam qua-
 est in te, quae data est tibi per prophetam, cum imposi-
 one manu presbyterij. Et rursus: Admoneo te, inquit,
 vt resuscites gratiam dei, qua in te est per impositionem
 manuum mearum. Et ad Titum quoq: Huius, inquit, rei
 gratia reliqui te Crete, vt ea que defuntur, corrigas, & co-
 stituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui
 tib. Addiderim postremo, qd eiusmodi in ecclesia ordi-
 fuerit necessarius, quin alioqui essemus vti parvuli fu-
 etuantes, & circuferremur omni vento doctrinæ in no-
 quiria hominum. Cuius citra dubium causa, Christus ip-
 se sacramentorum institutor, omnia voluit in sua esse ec-
 clesia ordinatus, singulæ membra suis officiis fungi,
 dividens propterea vniuersitatem gratiam prout vult, telle
 Paulo, ponens ac dans propterea quosdam Apostolos,
 quosdam autem propheras, alios vero Euangelistas, alios
 autem pastores & doctores, ad confirmationem sanctorum, in
 opus ministerij, in redificationem corporis Christi, donec
 occurramus oecis in unitate fidei & agnitionem filii dei
 in virum perfectum, in mensurâ plenitudinis Christi.
 Vissibili proinde ordinatione per Christum instituta, per
 Apostolos deinde facta, & in nos continua successionis
 serie deducta, ad retinendam ecclesiam unitatem qua perq
 maxime opus erat. Accedit præterea consensus vniuersa-
 lis ecclesie, & sanctissimorum eorumdemq; vetustissimo-
 rum patrum, ut pote Dionysij, Irenæi, Tertulliani, Cypri-
 ani, Hieronymi, Augustini, & hoc genus aliorum, qui
 quotquot sunt, tenent ac affirmant, Ordinem esse verum
 catholicæ ecclesiæ sacramentum, volentes ideoq; sacra-
 mentum ordinis & que non esse reiterandum, sicut nec bap-
 tismi: nec posse rursus ordinari, qui semel ordinatus sit.
 Sed quid profuerit, tot solidarum scripturarum rationes
 pro hoc ipso Ordinis sacramento adserre, quando pre-

DE SACRA. ORDIN. LIB. III. 85
 ter eas etiam epistolas passim apostolicas, non tantum eius,
 verum etiam discretorum in ecclesia ordinum, ut pote epis-
 coporum, presbyterorum, sive sacerdotum et diaconorum, aper-
 te meminerint, ac singulis quoq; sua munia singulatim
 prescripserint, quemadmodum sequenti capite docebimus.
 De Numero & discretione ordinum ecclesiasticorum. Cap. LXX.

Praemissa Ordinis definitione, seu (quod verius dis-
 xerint) descriptione & adsertione, qua pro loco &
 tempore sati abunde adseruimus & adstruximus, ipsum
 Ordinem, verum indubitatumq; ecclesiæ sacramentum esse:
 subsequens est, vt subinde recensemus Ordinis ipsius
 gradus. Enumerantur autem a Sylvestro Max. Pont. septem
 ordines, & quidem fortassis ob septiformem spirituslan-
 etiam, cuius munere sua prosequuntur officia, nec
 etiam fortassis immerito designati per septem mulieres,
 de quibus Esaias, in quibus spiritus sanctus habet hos
 pitium, & vnaquamq; illarum suum parat coniugium. Re-
 censentur autem hoc plerunque semper ordine: Ostiarius,
 Lectoratus, Exorcistatus, Acolythus, Hypodiaconatus sive Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus.
 Quorum priores quatuor, appellatione minorum, posteri
 ores vero tres, appellatione maiorum veniunt: eosq; oecis
 ipsa primitua non modo nouit ecclesia, sed & longè san-
 ctus qd nouissimus hisce temporibus, obseruauit & co-
 luit. Paulus quidem meminit presbyteratus, diaconatus,
 & acolythatus: Canones autem apostolici, subdiaconatus,
 lectoratus & catoratus meminerunt. Et ipse quoq; Dio-
 nyus Areopagita vetustissimus theologus, Pauli disci-
 pulus, & Ostiarius & Lectoris, & aliorum clericorum men-
 tionem facit. Cui beatus ille martyris Ignatius, Joannis
 apostoli discipulus, consensit, ipsos minores ordines vnu-
 cum maioribus ad unitum quasi oecis singulatim recensens.
 Quem sequuntur Clemens Papa, Petri successor, Ana-
 cletus, & proximi quicq; post eum summi pontifices &
 doctores, episcopi plerique omnes, idemq; verè catholicis;
 cuiusmodi sunt Cyprianus, Ambrosius, Augustinus
 & id genus alijs. A quorum denique partibus stant antiquis

Esa. 4.

vi. Syno.
 cap. 25. 40.
 41.
 Dion.de
 eccl.hier.
 cap. 3.

L. 3. Anna

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

Vna illa Conclia, quæ totus Christianus orbis in vniuersum recepit, non solum maiores, sed & minores Ordines in ecclesia semper exitisse, confirmantia & comprobantia: sicut videre est in Concilio Laodicensi, capite vigesimo tertio, & sequenti Chalcedonensi quarto, capite sexto, Bracarense primo, capite vigesimo octavo, & sequentia. Mentiuntur propterea nostra tempora hæretici & schismatis, qui plerosque omnes minores Ordines vnde cum Subdiaconatu, velut humauim, idemq; nouum quoddam commentum, derident, nempe quibus nihil noa in sancta nostra religione nisi sermè dignum videtur, aduncoq; naso suspenditur. Sed caueant, ne quandoq; qui habitat in celis, eos sit derius & subsannatur, & ad eos in tra sua loquuntur, q; in furore suo conturbaturus.

Psal. 2.

Quid quenque deceat ordinatum, &
quod sit vniuersalq; officium.
Caput LXXI.

NVMERO Ordinum posito, prosequemur subinde Ordinorum officia, quibus & olim functi sunt, a minoribus initium capientes. Inter Ordinatos vero, minores referuntur

OSTIARII, qui alioquin Janitores, olim templi & huius ostijs sive ianuæ custodiæ habebant, adstantes videhiceret clausis templi ostiis, ut quolibet indigos a lumenib; sanctæ Dei ecclesiæ coercerent, ac diligos tantum & inculpatos ad sacrorum conspectum recipieren, ac admitterent: idq; non sine magno iudicio, & discretione inter infideles, hæreticos, excommunicatos, catechumenos, energumenos, ac poenitentes varijs generis, accurate habenda, quicq; custodiæ habebant rerum, ad vsum ecclesiæ pertinetium. Id quod præferebant ceremoniæ, quibus hoc ipsum officium conserebatur. Ipsi enim ordinato Ostiario, tradebantur ab Episcopo, claves ecclesiæ de altario, dicebaturq; ad illum: *Sic age, quasi redditurus domino rationem pro*

DE SACRAMEN. ORDIN. LIB. III. 86
sis rebus, quæ his clauibus recludentur. Quām verò quondam in nascente adhuc ecclesia, fuerit Ordo iste Ostiarius minimè contemnendus, argumento sunt opima stipendia, quæ nung habent Cathedralium eccliarum Custodes & Thesaurarj, qui surrogati sunt in locum Ostiariorum. Quorum iam officio fungi videmus, quando per fidem in ecclesiam aliquem introducimus, & excommunicatos è templo Dei submo^{Mat. 22} uemus. Quo quidem officio functus est Christus, ^{Mar. 12} Luc. 19 quum vendentes & ementes de templo eiecit, verum Ioh. 2.10 ostium existens.

LEC T O R E S, qui & psalmistæ, quos initium sumptu Prophetis exsilitat Rabanus, olim quotidie lectiones ex Prophetis ac alijs biblicis scripturis veteris testamenti, ad populum in ecclesia publicitus legabant, & in ipsis quoque precibus Horarijs hoc ipsum faciebant; & quidem maximè in Matutinis precibus, prout adhuc aliqua remansit apud nos forma in eis, qui eo temporemannihil ex Prophetarum & Apostolorum scriptis legunt, non quia populum instuant uniuersum, sed ad ipsum modò clerum verba habent. Quorum etiam officium expreuerunt caremoniis, quibus is ordo dabatur. Quum enim Lector ordinabatur, faciebat de illo verbum Episcopus ad plebe, subindicans ejus fidem & ingenium. Dein speciente plebe, tradebat ei codicem de quo lecturus erat, dicens ad eum: *Accipe, & esto lector verbi Dei, habitus (si fideliter & utiliter impleueris officium)* partem cum eis, qui verbum Domini administrarent. Quorum officio videtur vslus Christus, quando in medio sensorum librum Esaïæ aperiens, legit distinctè ad intelligendum. Sed quales modo lectores sunt, narratu indignum est, vt pote qui nec ipsi intelligunt quod recitant, nimurum profusus analphabetus. Etvidetur Lectoris esse officium, quo fungebatur Ebdras olim.

EXORCISTAE solebant quoddam super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos, i. super oes inquietos,

Luc. 4
Esa. 61

Neem. 7

qui

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

qui à spiritibus immundis vexabatur, aut demoniāde illusionibus vel terriculamentis agitabantur, dñi nōmē inuocare, & adiuratū spiritū immundum efficiebant & cōpescabant; vnde & appellati sunt Adiurantes, & Increpantes. Quorū pariter officium declarabat cāremōia, quibus hoc ipsum cōcedebat. Ipse enim exorcista ordinandus, aceipiebat de episcopi manu libellum, in quo scripti erant exorcismi, dicēte ad eum episcopo; Accipite & cōmenda memorię, & habeo potestatem imponendi manus super energumenos, baptizatos & catechumenos. Quo quidē gradus ordinis ipse dñs vñs est, vt accipimus ex euāgeliō, & quidē maximē quādo de Maria Magdalena septē effecit dæmonia. Quod officium & quem ordinē videtur Christus quoq̄ tradisse discipulis, quum dedit ipsis potestatem & grātiā efficiendi cacodæmones ex hominib⁹, quo & ipsi sunt functi, Christo adhuc viuente, deinde eodem mortuo. Quād verō nō feliciter cedat his, quī non ordinati, fungi moluntur hoc ordine, satis arguunt exorcistae temerarij, in quos olim cacodæmones infiliebāt, quos & nostri temporibus timere habent magici & incātatores vtriusq; sexus: quorū superstitionē sic aliquoties locū p̄bet diabolo, vt in filios dissidentiā adeo possit operari, vt pleriq; eorū se cacodæmoni prorsus dedant. Qui si serio prohiberentur ab eo quod eorū nō est, fieret vt in factio[n]a nostra religione nō tantū haberemus diabolū licetū superstitionū, imposturarū, techniarum, magicalium artium & incantationū, quibus increduli quidem planè decipiuntur & iudicantur, ad quæuis etiā somnia diabolici suggestionibus dānabiliter assentientes,

ACOLYTHI quondam constitutos in maioribus ordinib⁹ proxime comitabantur, ipsisq; ministrabāt, vnde generali vocabulo ministri dicebantur & aſſectatores, quibus deinde mandatū est, vt quū legeretur in Ecclesia Euāgeliū, laudisq; sacrificiū celebraretur, cereos ipsi presbyteris ac diaconibus in signum lucis & lātitiae Euāgelice, pro excitanda apud fidelium animos deuotione, anteferrēt: vnde & ceroferarij dicti. Quorū par-

Mat. 12
Luc. 11
Luc. 7.
Mar. 6
Luc. 10

Act. 19

DE SACRAMEN. ORDIN. EIB. III. 87
formerit officiū repræsentabant cāremōia, quibus is ordo dabatur ab episcopo, vt pote qui ordinandos in Acolythes docebat, qualiter suo deberēt officio fungi: deinde archidiaconus eis tradebat ceroferarium cū ce-reo, vt scirent se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari: dabatūq; illis vñceolus vacuus ad suggestiōnū vñi in Eucharistiā & sanguinē Christi. Is ordo videtur olim trāditus Aaroni & filiis eius, quum præxessent Exo. 27 in tabernaculo testimoniū lucernis, vt semper inibi luce rent dñs, Leuit. a nomine autoris appellati. Dñs autē Jesus Christus hoc habere officiū vñlus est, quādō dicebat: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita. Quē sanē ordinem deinde celebrarūt ipsi Apostoli, qui diacones cōſtituerunt, quorū & Paulus meminit. Ex iis igitur palam cōstat, eos, qui in minores ordines coaptabāt, eosdemq; digne recipiebant gratia quadam cōmuniti, vt eisdem etiam recte, hoc est, in ecclesiæ cōdificationē vti ac fungi possent: & vt ea quæ in ecclesiæ pro ratione concredit muneris agerēt, rata esent. Constat insuper, ordines ipsos minores, veluti gradus quodam esse, per quos examinati & probati, gradatim ad maiores pertrahuntur, nisi aliud diuina revelatione reuelaretur, quum Paulus quog; vetet Neophytū episcopatū suscipere, prout ad finem huius capitū paulò clarius admonebimus, vbi dixerimus de ipsis quog; maioribus ordinib⁹, qui hactenus diximus de minoribus, ita vocatis, quia mēdiocre sit eorum officium, intuitu maiorum, quorum modo tres numerantur, de quibus subinde sermo est, quorum primus est Subdiaconatus.

SUBDIACONI autem, qui quodam cōnumerati sunt inter minores, quia nō vñq; adeo magni erat eorū officiū, solebāt diaconorū officiis proxime subseruire, ac eorū præceptis parere, (propterea Græcē hypodiaconi, Latīnē verō subdiaconi diciti sunt) & calicē ad altare deferre & panē, vñtū item sacerdoti celebrati Missam administrare corporalia, & cetera substratoria (quæ vocāt) hanc amīna lauare: oblationes, quæ à fidelibus in templa

formis

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

plum inferebantur, suffisperre, ac Leuitis seu diaconis altaribus superponendas deferre: quæ in nascente quoniam ecclesia sacerdicii cōsueuerunt, ut ad victimum, cum facer doti ceterisq; ecclesiæ ministris, tum pauperibus sufficerent: & tantum de oblationibus consecrandis, quæ modo hostias & oblata vocamus, super altare ponere, quantæ sufficere possent populo, qui quodam frequenter tissime cōmunicabat. Quod quidem eorū officiū declarabant ceremoniæ, quibus hic ordo cōferebatur. Iste enim subdiaconus, quium ordinabatur, quū manus in positione consecratoria nō accipiebat, patenā de manu Episcopi vacuā & calicem vacuū accepit, dicere ad ipsum Episcopo: Vide cuius ministeriū tibi traditur. De manu vero Archidiaconi, pro eo q; in eius adiutorium cōferebatur, accepit vīseum s. cum vīno & aqua, manile. i. bacille & manutergium. Creditur aut̄ Christus hunc exercuisse ordinem, quando in Cana Galilæa ex aqua vīnū fecit: & quādā cœna facta, mittens aquā in peluum, pedes discipulorū lauit. Quē etiā ordinē Imperator Romæ accipit. DIACONI, quos latine ministros, hebraice vero Leuitas vocamus, sumptuose videtur exordiū à tribu Leui filii Jacob, de qua in libro Numerorum solebat episcopis & presbyteris ministrare, dispensatione thesauri ecclesiastici & curā pauperū & ecclesiæ ministrorū habere, episcoporū oculi esse, actus totius ecclesiæ oberrare, perlustrare, & cum verecundia diligenter peccatum scrutari, si quē vidissent vicinū fieri præcipitio, & proximū esse peccato, ut hæc ad episcopū referrent, vt ab eo cōmoneri posset is, qui in præcipitio lapsurus esset, vt reuocaret pedem, & non corrueret ad peccatum negligentiores quoq; & eos qui rarius ad audiendum verbum Dei, nec solliciti ad episcopi tractatiū accederent, cōmonefacere ac hortari: prætereaq; custodire episcopū prædicatē, ne ab insidiatorib; quoq; modo infestaretur, aut ledereetur a suis, aut ne verba diuina detrahēdo aut insidiando polluerentur vel despicerentur: itemq; episcopis & sacerdotibus adiustare, quū sacra mysteria traſtarent, & quum sacramenta benedicerent ac administraſtarentur.

Ioan. 2.13

Num. 3.
Nu. 14.
Leu. 8

DE SACRAMEN. ORDI. LIB. III. 88
Prætereaq; nomina catechumenorum recitare, ordinados episcopo offerre, ac testimonium de eorū vita & cōversatione præbere: cōponere mensam dominii, oblationes inferre & disponere in altari, præmonere aures habere ad dñm, euangelium & epistolam ad populū promūciare, prædicare, hortari, sed sine cathedra: pacē anūciare, sacramentū Eucharistia: a sacerdote cōsecratū, ergo ac dispense populo, vt quemadmodum effet in sacerdote ministratio, sic effet in ministro sacramenti dispensatio. Traditionis vero huius ordinis, est ista ceremonia, q; quum Diaconus ordinatur, solus Episcopus, quū benedicit, manus super illius caput posuit: quā nō ad sacerdotiū, sed ad ministerium consecratur. Quē quidem ceremonia seruata est ab apostolis, in quorū vicē successerūt episcopi, quādā septē primos illos diaconos cōstituerūt, et orāres eis manū imposuerūt. Act. 6.

Quādā vero diaconi munus in ecclesia nō sit vulgare, vel hoc est argumēto, q; olim nemini nec facile nec temere cōmisum fuerit, sed cū magna ac diligēti exploracione: quod ab apostolis est diligenter obseruatū. Id quod etiam intelligimus ex Paulo, dicente: Diaconos opōrteret pūdicos, nō bilingues, non multō vīno deuiditos, nō turpe lucrū sectantes, habentes mysteriū fidei in cōscientia pura: & in prīnum probentur, & sic ministrant, nullum crīmē habentes, qui sibi deinde honū acquirent gradū & multā fidutiā, quā est in Christo Iesu. Etismodi sanē diaconus fuit, ipse dñs Iesus Christus, quando tam diligenter tamq; fideliter euāgelium prædicauit, quādā post cœnā sacramentū corporis & sanguinis sui propriis manibus discipulis dispēsauit, deindeq; discipulos hortatus est ad orandum, de seipso dicens alibi: Non vēni ministrari, sed ministrare. Quod vtq; propriū est diaconi. Talis quoq; diaconus fuit leuita, fuit diuus Laurētus, vt ex eius verbis accipimus, quisbus ad sanctum Sixtū vīsus est, inquiens: Quo progredēris sine filio pater? quo sacerdos sancte sine ministro prosperas? Tu nunq; sine ministro sacrificium offerre consueueras. Quid in me ergo displicuit paternitati tue?

Mar. 4
Mat. 26
Mat. 14
Luc. 22
Mat. 20

Nun.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Nunquid degenerē me probasti? Experite certe, ut idoneū ministrum elegeris, cui cōmisiſti dominici corporis & sanguinis dispensationē. Quibus ex verbis per spicuum sit, quod sanctus ille martyr & Leuita, vtrum diaconi ministerium in ecclesia fideliter gesserit, ut propter op̄ theſauros ecclesiæ fidelissime distribuerit, & si to pontifici in iis quæ ad deum erant, indiuiduus minister adſtiterit: id quod veri diaconi est.

PRESBYTERI sunt supremi in ecclesia Ordinati, duobusq; nominib; ob duas rationes appellati. Primo quidem Græce appellatur presbyteri, sed Latine seniores, vt videlicet non tam senes sint & aetate adulti, q; qui moribus graues, & sapientia doctrina p̄te ceteris clercere debeant: quādoquidem scriptura dicit, senectus esse venerabilem, nō diuturnā, nec annorū numero computatam, quando cani sint, sensus hominis: & aetas senectutis, vita immaculata. Cuius causa Paulus ad Timotheum dicit: Nemo adolescentiam tuā cōtemnit, sed exemplum esto fidelium in verbo, in cōuersatione, in charitate, in fide et castitate. Deinde sacerdotes quoq; appellantur presbyteri, vel a sanctificādo, vel a dando, vel consciendo sacra. Consecrant enim & sanctificant corpus Christi, vnde & sacrifici coepit sunt appellari. Eorum vero ordinationis ceremoniæ sunt, q; cum presbyter ordinatur, episcopo eum benedicente, & manū super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui presentes sunt, manus suas iuxta manus episcopi super caput illius tenent. Et ipse quoq; presbyter ordinatus, stolam super vtrung; humerū accipit, vt ex hoc se per arma iustitiae munitum esse intelligat: & accipit pariter de manu p̄fificis calicē cum vino, & patenā cum hostia, quatenus iis instrumentis potestate se accepisse cognoscat, plabiles hostias & corpus & sanguinem Christi offerēti. Cuius etiamnū causa episcopus hęc tribuēs, dicit: Accipe potestate offerre sacrificiū Deo, Missamq; celebrandi tam pro viuis, q; pro defunctis, vtpotē mediator inter deum & hominē. Est enim presbyterorū officium, q; Tim. 3 prædicare verbū dei, Christo ad ipsos dicente: Eunte

Sap. 4

2. Tim. 3

8. Tim. 3

DE SACRAM. ORDIN. LIB. III. 89
 In mundum vniuerlum prædictare Euangelium omni creatura, cōficere corpus & sanguinē domini, Christo diente ad eosdem: Hoc facite in meam cōmemoratiōnem baptizare, eodem dño Iesu Christo dicente: Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, remittere peccata, dicente eodem domino Iesu ad discipulos & sacerdotes eorum successores: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, renta sunt. Et hactenus in vniuerlum de septem ecclesiæ ordinibus, quorū priores quatuor, appellantur minores: posteriores vero tres, maiores & sacri: quorum longe summum gerunt ipsi presbyteri, qui subin de discernuntur graduum dignitate, quemadmodum subsequens docebit caput.

Quomodo sacerdotalis ordo distinguitur in quosdam officiorum & dignitatum ordines.

Caput LXII.

LIcet ex Petri & Pauli epistolis haud obscure cōsieret 1. Pet. 5 linascente ecclesia eosdem fuisse episcopos & presbyteros: putādum tamē non est, episcopos alium in ecclesia ordinē à presbyteris cōstituisse: sed ipsum duntas presbyteratus ordinē, rursus ordinē quodā officiorum ac dignitate distingui, credi par est: quādoquidem quidam Episcopi, qui & p̄fifices, antistites et preſules appellari solent: quidam Archiēpiscopi seu Metropolitani, quidā Primates, quidā Patriarchæ. Episcopi, qui Græce vocantur ἀποστόλοι, i.e. superaretēdentes & superinspectores & speculatores, quoniam p̄te ceteris gregi dñico superintendant in omnibus, quæ necessaria sunt ad salutē, prout accipimus ex verbis Pauli, dicentis ad episcopos: Attēdite vobis & vniuerso gregi, in q; vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiā dei, quā acquisiuit sanguine suo. Cui Petrus subſcribēs, ait: Pascite (seu regite) eum q; in vobis est, gregē Christi, & inspicite, nō ex necessitate, sed voluntarie iuxta deū. P̄fificis autē nomē est à gētilitate in Christianismū trāficiū, à posse & facere, dictū, si Sequolæ credimus: quādē M. Varto

Heb. 5
Mar. 16
Mar. 14
Luc. 22.
1. Cor. 11
Mat. 26
Ioan. 20

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Varro velit eos à ponte dici cœptos, q ab iis Sublich
us pons factus sit primum. Ipsi vero archiepiscopi, diciti sunt quasi primores episcopi, vel horum principes, officio ceteris eminētiores sive priores, Metropolitani sive Metropolitanæ cœpti appellari à metropoli, id est, à matre ciuitate, quasi eius ciuitatis, quæ totius prouincia veluti mater est, episcopi. Patriarchæ, tanq; primores seu summi patres appellati sunt: quorū quondam ante Constantiniū Imp. tres numero fuerū tantū, nempe Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Siquidem principio sub Antiocheno fuit Hierosolymitanus: post ipsum vero Constantiū, additus est quintus, Constantinopolitanus: quorum ita summus est, ac semper fuit ac erit, Romanus, vt propterea disci vere cœptus sit Papa, id est, Pater patrum, corrupto utiq; vocabulo & è diabolo confabato syllabis, Pa. Pa. quarum prior designat patrem, posterior vero patrum, quasi pater patrum. cuiusmodi solus est Petri successor, qui totius est ecclesiæ sub Christo Iesu caput, & omnium in ecclesia patrum in causis spiritualibus pater & primas, prout in opere nostro, cui titulus est, Rerum Conciliariū, hanc aperto declaravi, declaratus & sequenti capite paulò fusius.

Romanum Pontificem, quem vere reuerenter, q
Papam vocamus, omnibus sacerdotibus & ho
rum prælatis, officio, dignitate & iurisdictione
excellere. Cap. LXXIII.

VSqueadeo vocabulum Papa, non est in ecclesiastice
cens, nec nuper inuentum, nec infrequens, sed plau
ne receptissimum sanctis patribus, vt pote quo & Hiero
nymus ad Damasum, & Ambrosius ad Siricium vñus
est, vt etiā vix aliud habeatur argumentū, quo fortius
& evidentius Rom. Pontificis, quem merito vocamus
Papā, super oēs non modo minores, sed & maiores sa
cerdotes, cuiusmodi sunt ex officio episcopi, dignitas,
officiū & iurisdictione probari possit: vt pote q Papa sit

non

DE SACRAM. ORD. LIB. III. 29

nō modo oīm filiorū Christianorū spiritualis pater,
sed & pater patrū: hoc est, oīm episcoporū, archiepiscoporū
seu metropolitanorū, & patriarcharū, adeo q
totius ecclesiæ pater & patriarcha: nō q ordine sacer
doti ceteros sacerdotes & episcopos antecellat, sed q
dem magis plenitudine administrationis, regiminis ac
potestatis. Quā quidem plenitudinē administrationis,
regiminis & potestatis, apud vñū sane esse, non modo
magnopere conduit, sed & oportet in ecclesiastum vt
ecclesiæ vñitas monstretur ac cōseruetur, tum vt nō ha
scantur in ecclesia hæreses & schismata, vel vt natae, ad
conseruandā & reparandā vñitatē supprimantur. Atq
sic vñus ele. Etus est ex oībus ī vñiuersum sacerdotibus,
qui ceteris anteponeretur, in schismatis utiq; remediu
ne vñusquisq; ad se trahens, ecclesiā Christi rumperet.
Iam enī etiā ceteros apostolos cū Petro pari consortio
honore & potestatē accepisse nequaq; dubitandum sit,
affirmandum tamen est, planeq; credendum, sacerdotij
principiatū esse tributum a Christo ipsi Petro, cuius le
gitimum in catholica & apostolica ecclesia successore,
quotquot fuerunt ab initio sancti patres & doctores,
cū vñanimi totius ecclesiæ consensu, constanter ex scri
pturis & rationibus non retortis, perhibent & alleue
rant pontificē Romanū, quē (vt præmisī) recte, nec sine
ipsius laude, Papam vocamus. In eius etenim persona
dñs ipse Iesus Christus, pontifex vere maximus, præfa
tam potestatē ecclesiæ, & per hanc illi contulit ante res
surrectionem, dicens ad Petrum: Ego dico tibi, quia tu
es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā
& portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi
dabo claves regni cœlorum: & quodcumque ligaueris
super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque
solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Quam
quidem facultatem ceteris apostolis & episcopis non
ita, sed in cœlo vno tantum dedit, ad ipsos inquiens:
Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super ter
ram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque solueritis
super terram, erunt soluta & in cœlo. Post vero re
surre^{Mat. 16:18}

M a surre

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

surrectionem suam, quando dominus ipse tertio interrogasset eundem Petrum, nū se plus aliis diligenteret, atq; ille respondisset, Tu scis domine quia amo te: subiunxit statim, Pasce oves meas. Id quod ad nullum ex apostolis singulatum dictum reperimus. Atq; licet idem dominus noster parem potestatem ceteris omnibus apostolis tribuat, & post suā resurrectionē ad eos dicat: Si cut me misit * viues pater, & ego mittō vos: Accipite spiritū sanctū: Quorū remiseritis peccata, emittunt eis & quorū retinueritis, retenta sunt: tamen vi vīstatem manifestaret, vīstatis eiusdem originem ab uno incipientem, sua autoritate disponuit, sequutus vīq; & scriptrū & naturā, adeoq; omnem rationem. Sicut enim Moses, inquit scriptura, quū constituisset Aarōnem in summi pontificem, filios deī eūs vñxit in minores sacerdotes; ita Christus quoq; quum constituisset in episcopos duodecim discipulos, quos & Apostolos vocavit & elegit, quorū locum in ecclesia obtinēt episcopi, et deinde alios septuaginta duos discipulos designasset, quorum locum in ecclesia ceteri retainēt presbyteri; sic deinde constituit & elegit ex eis omnibus, & super oīs vnum sacerdotē, qui ceteris præponeretur, ut pote Petrum, & quemlibet legitimū ipsius successorem pontificem Romānū, quem reuerenter Papam nominamus, qui eam, qua de paulō ante diximus, potestate in vñuerum super torū gregem Christianum teneret, quā & exercere posset ac deberet, sicuti res postularet: quispe quē in hoc constituisset, vt frātrum suorum negligentia suppleturus esset. Id quod ipse dominus Iesus plane voluisse videtur, quando alloquutus est Petrum, dicens: Simon Simon, ecce satanas expertus est vos vt cribraret sicut triticum, Ego autē rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirmā frātres tuos. Qui verō fiat, vt par sit singulis episcopis potestas, & mī Papa principatū gerat, subinde exēplo quoq; ostensurus sum, vbi prius ostenderō naturā quoq; talem vnicā Papā potestatē subiudicare Natura quidem præsenīscens, autore & infusore deo,

ora

DE SACRAM. ORD. LIB. III.

omnem multitūdinē parere confusōnē, cōmendauit in oībus rebus eā vniūitatē, ad quā res ipsā reducuntur, & per eā gubernantur. Ita sane vīdemus regē esse vñū in apibus, & ducem vñū in gregib; & rectōrem in animaliis vñū. Et in arborib; quoq; vīdemus, multos ramorū ordines ab vītate radicis proficiēti, & in animalib; multa quoq; mēbra capite gubernari vno, & in omni republica bene cōstituta vīdemus vñū esse plerūq; ad quē totius reipublicā administratio reteratur, & deinde ad vītātē tendere oīa. Quo vīq; respexit dominus Iesus, eterni patris sapientia, quādo cōclōs ad sceniūrū, & ad patrē abitūrū, vñum sua in terris vice primatē atq; vicariū cōstituit Petru, et vñumquenq; eius succellōrem, atq; ei vt summo post se paſtōri comīſit oves, hoc eīt, fidēles suos, ter ad eum dicens: Pasce oves meas, nempe lapientissimus auctor intelligens, malam esse in omni cōgregatione pluralitatē principū, vnoq; opus esse paſtōre, si & vñum ouile esse deberet, cōtra futuros hæreticos & schismaticos, quos pridē futuros oīlin prædicterat, lupos inquā rapaces, de quib; ipse Paulus ad catholicos episcopos aīt: Attēndite vobis et vñuerū gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quā acquiſluit saguitate suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessiōnē mēa lupi rapaces in vos, nō parcentes gregi. Et ex vobis ipsiis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant discipulos polte. Propter quod vigilate, memoria reūtinēt, quoniam per triennū nocte dieq; nō cessauerim, cū lachrymis monēas vñumquenq; veltrū. Atq; vītā nostro seculo sic vigilassem, nostrā præfertim Germaniæ, præfules, et ad vñū supremū oīm paſtōrē cōtra pestiferos hæreticos respexissent, & inter se quoq; talēm vītātē seruāssem, quēadmodū glorioſus ille martyris et episcopus Cyprianus inhortatus est. Quādi enī is docuit, quō Rom. episcopus esset summus oīm episcoporū nō ordine sacerdotij, sed magis plenitudine administratiōnis ac potestatis, quā oportet apud vñū esse in ecclēsia, in schismatis & hæreses præfertim remedii, ve

M. 3,

ccclx.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

ecclesiae vnitatis contra haereticos monstraretur & conservetur: essent autem aliqui ceteri oes episcopi, quod Petrus fuisse, quodque Papa esset, pari numeru consortio preediti & honoris & potestatis, continuo subdidit, inquit: Quia unitate firmiter tenere & vindicare debemus, maxime episcopi, qui presidemus in ecclesia, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Episcopus unus est, cur a singulis in solidum pars teneat. Hec illa.

Cui subscribens barbatus ille Hieronymus subindicat, sacerdotij potestatem rem esse spirituale & incorporealem, quae diuidi non possit, quam singuli episcopi, in suis quisque greges, in solidum possident: Romanus vero pontificem habere eam potestatem in universum gregem totius universalis ecclesie, quam possit ipse pro loco & tempore exercere, coercereque ab ouili lupos rapaces. i. hereticos et schismaticos, qui propterea neminem aequem odio habent & persecutur, q Papam & eius sacraficiam & apostolicam sedem. Sciant enim ipsum habere eandem in ipsis a deo potestatem, quanvis nihil a que proteruerit inficias eant & negent, atque eam: sed aduersus ipsam nunquam praeualebunt. Qui vero fieri possit, ut par sit singulis episcopis potestas, et Papa tamen principatum gerat, sequens docebit paragraphus.

Quomodo fiat, ut par sit singulis episcopis potestas, & ipse tamen Romanus episcopus. i. Papa principatus gerat. Cap. LXXXIII.

Quandoquidem ex paulo ante dictis evidenter appareat, Papam siue Romanum Pontificem praelere ceteros oes pontifices siue episcopos, hosc tamen cum illo vocatos in partem potestatem ordinis, non autem iurisdictionis: in questione modo venire solet, qui fiat, ut par esse possit singulis episcopis potestas, & ipse tamen Romanus Episcopus haberet super oes primatum. Quia quidem quæstioncula uno duntaxat exemplo patris familias, & eorum qui subsunt illi, declarabo. Nonne videmus, quia patris familias pluribus seruis negotiandi prouincia ex aequo partitur ac demidat, ne tamen negotiationis vnitatis dissipetur, vni ex eis potestate facit,

Mat. 16

DE SACRAMEN. ORDIN. LIB. III. 92
vt is non tantum in sua partem, sed & in aliorum partes respiciat: & scibit aliquis ex consenseruit in officio cessauerit, eum ut ad functionem suam reuocet, ac prospiciat, ne communis negotiatio iacturam patiatur? Ita quoque res habet in hoc calu nostro. Cuius causa ceteri episcopi dicuntur vocati in parte solicitudinis, ipse vero summus pontifex in plenitudine potestatis: quem habeat illi ad signatos sibi greges, singuli singulos, huic in vniuersum crediti sunt oes. Potestas quidem ordinis collata est pariter omnibus apostolis, iurisdictionis autem potestas proprieta collata toti ecclesiæ, id est in persona Petri. Habet proinde Romanus episcopus. i. Papa, quod ad clauem iurisdictionis attinet, maiorem ligandi ac soluendi potestatem, q ceteri. Ipsa enim pro temporum et rerum necessitate in rectificationem ecclesiæ potestas est condendi leges seu canones, quibus contumaces & rebelles ab externo ecclesiæ consortio repellat & coercet, et vicissim respicentes solus recipiat & recociliet. Hac tamen clavis iurisdictionis, clavem Ordinis quibuslibet sacerdotibus commissem (quæ conscientiam ipsam addstringit, vel solvit) non remoratur, modò qui clavi iurisdictionis ligatus est, autoritatem sedis Apostolicae non contemnat: sed portius se respicente contestans, re ipsa prober se in eam angustiam deuenisse, ut omnino potestas ei non sit, Apostolicam sedem, priusq absoluatur absq corporis periculo secundare ac ruto adeundi & interpellandi. Ea propter constat, absoluendi potestatem quantumlibet criminosos in extremitate constitutos, quod ad forum conscientiae attinet, esse apud quoslibet sacerdotes. Qua de re videatur nos stet de sacramento pœnitentia tractatus. Evidem magno dicam de ordinatione episcopi.

De Ordinatione & confirmatione episcopi. Cap. LXXV.

Quando nobis incidit Tractatus differendi de diffrimine, quod est inter episcopum Romanum & ceteros episcopos, ordo nunc videtur exigere, ut paucis dicta de ordinatione & confirmatione episcopi. Episcopus itaque quoniam ordinatur, duo episcopi ponunt ac tenent

M. 4

Euan

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Euan gelicum codicem super caput & cervicem eius & uno super eum fundente benedictione, reliqui oī episcopi qui adsunt, manib⁹ suis caput eius tangunt; hoc⁹ semper fieri solet die dñica circiter horā terram, quando sit die sabbati circiter horam vespertinā de p̄teritæ vītæ starū & morib⁹ examinatus, benedictione ter petita: qui mane deinde sequenti, de futura cōuerlatione, fideiq; nascētis olim ecclesie institutione & cōdīctione examinatur, eiusq; caput vngitur & manus, imponiturq; capiti eius infra, & datur ei baculus & annulus, equitans albi⁹ dein equum. Est aut̄ ipsa consecratio inter epistolam & euangeliū. Ipsa verò propria verba, quibus singula & vniuersa sunt & tradītur, & capit⁹ & manuum vnc̄tio & pollici⁹, cōfirmatio, baculi & annulli arc⁹ euangeli⁹ tradīcio, substantia sunt huius sacramenti, cetera verò solennitatis. Quod aut̄ pertinet ad episcopi confirmationē, non potest ignorari ex Canonibus concilij Niceni, quondam Primates & Archiepiscopos cōfirmasse episcopos, quum cōfirmatio pertinet ad singulari⁹ prouinciarum Metropolitanū episcopum: iam verò duxata ad summū pontificem, vt pote Papam, q; sicut illi curā gerebant totius ecclesie sub ipsorum Patriarchatu constitutæ, sic is ceteris omnibus iurisdictione eminens, solicitudinem gerit non solum Romane, sed & vniuersalís ecclesiae, toto terrarū orbe in Christo cōgregata, ita quidem, vt verè possit dicere cū Paulo: Ministri Christi sunt, & ego. Quin plus ego in labo⁹ibus plurimis, & præter illa que extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitude omniū ecclesiārum, quis infirmatur, & ego nō infirmor? quis scādali zatur, & ego non vror? Ideiq; non erubescat cum eo, dem Paulo gloriari de potestate sua, quam dedit ei dñs in ædificationē, nō in destructionem, prout substantiales cæremoniae, que seruantur in episcopis & reliquis presbyteris ordinandis, haud obscure prætendunt, sanguulos sui offici⁹ monentes, vt subinde docebitur.

De vīsibili signo. i. elemento & verbo, adeoq; de cæremoniarum significationib⁹ ipsius sacra-

Con. Ni.
cap. 4

e. Cor. ii

e. Cor. x

DE SACRA. ORDIN. LIB. III. 93
menti Ordinis. Cap. LXXVI.

Potquam de gradibus sacramenti Ordinis, & eorū rituum sue cæremoniarū mysticarū vīsu diximus, ac Ordinē sacramentum esse verum, proq; sacramento in ecclesia semper haec tenus esse habitum cōmonstrauimus, & omne verò sacramentum debere habere suum vīsibile signum. i. elementum, cuius vīsus plerūc⁹ semper quib⁹dā cæremoniis fieri solet, & ipsum singulare quoddam verbū, atq; adeo promissionē ministerio afflīstentis gratiæ dei, paulo superius ostendimus: superest, vt in præiunctione paucis differamus de vīsibili signo, deq; verbo & substantialibus quibusdam cæremoniis sacramenti Ordinis. Est proin⁹ elementū huius sacramenti (quod ad Ordines maiores attinet) impositionis manū, & vnc̄tio, quorū neutrum sua caret scriptura & significatiōne. Ipsa quidem manus impositionis, sumpsi exordium in veteri testamēto ab Ilaac, qui dum Jacob benedixit, imposuit ei manū, et Moles isolatæ manū imposuit, quando p̄fecit eum populo. Et ipsi quoq; Apostoli manus presbyteris ordinandis imposuerunt, vt ex eo, rum Actis & ex Pauli passim epistolis evidenter apparet. Recte aut̄, Ordinando sue sacris initiando manus imponitur, quum donis spiritus sancti in mēte imbuti, ad opera Christi mittuntur: quādoquidem per manū opera, per digitos spiritus sancti dona, quæ traduntur vīni, cuic⁹ rite ordinando, modo nō ipse ponat obstaculum, per caput verò mentē intelligamus. Ipsum verò spiritū sanctum & eius gratiam manus impositione dari, satis aperto cōsīcimus ex Actis apostolicis, quæ perhibent apostolos dedisse spiritū sanctum per impositionē manū. Et ex Paulo quoq; colligimus hoc ipsum, quādo dicit ad Timotheum: Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiā, cum impositione manū presbiterij. Et rursus: Admoneo te, vt resuscites gratiā dei, quæ in te est per impositionē manū meārū. Vnde verò manus tanta sit efficacia, vt per eius impositionē concedatur gratia spiritus sancti, non æquē cōuenit inter omnes. Sunt enim qui putant quandam virtutem

Gene. 27
Nu. 27

Act. 19

Act. 19.

1. Tim. 4
2. Tim. 5

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

tem inesse manibus consecratis , quæ quasi suscitetur, dum benedictio cum manuū suspēsione super res effunditur benedicendas, ita quidē, vt sicut corde per effectū sic corpore per suspēsionē manuū deuotio excitetur. Id quod vti fortasse possit aliquo modo sustineri, ipse tamen puto tantā virtutē non inesse manui, sed verbō potius diuino et orationi, quæ per suspensionem manuū super ordinādum effundi solet, quēadmodū paulo post dicemus, vbi prius de vncōtione dixerimus. Est aut̄ & ipsa vncōtio elementū ordinis, quæ facris initiađis adhibetur, originem trahens ab vncōtione veteris legis, non cōmentum nuper inueniū, ceu falso garriunt hæretici sed in omnibus ecclesiis tam Græcis q̄ Latinis, à tempore apostolorū celebrata, sicut ex antiquissimis et receptissimis quibusq̄ scriptoribus facile colligi potest. Nec mi-

Leu. 4.21 rum, quando & summi pōfices & ceteri sacerdotes in **Nū.3.** veteri testamento iussu dei fuerint oēs vncōtii, quir non **Heb.10.** & ipsi sacerdotes in noua lege, quæ veritatē habet, quā illa dumtaxat vimbrā habuerit, vngi deberent, vt sub vncōtione materiali recipient vncōtione spiritualem, quā Christus habuit à spiritu sancto, cuius et mēritōnē facit **Eſa.6.1** Iohannes Euāgelista: In ipsis verō minorib⁹ ordinib⁹, q̄s et ipsa ecclēsia diuinis inspirata cōstituit, loco elemen-
Luc.4. ti sunt certa quedam instrumēta, q̄ tradūtūr ordinādīs, **s.Ioan.2.** eos admonētia suorū officiorū, sicut subinde audiēm⁹.

Ipsum verō verbū huius sacramenti, quo vtitur episcopus in ordinandis presbyteris, Christi verbum est il-

Ioan.20. lustre, suā habens semper à Christo virtutem perficiendi quod prætendit & agit: vtpote, Accipite spiritū san-

ctum: quorū remiseritis peccata, remittūtur eis: et quo-

rum retinueritis, retenta sunt. itē. Euntes docete oēs ge-

Mar. vlt. tes, baptizantes eos in nomine patris et filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcūj mādaui vo-

Mar. vlt. bis: Et ego vobiscū sum omnibus diebus vñsc̄ ad con-

Luc.11. summationē seculi. item, Euntes in mundū vñsuerum

s.Cor.11. prædicate euāgeliū omni creatura. Qui crediderit &

baptizatus fuerit, &c. Hoc facite in mei cōmemoratio-

nēm. Ex quibus modo sequitur, q̄ sicut sub vñ elemē-

ti & verbi et orationis, ordinādo non solum confertur grātia quædam singularis, ita ipsum elementū, quasi cōgrū quoddam visibile signū, quo Ordinati cōcientia certa efficitur, de dono dei, sibi ad ædificationē ecclēsiae collato, vñā cū verbo & cāremoniis mysticis, & ordinādum sui munēris admonet, ac ordinis officiū exprimit, suaz singulis munis praescribit, quemadmodum do cent orationes plent pietatis & mysterij, quæ possunt esse vice expositionis vniuersalib⁹ ordinis, quibus ipse ordinans, vtpote episcopus, ordinādo suggesterit, non modo quur hoc vel illud ita fieri soleat, commonēs, vt suo quicq̄ officio recte fungatur, sed & benedicendo simul orat deum, vt ordinato, ad eius functionēm exequenda efficax adesse dignetur. Siquidem di p̄fatio facienda mentorū soli Deo principaliter, ministris verō ecclēsiae ordinatis ministerialiter cōpetit, quum ipsi nihil omnino à se, sed à principali habeant agente. Cuius causa diuisus Ambrosius ait: Homo imponit manus, deus largit tur gratiam: Sacerdos imponit supplicem dexteram, & deus benedit: potētī dextera. Episcopus initiat ordinē & deus tribuit dignitatem. Quod enim sacerdos ex officio catechizat, baptizat, prædicat, conficit, soluit ac li-
cat, quodq̄ episcopus clericos ordinat, virgines benedi-
git, potifices cōsecrat, manus imponit, basilicas dedicat,
degradādōs deponit, synodos celebrat, chrisma cōficit,
veltes & vasa sacra, & id genus alia facit: non sua, sed
dei omnipotentis autoritate ac virtute facit et agit, nō.
inquit, suapte virtute, sed diuina: Sacerdos enim manū
duntaxat & lingūa præbet, sed pater & filius et sp̄ritus
sanctus omnia facit, de seipso propterea dicens ad Mo-
sen & Aaronē pontificem, & reliquos eorum successo-
res: Vos * ponite & inuocate nomen meū super filios
Israel, & ego dominus benedicā eos. Cuius vt ipse dñs
Iesus nos paulo certiores saceret, ad primos noui testa-
menti sacerdotes, vtpote discipulos, & ad eorum suc-
cessores sacerdotes, dixit: Sicut misit me pater, & ego
mitto vos. Quib⁹ sanē verbis apostolorū & illorū suc-
cessorū animas erigit, & suā proponit autoritatē, qui
huc

Num. 6

Ioan.20.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

bus erat suum ministerium relatum. Quod etiam intelligibilis insinuauit, quū dicebat: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Quod in memoriam reuocās Paulus, de his quae sicut sacerdos gerebat & ageret, dixit: Qui hēc spernit, non hominē spernit, sed deum, ut pote cuius pro Christo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Ex quibus sic enumeratis huc usq; omnibus, consequi videmus, magnā esse sacerdotij dignitatē & excellentiam, et magna nimilitate reverentia recipiendum esse Ordinem, deuotissimorum prece: nec laicos esse sacerdotes aequē sicut ipsos clericos: et deniq; q; male faciant, et male cedat iis, qui non ordinati, se ingerent eis rebus & officiis, qua sacerdotū sunt, etiam eoru qui male sunt cōuersationis et virtutē, et quorū personas nulla virtus admodum cōmendat: quādoquidem deus eum ratum haber, quod geritur (legitimo tamē more) ex officio per iniquos sacerdotes. De quibus singulis & vniuersis deinceps, quantum potero breuissime, dicam.

De excellenti Sacerdotum dignitate.

Caput L X X V I I .

ET si q; sit insignis sacerdotalis dignitas, paucis enarrari non possit, ipse tamen vnu vel alterum in praesentia attingam, vnde, quod reliquum est, haud obscurare poterit intelligi.

Dignitas aut̄ sacerdotalis in primis ex eo potest accipi, q; ipsum sacerdotū, sine quo nulla potest esse religio, sine qua nihil vspiam cōstare queat: nō homo, nō angelus, nō archangelus, nō virtus, nō aliqua alia creatura, sed deus Opt. Max. et quidē mox à mundo condito, sic instituit, vt ipsi nō modo essent inter se deū & inter homines mediatores, qui quoq; sua præcepta populo deferrent prædicādo, & vota supplicādo porrigerent, verum etiam sua vice quodam modo in terris fungentur, vnde ipsos non solum angelos, sed & deos appellauerit. In Malachia quidem dicitur: Labia sacerdotis constituant scientiā, et legē requirēt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Et in Exodo præcipitur, ne diis, hoc est, sacerdotibus detrahamus. Et deus deorum

Heb. 5.

Mala. 2

Exo. 22

DE SACRAMEN. ORDIN. LIB. III. 93

ad illos: Ego, inquit, dixi, Dīs es̄tis.

Insuper ex dictis patet, sacerdotē in etcl. ita summā esse dignitatis, & tam̄ omni veneratione dignū, vt illi, Ioan. 10

us eximia dignitatē nemo facile verbis cōsequi queat,

vel quā liber factū & disertus, vt quae quoū umlibet oratorū linguas vincat, & culmen eminet, & cuiuslibet creature. Et si enim deus natura cūctos homines aequaliter, Gen. 2

et nulla graduum alteritate dispareat creauerit, dispo-

nendarū tamen rerū suscep̄tū ministerium hos & illos

cateris prætrulit & præfecit. Sed quis, oro, vel in ecclis.,

vel in terris excellentius adeo recepit ministerium pre-

ter sacerdotē, vt qui vel solus virtute diuina panem vi-

ta de cœlo proferat, et mortalibus ad vitam aeternā pre-

paret, & in cuius manib;, velut in utero virginis, filius

dei incarnatur, et penē mirabilis q; in utero virginis.

Hec enim etsi in gratia plenitudine creature pro-

euldubio supergreditur vniuersas, hierarchis tamē ec-

clesia cedat in cōmissi mysteriū executione. Illa nimirū

prolat̄ octo verbulis, Ecce ancilla dñi, fiat mihi secun-

dum verbū tuū: semel cōcepit dei filium et redemptio-

rem mundi. Ipse a dño cōsacratus, quincq; verbis (super

benedicta Trinitate cooperāte) eundem dei filii et vir-

ginis, aduocat quotidie corporaliter in sacrificiū, et pur-

gationem criminū. Hac virgo benedicta q; cuius laude

deficit omnis lingua) natū dñm virginis lactauit vbe-

ribus, cōrectauit manibus, gestauit brachiis, ac mille

huiusmodi infantilibus Christi membris impedit ob-

sequia, quibus educauit beatōrum gloriā & terrae cibato-

rem. Itē cōlestē cibum, manna de cœlo verū angelo

rum videlicet panē, omne delectamentū in se habentē,

ac dulcissimū cordis confirmatorem, in crucis frixorio

charitatis igne coctum, ore sumit, & in hoc mundi de-

seruo largitur cateris, nempe viaticum ad terrā promis-

sionis melle & lacē fluentem, in regionem vuentium.

Atq; sane nō admiranda dignitas sacerdotis est illa,

q; uno eodemq; momento deus ille Opt. Max. qui pre-

ficeret in ecclis, est in sacramēto altaris. Hac nimirū tam

est admiranda & eximia sacerdotis excellentia, tam in-

signis

Psal. 88

Ioan. 10

Gen. 2

Ioan. 6.

Mat. 1

Luc. 8

Ibidem

Mat. 26.

Mar. 14

Luc. 22

Cor. 16

Deu. 8.

Jos. 5.

Psal. 77

Gap. 16

Iohann. 6.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

signis, inquit, praerogativa, ut eam stupet cœlum, miretur terra, vereatur homo, horreat infernus, cōtremescat diabolus, veneretur per quod plurimū angelus. Nec mirum, quando ad sacerdotij dignitatē & autoritatē i.e. ad hanc vnicā consecrandi potestatem, angelus ipse, vel quamlibet nobilissima alioqui creatura, adspicere non audeat. Nam cui vñquā angelorū aliquid quando dixit deus, Hoc facite in meā cōmemorationem? Nullus profecto est, Imo quicq; angelī & archāgelī tanto huic mysterio adfistunt, hocq; ipsum intrātur. Quis enim fidelū merito dubitet, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocē cœlos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorū chorus adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungī, vnumq; ex visibilibus & invisibilibus fieri.

Hinc est, q; ob hanc stupēdam sacerdotij dignitatē, scriptura sacerdotes nō vana nec vulgari, sed multiplici et singulari nomēclatura appelleret, vt quos modo vocet angelos, dicens: Labia sacerdotis custodiūt scientia, quia angelus domini exercituū est. modō prophetas, dicens: Nolite tagere Christos meos, et in prophetis meis nolite malignari. modō deos, dicens: Vtriusq; causa ad deos. i. sacerdotes peruenient. modō clericos. i. de fonte domini, & quasi dñi electos, & quasi ipsius peculiares, scriptura dcente: Dominus ipse est haereditas eorum, sicut locutus est illis, loquens illic de sacerdotibus. Quos vel ideo ipse dñs sibi soli, vel ei qui suo est loco, reservandos voluit, nec à laicis vel laedendos, vel puniēdos, vel onere vel ministerio prophano grauandos.

Atq; hinc est, q; eccllesia toto terrarū orbe censuerit, inuiolabile debere esse sacerdotium: & qui viam hunc se cisset, pforū cœtu excluderetur: fueritq; pari cura datū, vt hic ordo primum inter homines locum sortiretur, magistratus & reges sacerdotibus cederent loco, nulli cogere aut capere fas esset, nisi pontificis permisso. Nec immerito, quū ex iis quæ diximus, cōstet, tanto sacerdotalem dignitatē prægeminere sublimitati seculari, quāto sol luna. Si enim regum fulgori (inquit Ambrosius) cōparebant & principum diademati sacerdotalem dignita-

*Mat. 26
Mar. 14
Luc. 22*

*Mala. 2
Psal. 104*

Exo. 22

Deu. 18

DE SACRAMEN. ORDI. LIB. III. 96

tem, non secus feceris ac si plumbō cōparaueris aurum, Siquidem tanto clericalis eminentia terrenos superat principatus, quanto ab animabus corpora, perpetuis transitoria, terrena cœlestibus superantur.

Nec sanè hoc dixerim, vt sacerdotibus ullo modo ablandiri coner, quū sic veritas habeat: nec vt aliquid inde cupiā, qui nihil ambio: nec vt illi propterea sibi velet ipsi, vt pauones, subire, ceterosq; ad spēnari, et se quasi nulli quoquo modo subiectos esse, verū id ipsum hoc quidem loco recēsui: Primo, vt singuli eorū deo gratias humilime agant, q; eos ad tantā dignitatis fasti gium nō suis meritis, sed mea gratia sua elegerit, alio, qui per se omnino indignos, adeò vt vñusquisq; velit humilime dicere cīt Apostolos: Gratia dei sum id, quod sum. Et profecto, non ex aliquo debito, nec merito: sed ex solo diuinę voluntatis beneplacito sit, vt sacerdos ipse puluis & cinis, deum præsentem habeat manibus & oculis. Quæ sane indulgentia nulli est, nec angelorū, nec archangelorū, nec supernis spiritib⁹, sed soli hominī cōcessa: nec omni, sed ad id duntaxat mysteriū ordinato.

Qui nō immerito cum propheta hanc ob functionē disce posset: Quid est homo q; memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum, et cōstis tuisti eum super opera manū tuarū. Quæ nimirū vera alibi fuslus in hanc partē disputauimus. Secundo ideo, quod dictum est, dixi, vt sacerdos sit hoc animo humilior, quo est officio & ministerio alior, humiliās se nō modō sub potentia manu dei, sed & corā omnibus hominibus: quorū ipse esse debet nō dominator, sed minister, vel hū & dominus ipsum fecit, ad primos illos sacerdotes inquiens: Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos esse primus, erit vester seruus. Et hoc est, quod ad sacerdotes ait Apostolus: Nemini dantes vñlam offendicem, vt nō vituperetur ministerium nostrū: sed in omnibus exhibeamus nosmetip̄sos sicut dei ministros, in castitate, in scientia, in charitate nō sicta, in verbo veritatis, &c.

Cor. 13

Gen. 13

Psal. 8

Heb. 2

Pe. 2

Mat. 23

Mar. 10

Luc. 11

2. Cor. 6

2. Tim. 3

Ec

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- ¶ Cor. 4** Et rursus: Sic existimet nos homo, ut ministros Christi, & disipolos ministeriorum dei. deoq; humiliet, insinuat, quam se clericus, vt cuncti officio & ministerio sit dignissimus, scriptura dicente: Quanto magnus es, humiliatus in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Unde & Ecclesiastes 12: alia scriptura: Rectorem te, ait, constituerunt noli extolliri, esto in illis quasi unus ex ipsis. Tertio, hac quidem ratione dixi, ut unusquisque sacerdotum considerans tantam suam functionis dignitatem & eminentiam, satagit eam super omni labore immunem conservare, ut se sibi & aliis bonis & piis virtutibus exornet, ut pote qui secundum suuatores esse debeat sal terrae, lux mundi, et candelabrum in domo: nimis qui verbo sapientiae & vitae exemplo, quasi lumen & candelabrum sibi & aliis qui in domo, id est, in ecclesia sunt, luceat in via ad aeternam patriam, quam ipse persona communis non minus ad aliorum, q; ad suam latitudinem obligetur, qui ideo & pro se & pro aliis, teste Apostolo, necessario ratione sit redditurus. Ac hoc est illud, quod Paulus ad Timotheum, perinde atque ad unumquemque sacerdotem, ait: Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Hac meditare, in iis etsq; ut profectus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinam, insta in illis. Hoc enim faciens & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Atque ideo quod sacerdos dignitate & gratia maior est, hoc esse debet virtute & bonitate excellentior. Qui nisi talis, sed vitiatus, fuerit, longe plus aliis nedum coram hominibus visuperabitur, sed & durius damnabitur; quandoquidem durius cadit, qui altè cadit. Sal enim inquit Christus, cum euauerit, ad quid ultra valet, nisi ut mitratur foras, & conculcetur ab hominibus? At quare, inquis, sacerdos male se gerens verbo aut facto, durius aliis a deo veniam & puniendus? Primum, quia enim suo exemplo alios peccare fecit, necessum est ut & pro aliis poenam luar, haud secus atque pro suo peccato, quoniam ipse propter dignitatem, si peccet, magis seducat: velut cum bene agit, magis proficiat. Id quod dominus in Manasse rege Iuda, in
- ¶ Mat. 5** In David &c. satis superius evidenter ostendit.
- ¶ Ecc. 3:** Secundo, quoniam qui maiorem recepit gratiam, velut sacerdos, maiorem deber exhibere gratitudinem: quoniam nisi exhibeat, magis est puniendus ob tantam ingratitudinem. Hinc magis punitur Iudas Iscarioth q; Pilatus, quoniam quod Christus ait: Omni cui multum datum est, multum quereretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Hinc est quod tam opere Paulus in persona Timothei hortetur unumquemque sacerdotem, dicens: Noli negligere gratiam quam in te est, quam data est tibi per prophetam, cum impositione manuum presbyteri. Et idem ad Corinthios: Exhortanur, inquit, ne in vacuo gratiam dei recipiatis.
- ¶ Mat. 5** Eapropter oratos ex animo peruelim singulos ac unius uersos clericos, haud aliter atque confratres meos in domino longe charissimos, ut maxime pensi habeant, quales & quanti praeceteris sint, & quantum a deo gratiam praeceteris acceperint, ne haec sua gratia male abutatur, per vitam in honestatem, sed se tanta sua dignitate, autoritate, gratia & prerogativa, virtutum meritis dignos reddere satragant, eosque pudeat spurcissimis lenociniis delectari, carnis & mundi illecebris pollui, qui ad tremenda maiestatis sacrificium, et mundissimum animorum cibum praeparandum, consecrandum, offerendum, sumendum et distribuendum, ex plebeiorum & populorum turba sunt adsumpti, memores quae in hac verba dominus de sacerdote in veteri testamento dicit: Omnis qui habet maculam in semine Aaron, non offerat panes coram domino, nec accedat ad ministerium eius. Et merito, quoniam iustum sit, vel natura dictante, ut homo sancta sancte pertractet, domino per Esaiam dicente: Mundamini qui fertis vas ad dominum. Quales nisi fuerint, non aberit quoniam vel tempore taliter, vel aeternaliter, vel utrinq; supplicium ferent, domino rursum adfirmante, quoniam ait: Sacerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificentur, ne percutiant eos. Id quod idem ex emplo satris horredo testatus est in Oza, quem arcu, ut cunquam non temere, tangentem, morte subitanea percussit, Leui. 23 N quoque
- ¶ Mat. 5** **¶ Mar. 9** **¶ Luc. 14** **¶ Re. 12** **¶ Re. 13**
- ¶ Mat. 5** **¶ Deu. 16:23** **¶ Esa. 52:1** **¶ Deut. 16:16** **¶ Leui. 23**
- ¶ Mat. 5** **¶ Deu. 16:16** **¶ Esa. 52:1** **¶ Deut. 16:16** **¶ Leui. 23**

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

¶ Reg. 6

Ioan. 6

¶ Reg. 13

Ioan. 16

Mat. 22

quoniam illi non licuerit istam tangere, quia prophatus fuerit. Si hoc isthuc, quid putemus futurum cu*m* iis, qui peccatis plus q*uod* dic*s* fas est, obuoluti, non modo a*cam*, sed et manna illud verum de c*æ*lo, plus q*uod* in*digne* tractant; & maxim*e*, quod olim de panibus propositi*n*is haud licuerit edere eis, qui cum mulieribus fuerant co*inquinat*i? Discite proinde iustitiam monisti, & non temnere diuos, o*v* vos sacerdotes, quibus non satis tut*a* est conscientia, sed prorsus cauteriata. Quam vero p*er* trich*o* noltr*æ* tempestatis grauiter pecc*c*et, qui sacerdotes v*is*queadeo negligunt & eleuant, quisbusq*uod* technis hoc faciant, subsequens caput paucis indicabit.

Eos enormiter peccare, qui nouissimis i*stis* tem*poribus* varie negligunt eccl*esi*æ catholicae sa*cerdot*es.

Cap. LXVIII.

Proh itaq*ue* dolor et dedecus, nunq*uod* sat*is* vel apud p*ro* steros abolendum, quod n*on* parum multi nostrati*u* vel procerum, primorum & satraparum, sub h*ac* no*uissima* tempora degenerant ab antiqua ista religione & pietate, & a suis pientissimis & Deo dilectis antecessoribus, qui n*on* modo sacerdotes eccl*esi*æ catholicae, veteriorisq*uod* religionis & fidei, eeu*vilissima* quaque mancipia negligunt, contemnunt & irrident; sed et modis omnibus ita prorsus dehonestant, vt ad ipsos (sacerdotes dico) Christus vere pr*æ*dixisse videri possit:

Hac loquutus sum vobis, vt non scandalizemini.

Absq*ue* synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequi*u* se prestare deo. Et h*ac* facient vobis, quia non nouerunt patrem ne*q* me. Peccant igitur vel inter primos hac quid*e* temp*or*ate plusq*ue* vehementer & obiter, qui quum sint meri laici, sibi censuram in clerum arripiunt, qui libertatem & immunitat*em* clericorum & supprimere & abolere con*nituntur*, n*on* tantum Iude*is* peiores, & irreligiosiores ipsi*s* Iude*is*, qui quereb*at*, v*trum* solendum est: C*æ*sari tributum & tributi ius: isti vero Imperatori, im*o* sibi ips*s* & cuilibet, maxime prophano principi, vendicare volunt ius eccl*esi*æ: verum*tiam* peiores ip*s*

DE SACRAM. ORD. LIB. III. 98

his ethanicis, Pharaone v*tpote* & Artaxerxe. Pharao Gen.47: quid*em* rex E*gypti*, qui*u* Joseph esset ipsius ethiarcha, sic sacerdotibus immunitat*em* feruandam censuit, vt ab eo tempore deinceps in v*n*iuersa terra E*gypti* regibus quinta pars solueretur: et factum est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ libera fuit ab hac cond*ic*tione: quippe q*uod* sacerdotes suas possessiones vendere non fuerint c*o*p*u*l*s*. Et ipse quo*c* Artaxerxes rex Persarum, don*as* filiis I*rael* facultatem libere redeundi cu*m* Esdra in Hierusalem, pro sacerdotum ministrorumq*uod* i. Esdr.7: templi libertate decretum statuit, in quo dixit inter c*æ*tera: Vobis notum facimus de v*n*iuersis sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, & Nathinæis, & ministris domus dei huius, vt v*estigial* & tributum & annonas n*on* habeatis potestatem imponendi super eos. Vides ergo q*uod* diuinus duo reges, ambo gentiles, alter pro idolorum sacerdotum, alter vero pro Iudeorum sacerdotum, legaliumq*uod* ministrorum libertate zelauerint & q*uod* nonnullos ex nostratis principibus et magistris pudere, im*o* p*œnit*ere debeat, quia tam violenter & quadam tyrannide Christi sacerdotes grauunt, ex action*at*, & excoriat: q*uod* nec pauperibus verbi dei ministrii parc*ut*, quos i*n* extrem*æ* v*is*q*ue* seruitute, n*on* secus ac*q* seruos quod*am* empricioris, deicere moli*ut*, c*o*tra apostol*u* pr*æ*cipient*em* & dicen. Qui bene p*re*sunt presbyteri, duplice honore digni habe*at*, max*im*e qui laborat in verbo et doctrina. Subiungit aut*em* & scriptur*u* quæ di*m* N*on* alligabis os boui triturati. Et, Dignus est operari*u* mercede sua. Ex quibus sane o*b*ibus haud obscure c*o*nci*u*mus, su*a* deberi libertat*em* et immunitat*em* sacerdotib*u*, i*u* re et*u* diuino, n*on* sol*u* humano, iuxta veteris & nouae legis scriptur*u*, qu*uod* sufficerit indicasse subinde, n*on* p*ec*pe*in* lib. Nume, Iosue, Leuit. Reg. Paralip. Jo*an*is, Luc. Co*rin*th. A*ctor*u*m* apostolicorum. Caus*at* igitur post*hac*, quotquot tale q*uod* hactenus moli*ut*, ne plus q*uod* equo d*ni* Christos tangat: nec paulo*u* violenter in eius prophetis malignentur, sed potius revertatur, suosq*uod* maiores & p*rä*decessores vere catholicos, lege etiamnum diuina

N*on* monen

i. Tim. 9: Deu. 25 1. Cor. 9 Mat. 10 LUC. 10 Nu. 35, 18 Iosue. 21 Leu. 21. 4. Reg. 12 7. Par. 2. Ioan. 13 LUC. 18 1. Cor. 9 Act. 4.

PRID. NAV. IN CATH. CATEC.

monente & præcipiente, sequantur, vt pote Constanti-
num, Theodosium, Marcianum, Valentiniānum, & ali-
os id genus religiosiss. Imperatores reges & principes,
qui non impie, sed religiosa quadam cogitatione testi-
tuerūt clericis honores & priuilegia, quos Julianus im-
pius apostata, celestus Christi aduersarius, impie sub-
traxerat: expertus deinde, q̄ male tua sit humana vis,
quæ irato numini obiicitur, vt pote qui, sicut (vt vero
or) modo plurimi sunt, nō solum nostræ religionis de-
fensor, sed etiam contempnor & irrisor, ē cælo media
acie iectus ceciderit. Cuius simile quid plerique terine
omnis religionis & sacerdotalis ordinis contempsores,
ā mundo condito sunt experti, à quibus tandem nec lo-
eo, nec tempore vino, religionis sanctitas & cleri liber-
tas graui est vltione vel defensa, vel insigni hominum
clade satis atrociter vindicata. Cuius testis est omni ex-
ceptione maior, tumultus ille rusticus, quem anno do-
mini M. D. XXV. non sine summo suo malo, nostra
Germania experta est, quotidieq; variis malis expri-
tur, quanvis apertis oculis illa caliget adhuc & cœcurit,
at vident. Nec est, quod isti cauillentur fortassis, vt lu-
brici solent angues, ē duntaxat malis sacerdotibus, nō
autem bonis, tale quid, quod diximus, facere. Quibus
ego: Profecto nihil hactenus fuit discriminis, quos
æque omnes persequuntur inter necino odio, quanquā
nihil licet eis, nec in malos nec in bonos, quum utrīq;
ex officio & statu pares sint, quanq; hoc ipsum isti ne-
gent, sed falso, velut paulopost docebimus.

Propter malos sacerdotes & reliquos ecclesiæ mi-
nistros, nō esse totum ordinem contemnen-
dum, nec etiam ab vnitate ecclesiæ receden-
dum. Cap. LXIX.

INfias ire non possumus, atq; vtinam possemus infi-
ciari, multos sape sacerdotum, adeoq; totius cleri esse
abusus, & hosce quidem forrasse schismatis & heretici-
cis ansam dare contemptui, quū videant vix quenq;
ex destinatis ecclesiastico ministerio, suo officio fungi:
non propterea bonos, quos esse speramus aliquot sal-
tem

DE SACRAM. ORD. LIB. III.

tem, contemnere, longe minus, officiis simul (quantum
uis illa solis duntaxat vocabulis retinerentur) cum per
sonis illudere: sed esse potius naçores deberent eius,
quod apostolorum princeps ait: Serui, subditi estote in
omni timore dñs, nō tantū bonis et modestis, sed etiā
discolis. Id quod ab ipso summo sacerdote Christo ac-
cepit. Is enim, quod satis constat, etiā honorem detulit
Iudaorum cathedræ, in qua tamē vere impij sedebant,
ad turbam dicens: Super cathedram Moi sedebunt scri-
bae & pharisei; Omnia quæcumq; dixerint, facite. Et
iterum: Vade, & ostende te sacerdoti. Et idē alias: Ite,
& ostendite vos sacerdotibus. Quid plura! Nonne si
mul ad malos & æque bonos ait: Qui vos audit, me
audit; qui vos spernit, me spernit? Nōne Paulus quoq;
presbyteros æque voluit honorandos exemplo suo,
qui quum contra legem ex mandato summi pontificis
percuteretur, & ipse ignarus personæ pontificis, qua-
dantenus in pōtificem murmurasset, statim se excusans
humillime dicebat: Nesciebam fratres, quia princeps
est sacerdotum. Scriptum est enim: Princepem populi
tu non maledices. Iam vero si vir tatus usque adeo poe-
nituit, quod prophano gentiliq; sacerdoti parum inter-
loquitus fuerat, quur ilti Christianis sacerdotibus in-
discriminatim tantopere non solum illudunt, sed et cru-
deliter & adeo proflus insultant, vt eorum causa nō ve-
reantur neq; formident totius ecclesiæ autoritatem nō
tantum extenuare, sed & ab eius vnitate in quandam
heresim & schisma desciscere, fieriq; religionis antiquæ
desertores, sub p̄ætextu quodam nescio quos abusus
in ecclesia pōnscum & aliorum sacerdotum allegan-
tes, quippe manifeste sc de numero esse istorum decla-
rantes, qui contra Petri doctrinā, quasi liberi velamen-
sive malitia habent, abutentes euangeliō pro opercu-
lo totius iniquitatis? Ceterum si sic perrexerint, volue-
rintq; totam ecclesiam & huius autoritatem propterea
eleuare, contempnere & deserere, quia multi sint in ea
pontifices & reliqui sacerdotes criminosi, nec satis in-
culpatæ vita, vigeantq; multæ in ea abusiones, multa

Mat. 23

Mat. 48

Luc. 17

Luc. 10

Act. 23

Deu. 22

1. Pet. 2

N 3 prof

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

profecto prorsus absurdā & incōuenientia secū trahet.
Prīmō quidem cōtra naturā et rationem, propter ac-
cidens malum, fatigunt tollere totā substantiam, quāl-
bet bonā, propter h̄y membrū aliquid ineptum, defor-
re totum corpus, quod certē Paulus, si sancti sit, haud con-
set abscondendum, sed ipsum potius membrum puri-
dum: quis ne hoc quidem semper faciūdum puret. Eius
enim ipse est sententia, q̄ humano corpori plerūq; ad-
haerent membra aur mortua, aut arida, aut putrida, au-
languida, quā nōnūq; refecāda venuit, ne carera mo-
bra horū cōtagione inficiantur: interdum toleranda, ut
fortasse s̄ abscondantur, totū corpus in periculum veni-
at: quā tamē mēbris viuis in vitali spiritu nō cōmu-
nicent, colligāta tamē quadam viuis adhaerent, proin-
deq; adhuc corporis membra dicitur, & corporis esse
partes. Secūdō, nō modo oēm in ecclesia & ecclesiastī
corū & laicorū statū & ordinē de medio tollent, verū
etiam auferent: & oēm quā a mundo cōditō fuit, ecclē-
siā negabūt, vtpote que etiā adhuc nascēs, abusibus
& malis hominib; nō caruit, nec vñq; caritura est, sed
semper bonos malis permistos, & ediuerso, habitura.
Nōne, quēso, in apostolico illo cōetu, quis dūtaxat duo
denarii is fuerit, unus, Iudas videlicet Iscarioth, fu-
fuit, idemq; sui dñi proditor ingratissimus, ob quem ta-
men dñs apostolicum senatum non abrogavit, vtpote
non censens, ob vnius malitiam perdendos omnes?

Atq; hoc est, q̄ dñs ecclesiam suā, aream vocet, quia
cōtinet & paleā & triticū: sementem quoq; seminatū
in agro in quo quum superseminatur lolium, succrescat
simul zizania & triticum: sagenā item in mare missam
atq; ex omni genere piscium congregantē, malosq; pis-
ces simul cum bonis permistos habentē: itidem vīncā,
in qua sunt palmites, non tantum vias, sed et labruscas
facientes. Ipsam quoq; ecclesiam vocat regnum cœlo-
rum, quod cōparat decēm virginib; quinq; prudentib;
bus & quinq; fatuis. Præterea, quemadmodum in arca
Noe animalia munda erant simul cum immundis, ita et
in ecclesia, qđū in hoc mundi pelago iactatur, bonos
habet

1. Cor. 3.

Mat. 3;
Luc. 3;
Mat. 13;

Mat. 20;
Ioan. 15;
Mat. 25;
Gen. 7

DE SACRAMEN. ORDIN. LIB. III. 10^o
habebimus & malos: vnde quicquid vīpiā est abusu
ūm, dimanauit, & ita quidem, vt si modo veterioris ec-
clesie facies ad nostrā cōferatur, videbimus propemo-
dum omnia, ipso rerū abusu sensim irepente, vitiata es-
se, nec ecclesiam vñq; caruisse malis hominibus & ho-
rum abusionibus. Haud est itaq; ecclesia propter malo-
rum permixtionem deserenda & alia querenda, nec ab
ipsa recedendum, q̄ iā nōnūq; cathedrā mali pōtificis
occupēt: nec tāti sunt mali in ecclesia dei sacerdotū mo-
res astimādi, vt nos velint aut debeāt dubios reddere,
vñbīnā sit ecclesia Christi, quod hac tempestate multis
vīsu venir, imo cunctis hybernicis et schismaticis, vtpote
qui, quū sua quidē spōte ecclesiā exierint, & nobisq; catho-
licis recesserint, et nō permāserint in doctrina Christi, 1. Ioan. 2
prodierintq; ex nobis, q̄ nō fuerūt ex nobis: nihil aliud
pretexūt, q̄ nostros abusus, quū cōstet eorū semper suis
& esse propriū, incōsūtilem Iesu Christi tunicā scin-
dere, & verā catholicę ecclesię pacē et vnitatē diuidere
& dissecare, quo fidem subueriant, & veritatem corrū-
pant. Id quod hisce nostris nouissimis diebus (proh do-
lor) supra q̄ dici potest, experimur. Tertiō, si perrexe-
rint propterea negare eam esse veram ecclesiam, que to-
uet aut habet abusus, certē nulla prorsus apud ipsos esse
potest ecclesia, quum longe plus apud eos in omnibus
sit abusōnū, scandalorū, & id genus malorū, q̄ fuerit in
ecclesia catholicā cunctis fermē retro temporibus vñ-
quā, liceat hanc ipsa toto sit terrarum orbe diffusa, multis
q̄ centenīs, supra mil. c. annis durauerit, vñq; ad consum-
mationem seculi certō duratura, quamvis opprimatur
per impios: illa verē istorū non dico ecclesia, quā sane
momenclaturā non meretur, sed synagoga satanica, vix
in uno vel altero sit & lateat angulo, lucē fugiēs, vixq;
paulō supra tria lustra durauerit, nec duratura semper,
sed vti sonitus peritura. Non est proinde, vt ecclesiæ or-
dinē autoritatēq;, ob malos tantūmodo mores minis-
trorum labefactare moliantur. Etsi enim tales eccles-
iae ministri, vitam ducentes improbam, spiritu careāt,

N 4 que

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

quo ipsi sancti sunt & iusti, q̄ diu tamen ecclesiae membra sunt, & ab ecclesia tolerantur, spiritu sanctum, qui Christi & ecclesiae ministeriis, quæ per eos aguntur, assistit, habent: per quem in ecclesia efficaciter, ut boni, impetrant sacramenta: quæ propterea non sunt inefficacia, quia per malo tractantur, quemadmodum sequenti capite contra eosdem, qui negant id ipsum, qua poterimus breuitate demonstrabimus.

Sa cramenta, & quæ sunt sacerdotij, æquè posse per malos atq; per bonos ecclesiae ministros efficaciter tractari. Cap. L X X X.

Olim ventū est in questionē, num malus ex persona sua minister ecclesiae, opotest sacerdos, æque seu bonus, sacramēta posit efficaciter ministrare & tractare: sub hoc verò nouissimū tempus, heretici & schismatici prorsus pro indubitate tenent, malum ecclesiae ministrū nō posse quod bonus potest. Nos aut̄ hoc ipsum negantes, dicimus cōtrarium esse verum: sed posse quidem ministri sive sacerdotem ecclesiae malum, non minus efficaciter ministrare, tractareq; sacramenta, scilicet bonum, ob non cōtemnendas rationes. Primo, quia nō in merito ministrantis, sed in verbo et iuslī dominitis, scilicet Iesu Christi et spiritu sancti virtute, sacramēta cōficiuntur & administrātur: opotest q; in ministris, quatenus ministri sunt, nō attendimus meritorū diversitatem, sed tantū virtutem ac potestatem eius, cuius munere funguntur. Non enim pendent sacramēta ex dignitate ministrorū, sed ex mandato & ordinatione diuina; nec inibi persona administrantis, sed eius, qui dat administrationem, autoritas cōsideratur: qua totum iste, qui malus est, agit. Ita quos Iudas baptizauit, nō sunt rebatis: quoniā non in potestate sua propria, sed à Christo delegata, illos baptizauit, hanc obstante illius maiestitia. In iis quidem & id genus similibus, semper officij publici, nō persona priuat̄, habenda est ratio, qui non sua iis in rebus, sed dei fungitetur potestate: quæ vel qualisq; sit, à solo deo est, teste Paulo, data & concessa. Atq; hoc est, quod ipse ait ad Corinth. Ego plantauit,

Apolo-

DE SACRA. ORDIN. LIB. III.

Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaq; neq; Rō. 13 qui plantat, est aliquid, netq; qui rigat: sed qui incrementum dat, deus. Qui plantat aut̄, et qui rigat, vnum sunt. Corrigit aut̄ Paulus inibi Corinthios, qui cōtendebat de baptizantiū meliore autoritate, dicentes: Ego qui sum Pauli alius, Ego Apollo &c. qui tamē homines æque erāt & ministri eius, cui (s. Christo) credebāt. Ita sane quilibet sacerdos, vel personaliter quālibet manus, seruata ecclesiae forma, peccata nō sua, sed dei virtus te atq; potestate remittit, Eucharistiam conficit, baptizat̄. Secundō, quoniā potestas administrandi cōfertur in charactere sacerdotali, qui vt impressus semper manet, ita semper quoq; manet potestas cōsacrāti, quæ in illo fundatur. Characterē verò semper manere, nec villo etiā peccato corrupti, cōstar, quoniā forma sit supernaturalis à deo creata, quæ per nullam creatā corrūpi potest virtutem, veluti nec character tollitur à deo propter quodcumq; peccatum, vt qui ipsum homini etiā in peccato mortali existenti, etiā actu peccādi, cōferat, veluti Caiphā potestas prophetizandi data erat, vel quālibet simoniacō, auaro, et ambitioso. Tertiō, quoniā potestas cōsacrāti non consistit in gratia gratiā faciente, sed in gratia gratis data, quæ quā etiā duret in reprobis, (quoniā nō ad meritū, sed ad utilitatem ecclesie & gloriā dei datur) necessarium est, vt & potestas in ipsa constans, duret in malis & reprobis, qui si ea gratia indigna et in peccatis abutuntur, se poenæ gehennæ obnoxios faciunt, quum talentū sibi traditū ad usurā, dño nō exponit. Ad hunc sane modum Balaam ethnicus et ini quis, prophetizauit de Christo nascituro. Hoc quoq; pacto pharisej et sacerdotes partī æqui, sedebant super cathedrā Mosi, qui etiā sacerdotes indigni esent, opotest auari, superbi, simoniaci, hypocrite, sua tamen gratia gratis data vñ sunt in aliorum utilitatem, quandoquidem deus ipse eorū functionem & benedictionē prorsus ratam habuit et firmā, nec utilitatē aliis nō merentibus subtraxit. Ita nimirū ille potestatem cognitionis leprosū abstulit, quā ex ordine habebāt, dicens ad lepro-

N, les

Rō. 13

1. Cor. 3

Ioan. 10

Mat. 16

Mar. 14

Mat. 18

Mat. 29

Luc. 19

Nu. 24

Mat. 23

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

- Eue.17** vos: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Ita quoq; Caiphas simoniacus, idēq; multo nomine pessimus, ex suo ordine, quia esset pontifex anni illius, prophetia de Christo paulo, & humauū genus redempturo, haudquaq; est destitutus. Et Iudas etiamnū facile iniustissimus & omnium pessimus, sua gratia gratis data, vt pote predicādi & baptizandi, &c. sic cum aliis v̄sus est, vt nemini eorum legerius rebaptizari, quos ipse baptizauit: cum tamen rebaptizati sunt, quos baptizauit Iohannes Baptista, propheta multō sanctiss. Siquidem ille habuit noui sacerdotij ordinē & characterē, hic verō minime. Nec dubitandum, quin et Iudas cōsecrare corpus dñi posset, rataq; habuisse dñs cōservationē, vt cuncti maligni, in gratia nō fuerit, quī in coena dñi cum aliis ordinaretur sacerdos, vt pote q; post buccellā panis in eum satanas intravit. Adde multos olim eiusmodi dona spiritus sancti habitisse, vt in Christi nomine prophetaret, & dæmonia eiicerent, ceterosq; actus apostolicos exercerent, qui tamē operari iniquitatibus fuere, vt eos appellat dñs. Et quare? quia(dico) ex officio quo(vt cuncti indigne) fungebantur, a deo habebat illam potestatē, cōstinentem in gratia gratis data. Cuiusmodi gratia & dominum spiritus sancti, non ad meritum alicuius singulariter, sed ad des gloriā, ad utilitatem ecclesie & redificandā, & plerumq; ratione officij & ordinis dari soler, & sc̄is ne quouis merito. In hoc enim genus sacramentis et iebus, in ecclesia semper officij publici, nō personae priuatae quas ministrat, habenda est ratio: sed eius, qui dat administrationem, autoritas et potestas consideratur, quia torum is, qui malus est, agit, fungens inibi sua ex gratia gratis data potestatis delegata, qua a solo deo data est & concessa, quum non qui plantat vel rigat, sed qui incrementum dat deus, a' iquid est, suam potestatem tam per bonos q; per malos(seruata ecclesiē forma)que exercens. Atq; hoc quidem modo tam bonus q; malus sacerdos Misam conficit, nec ipsa boni meritis ampliat, nec mali demeritis attenuatur; & hoc, ratione delegata potestatis autoritatis & functionis a deo, qui inibi prae-

DE SACRAMEN. ORDIN. LIB. III. 103
bi præcipue facit & operatur. Nisi enim res ita haberet, sequerentur inde non parum multa absurdia.

Primū, q; deus haud esset æque potens, atq; homo potens est, quī non possit suā voluntatem, sicut homo, per bonos & malos ministros executi. Secundū, q; deus esset iniquus, si virtus alicuius sacramenti negaretur, vel non daretur alicui propter peccatum ministrantis, sicut damnaretur & moreretur absq; sacramento, quī ipse res non esset. Nec iustum est, vt filius portet & luat in pieratem patris ad perpetuā damnationem. Tertiū, quod nemo certus esse posset, an verē suscepisset sacramentum et eius virtutem, quādō nemo sciat, an sit amore vel odio dignus: nec sit innocens coram deo, nec, qui possit verē dicere, se non esse peccatorem: quinimo si dicemus, nos non habere peccatum, nos omnino seducemus, & veritas in nobis non esset.

Eze. 18

Eccēs. 9.

I. Ioan. x.

Sed inquis fortasse: quomodo potest alium soluere, qui peccator sit ipse, quasiq; ligatus e' Te vicissim interrogos: quomodo potest medicus ægrotas, ægrotatē curare et sanare, quemadmodum sacerdotem fieri cōspiciimus? Quomodo potest officialis sue vicarius debitor, debitorē dñi soluere? Nōne ius tuū mādatoq; dñi? Utq;

Sic hoc pariformiter casu fieri solet. Ipse quidem sacerdos nō remittit peccata autoritate sua, sed ex cōmissione & iussione tanq; minister instrumentalis, per quem deus remittit propria autoritate, dicens: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.

Iam verō constat, posse dñm suā voluntatem executi per malum & bonū ministrum, quando nō eius qualitas attendatur, sed iusso domini, qui principaliter agit, ita dicens ad Mosen & Aaronem & eorū successores: Num. 6 Vos ponite & invocate nomen meū super filios Israel, & ego dñs benedicā eos. Ita nimirū nec voluntas, nec malitia sacerdotis potest vel obesse vel prodesse legitime sacramenta ministrantis, sed inerit poscentis sacramentum, & sacramenti benedictionem.

Nō ordinatos merē laicos, nō propriē sacerdotes, sed eorū q; sunt sacerdotij, indignos esse. Ca. lxxxii. Quare

Num. 6

Esa. 43.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

QVanis anno ab hinc decimo, in quadam de sacerdotalibus sacrosanctæ Missæ primitis homilia, quā Moguntiæ in æde diui Iohannis ad frequentem populum habui, satis euidenter ostenderim, nō esse verē fæcēdotes, qui nō sunt iuxta catholicæ ecclesiæ ritū, non nuper, sed antiquitus omnino receptū, ordinatos, sed plane laicos, nec posse dici nec esse veros fæcēdotes, qui ad fæcēdotiū à nullo sunt episcopo promoti, ordinati & consecrati: quia tamen nō multò post heretici & schismatici nōnulli in eam præsumptionē, temeritatem & vesaniam proruperūt, vt audeant eos habere fæcēdotes, aut pro fæcēdotibus, & confidere posse Eucharistiā, qui non sunt ab aliquo pōtifice nec ordinati, nec cōsecrati: viſum est operæ preciū, vt hac parte paulo fusiſus istorū reprobarem temerariā, planeq; seditionem stoliditatē, cōtestarerq; scripturis & rationibus & exemplis, eos nequaquā verē fæcēdotes esse, nec posse per verba cōsecrationis Eucharistiā confidere, qui non sunt ab aliquo pontifice in fæcēdotes consecrati. Iam autem in primis sole clarius patet, Aaron præfigurasse episcopum et summum fæcēdotem: eius verō filios ab eo cōsecratos, ecclesiæ catholicæ presbyteros: modō sc̄, quitur, vti nemo præter Aarōn & filios eius admīnistrare potuit, quæ fuerint ad cultū altaris, ita certe nemo potest quod altaris est, legitime agere, q̄ pōtīfex ip̄a se, & qui ab ip̄o sunt ordinati fæcēdotes. Nec eius filii sumere potest ministerij honorē, præter eum qui vocatus est & ordinatus sicut Aaron. Hinc rex Ozias, alio, qui vīctoriosissimus, quū vellet usurpare munus fæcēdotis, ad quod ordinatus haud erat, lepra percussus est. Ita quoq; Saul rex fortissimus, quū fæcēdotes nō esset, & tamen fæcēdotis officio fungi veller, quasq; fæcēdotes holocaustum offerre dño præsumpsisset, rejectus est ab ip̄o dño de regno suo, quanq; alioqui dñs illud ip̄i preparasset super Israel in æternū. Siquidem nemo abi posterat impune usurpare munia, quæ filii Aaron & eorū successoribus fæcēdotibus peculiariter deputata erant, quum illi solum fæcēdotes essent ordinati, dicēte ad ip̄a

e. Par. 26

z. Re. 13

DE SACRAMEN. ORDIN. LIB. III. 103
 dum Aaron dño: Tu aut̄ & alijs tui custodite fæcēdotiū Nu.18
 veltrum: si quis externus accesserit, occideretur. Externus
 aut̄ habebatur, qui aliunde erat, nec erat fæcēdote more
 legitimo constitutus & ordinatus. Cuius argumento,
 Chorē, Dathan & Abiron cum suis complicibus, quia Nu.19
 fæcēdotes esse vellent, minimeq; tamen ad fæcēdotale
 functionē deputati, diuinitus a dño percussi, sunt viuen-
 tes a terra absorpti. Quorū sub hæc nouissima rēpora si-
 miles sunt heretici & apostatae, qui secundum ordinē
 noui Melchisedech, dñi nostri Iesu Christi & apostolo-
 rum, ritum Missarū antiquū immolare prohibent. No-
 ua aut̄, eademq; prorsus inaudita usurpatiōne, cōcepta
 catholicorū episcoporū autoritate, sibi fæcēdotes, non
 veros, sed falsos et ficticios, ordinat̄ ex nouissimi⁹ populi
 laicos, ut pote decoctores, obēratos & infames blas-
 terones, & Barabas, & nōnullos a patibulo redēptos,
 & id genus indigūsinos, qui sine chrismate & oleo
 sancto, absq; omni ordinatione & benedictione episco-
 pali, quā ip̄i nō habent, quū a nullo catholicō pontifice
 Rom. accepérunt, fæcēdotes cōstituit, qui debeat &
 sine transubstantiatione panis & vini, ac sine sacrificio
 consecrare, nouasq; sine sacro canone celebrare Missas
 in ecclesia, in priuatis domib⁹ corā ægrotante, repente
 sine omni lumine & præparamēto, proferre verba cōse-
 crationis super panē & vinū: quē mox ita, quod ip̄i pu-
 tāt, benedicta, insō, quod verius est, impia nouitatis illu-
 sione prophanata, pro vero corpore et sanguine Christi
 in os ægroti mittit, cōtra verbi dei autoritatē, cōtra ca-
 tholicæ ecclesiæ ritum, contra scripturæ veritatem, con-
 traq; omnium patrum catholicorum dogma.
 Est igitur vanæ, planeq; temeraria omnis ista eorū no-
 va potestatis usurpatiō, quā quum a nemine habēt, ne
 minū dare possunt, quum nec ip̄os aliusq; catholicorū
 episcoporū consecrauit. Quo proinde pacto vere conse-
 crarent, qui sacros ordines a nullo habent episcopo, ne-
 q; fidem neḡ intentionem ecclesiæ retinent, dum verba
 consecrationis super panē & vinū proferunt? Insuper
 ex vero Iesu Christi euāgelio cōstat, apostolos nō sibi Mat.16
 ip̄is

FRID. NĀV. IN CATH. CATEC.

Mar. vii. ipsiis vsuperasse sacerdotij & apostolatus munia, sed vocationis ad hoc missosq; fuisse à dño ipso, qui ipsiis præcesseris fidelib⁹ suis sacerdotij potestate cōtulit, in vltima sua cœna dicens: Hoc facite in meā cōmemoracionem.
Mat. 26
Mar. 14
Luc. 22 Vnde profecto sole clarius elucescit, nequaq; esse vel apostatarū, vel promiscuæ multitudinēs, tacerdotes ex laica turba seligere, quadamq; vana manus impositio, ne cōstituere & ordinare, quæadmodum inter alios ss. Dionysius, Ignatius, Clemens, Anacletus, Cyprianus, scripturis & rationibus constanter obfirmat, contestanturq;. Prorsus igitur fruolæ sunt & inanes apostatarū & hæreticorum ordinationes, à quibus veri sacerdotes nec ordinari nec cōstitui possunt: cum quia ordinatio nes eisimodi extra ecclesiam, vbi spiritus sanctus haud est, fieri solent: tum quia nō ab episcopis legitime ordinatis, sed vel ab apostatis monachorū, vel à presbyteris excōmunicatis, vel ab hæreticis fieri cōsueuerint: in super, quia nec ordinātur legitime, debito videlicet modo et forma, quib⁹ ecclesia ex apostolorū apostolicorū q; virorū institutione semper vta est, atq; nunc vtitur in episcoporū, presbyterorū, & reliquorū clericorū ordinatione. Siquidem apostatae isti in superbium catholice ecclesiae cōtemptū, quādo ordinant, tam chrisma q; oleum sacrū obmittunt: nec eis, quibus episcopi veri, versibus, sed aliis vtuntur. Ad istorū ergo modum ordinati, sacerdotes veri nō sunt, sed ficticij, qui nec sacris legitime operari queunt: proinde nusquam ad sacrū altare admittendi, prout seorsum paulo post in alio syntagmate fusus, deo proprio, sum disputaturus.

De Matrimonio, sexto catholice ecclesiae sacramento.

Præfatio.

IAm quidē deinde locus exigit, vt dicamus de sacra mēto matrimonij, quod vel ideo sacramentū voluntatis dici solet, nō aut necessitatē, quia sit vsuperadeo in hominīs arbitrio positi, ducere vxorē vel non ducere, virōq; nubere vel non nubere, vt sine ipso quispiam fali vari queat, quū præstet eo longe virginitas, celibatus & continentia, sicut in libro Centuriarum nostrarū do-

quimus

DE M A T R I M O N I O . L I B . III . 704

cuimus. Quia verō de hoc ipso sacramento non parum multa, quæ possent ad hunc pertinere locum, diximus, quādo in librō de catholicis in ecclesia cæremoniis, declarauimus cæremoniias in nuptiis & in cōiugij celebrati feruari solitas: in præsentia de tractatu eiusdem sacramenti paucis, & ita quidem sumus acturi, vt in pri mis pleriq; oēs parochi, cōcionatores, & id genus alij, quorum est ex officio docere alios, aperto sciant, se eos quos legitime copulant coniuges, debere de matrimonij institutione, de sacramenti sanctitate et efficacia, de h̄i sacramenti mysterio et officio cōiugali, deniq; de matrimonij molestiis, tanquā originalis peccati reliquiis, aquo animo tolerandis, & de ceteris quæ huc attinent, cōmonescere, vt sciant quid apprehenderint, et qua ratione in ea vocatione vivere debeant. Quæ sane vel singula, deo duce, scacturi sumus, vt interim sat is aperto falsitatis, hæreticos, & impī mendacij cōuincamus, plerosq; oēs hæreticos & schismaticos, qui iam olim tam sancto matrimonij sacramento plus q; scurriliter illusebant, vt pote quorū partim, quales fuerunt Tacianus, Marcion, Heracleon, Valentinus, Manichæus, Adamiani, dixerunt, nuptias esse illicitas, omnesq; illos peccare, qui nuptiarū foedera inter se iungunt: partim, quales fuerunt Cataphryges & Nouatiani, &c. primas admittunt nuptias, damnāt verō secundas: partim, quales fuerunt Armeni, & nostra quoque tempestatis impudentissimi hæretici, negarunt aliquod in nuptiis esse sacramentum: partim, quales fuerunt Cataphryges, Græci & Armeni, & nostra tempestate perfictæ frontis aliquot hæretici: adseruerunt, nuptiarum foedus & vinculum posse pro coniugum arbitrio dissoluī: partim, quales fuerunt, Iouiniani, Heluidiani, Basilides, & nostra etiam tempestatis aliquot hæretici, docuerūt, virginitatem apud deum nō esse, q; coniugium, meritū maioris, sed nuptias esse omnino virginitati pares. Sed eos plerosq; omnes & impudenter & impie docuisse, non obscure videbit optimus quisq; qui recto iudicio, quæ subinde sequuntur, cōsiderauerit. Ut autem omnia dilucia

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

dilucidius & facilius accipiuntur, exordium sumendum
ab ipsa matrimonij definitione, sive descriptio potius.
Quid sit matrimonium. Cap. LXXXII.

Principio proinde sciendum ducimus. Matrimonii
a LL. doctoribus post Imp. Justinianum, definiri legi-
timam viri & mulieris coniunctionem, indiuividua cōsuetu-
dinem vitæ retinentem, diuinum et humani iuris cōmu-
nicationem. Quæ quidem matrimonij descriptio, quum
fuerit ab ipsis ethniciis quoq; recepta, nec Iudeis olim
cōtraria, facile subindicat, & ipsis etiā gentes, quōdam
idololatras, lege quadam naturæ mēti diuinitus insita,
percepisse, matrimonii rem quandam sanctam esse, ac
maiorē, q; vi humanū inuentū sit æstimādum. Ipse qui
dem ex ratione, quæ semper ad optimā quæq; duce bo-
no spiritu, tendit, intellexerūt, vagos cōcubitus contra
naturā esse: stupra, adulteriaq; esse īhonestā, propterea
q; punita: vicissim verō castitatem, moderationē, &
Verecundiā ī voluptatibus corporis, hominis natura
maxime cōuenire. Atq; ideo videmus, q; etiā gentes pro-
priam matrimonij sanctitatē ac bona nō viderint, que-
dam tamen ex matrimonij finibus ac bonis vt cungvi-
derūt, ac cum populo dei cōmunita habuerūt, eis à lege
illa naturæ indicata: quæ & legibus tutati sunt, & abu-
tentis, grauissimis poenis, de adulteriis & stupris, &
id genus reliquis vitiis, editis coercebant. Nec latuit
eos, vt dixi, protrita illa matrimonij descriptio: qua
matrimonii describitur esse legitima maris et fœminæ
coniunctio, & cōsortium omnis vitæ, diuini & humani
iuris cōmunicatio, indiuividua vitæ cōsuetudinem reti-
nēs. Quia verō, sicut Apostolus scribit, nō probauerunt
deū habere in notitia, q; nō agnoscerēt dona dei, sed si-
bi oia tribuerēt, ex re sacra rem fecerūt prophani: adeo,
vt matrimonii iam non ex dei, sed a moribus ac legi-
bus cuiusq; populi totū pēderet: eoq; talia erāt apud ali-
os legitima coniugia, qualia haberentur alibi absurdā.

Iam verō, sicut nullus inficiari facile potest, apud gen-
tes fuisse matrimonia, tamen nemo nō videt, matrimo-
nium apud eos proprie sacramentū nō fuisse, vel saltē

Ro. x

non

DE M A T R I M O N I O. LIB. III. 105
nō habuisse sacramenti sanctitatem. Quæ enim, quæq;,
possit eius esse matrimonij sanctitas, quod licuit mari-
to, nulla etiā legitima causa, relcindere veluti de Cato
ne Romano memorie proditū est, qui vxorem nō ob-
sterilitatē, quæ tamen aliquā apud dei ignaro rationē
habere poterat, sed alterius etiam domū liberis imple-
turam, repudiāsse traditur, ac alij ducendam tradidisse.
Apud ipsis verō Iudeos maior erat coniugij sanctis-
tas. Quia enim ipsi re promissionem venturi lemnis ex
Abrahā & Dauide, in quo gentes oēs essent benedicen-
tis, acceperāt, qui religiosiores inter eos erant, propagā-
di potissimum causa nuptias copulabant, non vtq; victi
libidine, sed ducti pietate, non vt uxores in morbo de-
siderij, sicut gentes quæ ignorant deum, sed magis in ge-
nerandi opere socias haberēt. Atq; proinde gentes nup-
tias externā duntaxat honestatis caula, qua & foedae li-
bidinis indecorū celarent, & liberos ordinato, non va-
go, cōcubitu procrearent, cōtraxerūt: Iudei autē nō mo-
dō honestatis, sed & pietatis causa. Nam cum scirent, in
semine Abrahæ benedicendas oēs gentes, nō solum of-
ficij, sed & pietatis erat, carnaliter filios propagare: reli-
gionis erat, sobolem propter Christū querere, nēpe ad
genus eius secundum carnē ab omnibus aliis gentibus
(deo sic volente) discernendum, præsentim quod hoc ip-
sum ad prophetādum Christum q; maximē cōduceret,
q; prænunciabatur, ex quo etiam genere, & ex qua qui-
dem gente venturus eslet. Vnde sanctiratis fuit, ob po-
pulum dei propagādum nuptiis vtq; per hunc popu-
lum & prophetaretur, & nasceretur princeps & salua-
tor omniū popūlorū. Sin autē quispiā dicat: Si patribus
veteris legis ratio primæ institutionis matrimonij nō
fuit incognita, si pietate suadente ducebāt uxores, quo-
modo factum est, vt et omniū piissimi, Abrahā, Iacob
& David, plures ducerent cōiuges, quū tamē Adam di-
uino instinctu dixisset. Et erūt duo in carne vna: Item, Gen. 12
qui factum est, vt, permittente Mose, uxores repudiare,
atq; alias dimissarū loco ducere possent Hebræi, quū ta-
men Adam eodem instinctu percitus dixisset, relinque
Q dūm

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
dum esse patrem & matrem, & adhaerendum vxori,
quaes esset os ex ossibus, & caro de carne viri, atque adeo
cum viro una caro. Ad hoc responsurus sum paulopos,
vbi definitonis matrimonij partes declarauero, non
huius de polygamia repetiturus.

Cur & quomodo matrimonium legitima sit con-
iunctio. Cap. LXXXIII.

Legitimam dicit definitio, nimirum ne fiat consum-
matio contra leges, id est in iis quae impedit matrimonium,
quae hoc metro comprehenduntur.
Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas;
Si sis affinis, si forte coire nequibus,
Hoc facienda vetavit connubia, facta retractant.

Eiusmodi vero in matrimonio faciendo esse seruata,
haud obscure ostenditur ex eo, quod dicit Laban:
Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores ante-
tradamus ad nuptias. Si tantum valuit consuetudo in re-
tra discrimen, quanto magis valebit in eo ab ecclesia co-
stituto, quod multum habet discriminis, sed de hoc aliis.

Cur sola viri & mulieris coniunctio, sit matru-
monium. Cap. LXXXIII.

Dicitur, viri & mulieris &c. ad ostendendum, omni-
nem aliam copulationem in una vel diuersa spe-
cie esse detestandam, veluti ex scriptura constat. Vide
& leges aliter se copulantem, ultimum supplicio multan-
dos iubent. Deinde quoque dicitur, viri & mulieris &c.
Sanè quoniam nunquam neque iure naturali, neque humano
licuit feminæ, ut haberet plures viros, nec Deus unquam
dispensauit, nec ulli viro licuit habere plures vxores,
nisi Dei dispensatione, quæ ratione non caruit: siquid
vxores habuit Abraham duas, Iacob quatuor, David
plures, et si concubinæ (quod in dubium vocari possit)
vocentur, ut eo pacto diuinus cultus, qui solum in iis
partibus eorumque familia conservabatur, exterritus ad id
iolatriæ declinantibus, dilataretur: tum ad designandum
ecclœ mysteria, quibus constaret, Christum sibi ecclœ
desponsaturum, non solum unam unitate fidei & dile-
ctionis

Gen. 29.

Le. 18.26
Rom. 1.

Gen. 2
Gala. 4
Gen. 30

DE MATRIMONIO LIB. III. 106

ditionis, sed plures respectu diuersitatis locorum & ri-
tuum: quandoquidem tam Iudei quam Gentiles ad fidem
sunt vocati & converti, Paulo teste, & nunc quoque alios
habet ritus ecclesia orientalis quam occidentalis. Quia ve-
re, & maxime in noua lege ceſſarunt ea rationes, ceſſa-
uit & permisſio. Et quidem fure euagelij, quo ait Chri-
stus: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &
adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne una: nō di-
xit, tres vel plures, sed duo: nec dixit, uxoriibus sed, uxo-
ri. Præterea, si quis dimiserit vxore suâ ob fornicatio-
nem, & alia duxerit, moechatur: nec alia ducere potest,
fortius ipsa retenta. Sic & humano iure infames sunt,
& multandi, iure plerumq; municipali, ultimo suppli-
cio, qui sic duxerint, quod in facto vidimus. Vnde lis-
quet, quæ male egent apostata bigami, & quæ poena
suo iure maneat. Habere autem plures uxores diuerſo
tempore, semper licuit, mortua priore, & ediuerso. Vi-
de Apostolus: Mortuo viro, cui vult nubat, tantum in
domino. Sic Abraham decrepitus, Sara mortua, duxit
Cethuram. Et secundæ quoque & tertie, & aliquora plus
res nuptiae, diuersis temporibus nullo iure prohibetur,
quæ & Anna virginis Marie mater, succidaneo tem-
pore tres habuerit viros. Sic junior Tobias duxit, an-
Tob. 6
gelo suadente, Sarah filiam viri Ræquelis de tribu Iu-
da, quæ prius septem viros habuerat. Hinc & Christus
nō reprehendit eam, quæ septem viros successorio tem-
pore habuerat, sed corripit Iudeos, interrogantes, cuius
hac ipsa mulier ex septem viris esset post resurrectionem
carnis, quandoquidem oculis eandem habere nequirent.

Quid appellatione coniunctionis veniat. Ca. lxxxv.

Dicitur in definitione, coniunctionem, nempe con-
sensum per verba expressorū, etiam sine copula cor-
porum, quæ additur, perinde atque ad significacionem per-
fectionis. Sic in scriptura dominus ait Moysi: Si quis sponsam Leu. 1
alterius in agro opprimerit, morte morietur, quia uxori
alterius violauit. Hinc Euagelista recte vocat Ma- Mat. 1
riam, ut cunq; duntaxat sponsam, Iosephi coniugem: siqui-
de illi fidelis coniugio ambo parentes Christi potuerunt
O 3 dici

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

dici & esse, non solum illa mater, verum etiam illa pater eius, sicut & coniunctus matris eius, ut ergo me habeo, non carnem, quum nuptialis concubitus ibidem non fuerit, quia in carne peccati fieri non possit sine pudenda concubus. Sicut carnis, quae accidit ex peccato, sine quo siue concipi voluit, qui futurus erat sine peccato. Vnde legibus quoque Imperium caetur, ut sponsa lugeat morte sponsi tangere viri sui. Quare etiam quis sponsam fratris sui ducere prohibetur, quoniam sponsa sit consensu animi vera vxori.

Quid individua sit vita consuetudo in matrimonio. Cap. LXXXVI.

L.1.C.de
sec.nup.
27.q.2.C.
Si quis.

2. Cor.7

Mat.19

Igitur, individua vita consuetudinem &c. quod coniugati sola morte diuidi possunt & separari. Mortuo enim (inquit Paulus) viro, mulier a lege vita est soluta. Alioqui vir & vxor, si semel conjugali fibi affectu adhaerent, vterius ab iniunctem discedere non valent. Vnde Apostolus: His autem qui matrimonio iuncti sunt, praeceptio non ego, sed Dominus, vxorem viro non discedere: nec possunt iniunctem fraudari in uno debito, nisi cum consensu ad tempus, ut vacent orationi. Dominus enim iam ante dixerat: Non legitis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos. Propter quod et dimittet homo patrem & matrem, & adhaerabit vxori suae, & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat. Quasi diceret: vxorem dimittens aut separans, peccat contra naturam, quia una caro diuiditur: & contra legem, quoniam copulante et iubente non diuidi, vxor dimittitur. Accedit quod neutra personarum hoc possit, quum sive non sit potestatis, dicente Apostolo: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Dicuntur vir & vxor unum, tam propter coniunctionem, quam propter originem feminam, que de masculi latere creata est: tum etiam ob carnalem, & licet tamen dilectionem, qua se mutuo diligunt, quemadmodum qui se spiritualiter diligunt, una anima dicuntur. Vnde alias: Omnia credentium

DE MATRIMONIO LIB. III. 107
Act.5

dentium erat cor unum & anima una. Habebunt ergo coniugati individuam vitam consuetudinem, id est, se non separant. Qui enim (inquit Christus) dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, inchoatur: & qui dimisit duxerit, inchoatur. Nec licet dare libellum repudiij, eodem teste: quoniam ab initio non sic fuit, quod Moses quondam ob duritiam coriudicis Iudeorum permisit Iudeis, ne videlicet in suas coniuges, propter desideria ad alias, homicida perpetraret. Quod autem permittimus, nolentes indulgenus, quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus. Permisit ergo Moses coactus, Iudeis facere mala, ne facerent peiora, in quo non dei iustitiam ipsi demonstravit, sed a peccato abstulit culpam peccandi, ut quasi secundum legem agentibus istis, peccatum ipsorum non videretur esse peccatum. Ex quibus modo licet colligere, quod impie hactenus nonnulli apostatae egerint & docuerint, qui dimisit vxoris, alias superinduxerunt. Iure tamen & lege ipsa censente, alias quiores separantur coniuges ex certis & arduis causis, quoad thorum, qui tamen altero viuente contrahere nequeunt, siquidem ex primo coniugali consensu semper sunt coniuncti. De quo latissime alias docimus.

Quomodo communicatione iuris humani & diuinani sit in matrimonio. Cap. LXXXVII.

Igitur quoque in definitione, communicationem iudicis humani & diuinani &c. humani ideo, quia mulier efficitur eius fori, cuius est vir, Cæsareis legibus iurantibus. Diuinani ideo, quoniam contrahere debent, qui eiusdem sunt religionis. Non enim debet virgo nubere heretico, quemadmodum cauetur tam Pont. & Imperii legibus. Sane Cœcilius Agathense ait: Non oportet cum hominibus hereticis miscere conubia, vel eis filios & filias dare, sed potius accipere, sicutamen se profertur Christianos futuros & catholicos. Et hoc potest videri ecclesia instituisse, ne infidelis fidelem ad haeresim perniciem trahere possit: & recte quidem ad monita sacris literis. In quibus in veteri testamento Do-

L. nullum
de diuort.
L. cōfensus
C. eodem.
L. exigere
ff. de iudi.

28.q.2.C.
Non oportet
L. ne quis.
L. Nemo.
c. deludeas

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

minus inhibet ne contrahantur connubia cum alienis genitis mulieribus, nimis ne per eas filii Israel trahentur ad idolatriam. Neque inquit dominus sociabis cum eis in iugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius getis accipies filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, ut magis seruat diis alienis. Sic Efraim vir sanctus, iussit ab iusti uxores alienigenas cum filiis Israel, fulibus iunctas. Qui ait: Vos inique fecistis, collocando vobis in matrimonio uxores alienigenas, ut adderetis ad peccata Israel. Et nunc date confessionem et magnificientiam domino deo patrum nostrorum, et perficite voluntatem ipsius, et discedite a gentibus terra et ab uxoris alienigenis. Hinc Booz Israeliticus nequam duxisset Ruth Moabitam uxorem, nisi relicta gentilitate, ad cultum unius dei conuersam.

Responde contra hereticos, falso afferentes, connubio posse coiungi religione impares. Ca. lxxxviii.

Nec interim obstat, quod apostolus videatur cōcessisse, ut fidelis cum infidei cohabitet in coiungio, data infidei licentia, si is voluerit, discedendi, ne tamen fidelis sequatur infidelem. Quia respondeo, ex pauli verbis evidenter colligi, hoc ipsum cōcessisse et intellexisse de tempore nascitur ecclesia, quando tam de Iudeis quam de gentibus multi cōuerterantur ad fidem Christi: quidam, inquit, et spes erat, ut per fidem personam infidelis ad fidem cōuerteretur veramque religionem, et maxime de gentilibus, obstinatis paulo post Iudeis: Non autem ipsum cōcessisse alio, vel hoc in primis tempore, quo videntur tam Iudeos quam Gentiles, contra fidem Christi obstinatos esse; verisimiliusque haberi ex supradictis, (quia ad malum omnes proniores sunt, et paucissimi sunt qui velunt crucem accipere, et Christum per angustam viam et portam sequi) infidelem peruersti per infidelem. Vnde catholica ecclesia optime permota, cavit, ne impares religione, mutuo contraherent, et maxime Christiani cum hereticis, de quibus semel et iterum admonitis, nulla est revertendi spes: immo qui obstinatissimi suis phaleratis suis bonibus, voluptuosisque dogmatibus citius peruerst et

sedu-

Deut. 7.

Exod. 10.

Exod. 9.

Ruth. 4.

Cor. 7.

Gene. 8.
Mat. 8.

Gene. 8.
Mat. 10.

Mat. 16.

Luc. 9. 14.

Mat. 7.

DE MATRIMONIO. LIB. III. 108
seducunt, a quibus ut caueat Christiani, tanquam a leprosis anhelitu insufficientibus, singulariter hortatur apostolus: Haretici, inquieti, horribile post vnam & alteram corresponditione deuita, sciens quia subuersus est, proprius iudicio condemnatus. Et alio in loco: Mali autem homines, scilicet heretici & seductores, proficiunt in peius, errantes, & in errorem mitentes, quorum sermo ut cancer serpit. Ex quibus facies claret, quod dehortatus sit Paulus a coiungio hereticorum, quoniam ab iis voluerit cauendum omnibus Christianis, longe magis ab eorum coniugio, in quo facile pertinet heretici. Adde, A postulum de cohabitatione infidelium, magis dicere de indulgentia et permissione, quam procepto, quoniam ait: Nam ceteris dico ego, non dominus. Imo et illum voluisse, neminem in coniugio lequi hominem hereticum discedentem, nisi qui per revelationem a deo sciret, se posse hereticum vel infidelem conuertere ad veram religionem. Id quod pene (immo prorsus in heretico) impossibile putat futurum, inquietans: Vnde enim scis misericordiam salutis facies? Aut vnde scis viri, si mulier falsum facies? Nisi vincitur sicut diuinitus deus. Reliqua suorum quoque tempore & loco dabitur. Quae hactenus dicta sunt, arbitramur sufficere pro expositione matrimonij, de cuius nunc institutione dicturi sumus.

Cur & ubi matrimonium sic instituitur. Ca. lxxxix.
Et scias deum maxime instituisse matrimonium, et quidem primò ante peccatum in paradiiso, & quidem in obsecrum humani generis propagandi, ut ipsum usque ad finem mundi generatione ipsa duraret, quod scilicet mulierem in adiutorium viri, scilicet ad speciem humanam multiplicandam, de costa ipsius dormientis formauit deus, & dixit eis, Crescite & multiplicamini: Adam vero dicebat. Hoc nunc os ex ossibus meis. Quoniam quidem verba protulit a deo inspiratus, ut intelligeret matrimonium a deo institutum. Et tunc sancte matrimonium duntaxat erat in officio, scilicet procreandi. Nulla enim cōcupiscentia virginibatur: nec tamen Adam cognovit Euā, nisi eius etus de paradyso in terrā istā habitabile, que propter benedictionē dei, & crescite &c. repleta est. Quia autem

Q. 4 propter

Gen. 2.

Gene. 4.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Gen. 7. propter multiplicatam hominum iniquitatem, deustum genus humanū, dempto Noe cum familia ipsius diluuiu decesseret, hocq; cessante, paucitas esset hominum secūdo deus max. sua motus misericordia, post peccatum extra paradisum instituit matrimonium, tam in officium multiplicādi humani generis, inquiens benedicti & replete terrā, &c. quod utiq; factum est: Nam ex filiis Sem impleta est Asia, ex filiis Iaphet Europa, & ex filiis Cham Africa: tam inquā, in officiū nature q; in remedium vulneris peccati cōtra concupiscentiā, scribente Paulo. Propter fornicationem, scilicet vitandum, vnu quisq; suā habeat vxorē. Quo nimurū dicit Apostolus ostendit, quācunq; libidinē, quocunq; modo factam, esse cōtra deum, & sic peccatum mortale: in quod ne quis luxuriando cadat, vult potius cōtrahēdum esse matrimonium. Et hāc de institutione matrimonij, quod ipse Christus dñs, omnium Christianorū auror, vnde omnia sacramenta suā recipiunt virtutē, nō modo cōfirmauit in nouo testamento, sed & sacramentū ecclesie effectit, inquiens: Qui fecit hominē ab initio, masculum & feminā fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrē & matrem, & adhærebis vxori tui, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro, Quos ergo deus coniunxit, homo non separat.

Quid sit sacramentum ecclesie. Cap. X C.
AN verō sacramentū sit, et quidem ecclesie Christi, videbimus, vbi prius intellexerimus, quid sit sacramentū ecclesie. Est aut̄ ipsum sacramētū signū, virtute interīm diuina gratiā elargiens, nempe in quo sub tegumento visibilium rerū virtus diuina secrete salutē operatur, efficiēs quod figurat. Baptismus enim, qui sit immersione aquae, à peccatis lōtionē signat, gratiam cōcupiscentiā carnalis diminuendā, luminisq; fidei habēdi præbens: quemadmodum suo tempore, dñe volente, dicemus: nihil moratur, quin erroris cōvincamus schismaticos, nefcio quæ portentosa cruxantes de Baptismo, sicut & de matrimonio. Id quod q; falso in ordinē a

sacra

DE MATRIMONIO. LIB. III. 109
 sacramentis ecclesie redegerint, patet ex definitionis, ab ecclesiā recepta, dilucidatione.

Matrimonium esse verum ecclesiā sacramen-

tum. Caput XCII.

Matrimonium esse ecclesiā sacramentū, Primō liquet autoritate oīm doctorū orthodoxorū, rā via q; doctrina illustriū, quibus citra scripture autoritatē nemo sapiens reluctatur. Secundō, autoritate ecclesiæ catholicæ, quæ ipsum inter ecclesiæ sacramēta recenseret, cui procudubio credendum est, quū teste Apostolo, ve Tim. 3 ritatis sit columna & firmamentū. Cuius autoritatē innixa est omnis euangelica veritas, immo totius sacræ scripturæ firmitas: huic igitur tuto contra hæreticos standum censemus. Esse verō matrimonium simpliciter sacramentū, cōstat, quia ipsum est sanctissimæ rei signū, scilicet cōiunctionis Christi spōsi cū sponsa ecclesiā. Vnde Ephe. 5 Apostolus loquēs de matrimonio, ait: Sacramentū hoc magnū est. Ego aut̄ dico in Christo & in ecclesiā. Nec audiendus est heresiarcha, q; dicit, per hoc quod Paulus subiungit, in Christo & ecclesiā, ipsum excludere à matrimonio sacramēti cognomē. Nā alioq; si quis dicteret, Baptismū sacramentū magnū esse in expiatione à peccato originali, tolleret à baptismo sacramenti rationē. Siquidem Apostolus dixit: Ego aut̄ dico in Christo & in ecclesiā, vt rationē aperiat magni. Q.d. Coniunctio viri & feminæ, sacramentū est magnū, quia in Christo & in ecclesiā quid magni figurat. Consequitur propterea, si coniugium, magnū est sacramentū in Christo & in ecclesiā, igitur cōnubii est sacramentū. Sanè pronomen illud, demonstrat coniunctionē viri & mulieris, de qua iamē Paulus dixerat. Est itaq; clarissima Apostoli sententia, Coniunctio sive adhæsio viri & vxoris in carne vna, quam appellamus matrimonium, est sacramentum magnū in hoc, quod est signū coniunctionis Christi et ecclesiæ. Esse aut̄ inter Christum & ecclasiā coniunctionē eam, quæ perinde est inter sponsum & sponsam, Christus ipse subindicat, dicens: Qui habet Mat. 9 sponsam, sponsus est, de seipso loquens. Et rursus: Nun Mar. 2 O's quid

Ioan. 3

Mat. 9

Mar. 2

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

quid possunt filii sponsi lugere , qđiu cum illis est sponsus. Iste Christus se sponsum intelligens, filios sponsi, eos discipulos, adeoq; oēs Christianos, qui cōgregati in ecclesiam sunt, intelligēdos innuit. Est autē ecclesia Christi sponsa, ex omnibus gentibus cōgregata, qua illi integritye mentis, perfectione charitatis, ueritate catholice fidei, concordia pacis copulata est: hanc sponsam sile in thalamo uteri virginalis sibi sociauit, & precio sanguinis redemit ac munerauit. Hinc propheta: Tanguis sponsus procedens de thalamo suo, eandemq; sibi perdem cōsummauit, apud alium prophetā, inquiens: De sponsabo te mihi in fide. Vnde Apoca. habet: Vidi sanctam ciuitatem, Hierusalem nouā, descendenterem de celo, a deo paratā, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnā, de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Quo certe in loco de nuptiis sponsa & agni frequens fit missio. Et Christus pariter in euāgeliō psalmū nuptiarum meminit. Et Apostolus ait: Amulor enim vos dei amulatione. Despōdi enim vos vni viro virginē castā exhibere Christo. Ex quib; huc uerbū memoratis (trāfēo reliqua quā adduci possent) colligimus, qđ pie & verē Apo-

s. Cor. 11. stolus cōtra impios matrimonij detractores scripsit, ipsum cōiugis̄ non modo sacramentū esse magnū ostendens, qđ magnā & occultā rem & sanctam repräsentet, scilicet Christi & ecclesie per fidem copulationē, sed et eam p̄ se ferat coniunctionem ineffabilem, qua Christus in utero virginis, cooperatore spiritu sancto, verbi caro factum est, sc̄q; humanae nāture per adiunctionem humanitaris cōiunxit, deus homo factus, & sic homo deus, idemq; Christus deus. Imo & eam figurat sanctam coniunctionē, qua sibi Christus deus animā vniuerscū justi per spiritualem gratiē influxū cōiunxit.

Quid inter sit inter sacramentum & mysterium. Cap. XCII.

Nec homo idiota magnificat, qđ quidam in eo loco Apostoli, non sacramentum, sed mysterium vertunt: quādoquidem idem est utrūq; quāuis hoc Gra-

DE MATRIMONIO. LIB. III. 113
cum, illud Latinum: significat enim utrūq; rem aliquā sacram, adeoq; occultam. Hinc rem non sine sacramento vel mysterio fieri dicimus, quae ex occulta quadam sacratori ratione proficiuntur. Hinc non sine mysterio apud Christianos vir & vxor individualiter cōiunguntur, quoniam in ea coniunctione triplex illa supradicta cōiunctione diuina figuretur. Et sic profecto nullū est ecclesiæ sacramentū, quod nō idem sit & mysterium siue arcānū. utpote quod sub sensibili signo abditā cōtineat gratiā & inuisibilem, eandemq; operetur secreto: quoniam ob rudiores, qui plerūq; literā plurimū inhārent, censurim tutius, cūdēm fuisse locum vertendum lati na dictione, sacramentum, perinde atq; apud oēs trita, adeoq; recepta: vt quoties auditur matrimonij esse sacramentū, toties ipsum intelligatur ecclesie sacramentū esse, quod secretā & reconditā habeat dispensationē, id est, quod ut alia ecclesie sacramēta virtutem & gratiam a deo dispensatā & collatā cōferat. Id quod à litteris plūcioribus non illico intelligitur in dictione mysterio, utpote ab ecclesia in hac re minus usitato. Cuius sane causa, diuī Hieronymus Græcæ lingue doctissimus, maluit foras sacramentū, qđ mysterium, quod Grecū est, vertere & legere, ne imbecilles redderet dubios in eo quod certū sit, scilicet matrimonij sacramentū non praestare gratiā, quēadmodum perperā contendunt schismati, qui postq; erroris sunt testimonio scripturę conuicti, quando dixerunt, coniugium nō esse sacramentum, euēstigiō, vt sunt, vt ventus, instabiles, adfirmare idipsum cōiugis̄ esse coacti, negant ipsum nō esse sacramentū, in quo hoc ipsum fuscipientibus aliqua cōferatur gratia, nec nuptias a deo institutas, vt essent propriæ gratiæ signū. Contra quos et si alio in loco pluribus nō contemnendis, ut quidam affirmat, disputauimus: hic tamen nō grauabitur aliqua in medium afferre, quibus minus aduliti facile ad credendum induci posse gerunt, in sacramento matrimonij gratiam conferri.

Probatur rationibus, conferri gratiam in sacramento matrimonij. Cap. XCIII.

Primo,

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Primo, q̄ eccl̄ia catholica quondam concilio Flōrentino, sedente Eugenio quarto, repräsentata, fuit matrimonij sacramentū comitari gratiā necessario, obice remoto, quæ illud in sacramentorū numero recesserit noue legis, quorū septē sunt, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema vinc̄io, Ordo & Matrimonium. Absit igitur, vt non standum puerum cum eccl̄ia veritatis columnā. Secundō, nisi hoc esset, sacramenta noue legis nihil distarent à sacramentis veteris legis, quæ eadem cōciliū determinatione telle, gratiā (vt eius utrū verbo) nō causabār, sed eam solum per passionē Christi dandam esse figurabant. At quicquid nostra sacramenta & cōtinēt gratiam, & ipsum dignē suscipientibus cōterunt. Esset autē absurdum & contra scripturā dicere, nouā legem, scilicet gratiā, nihil habere discriminis in hoc à veteri lege, in quo omnia futura

erant veritatis figura, quæ nūc à veritate per Christum,

Quasi à sole vmbra, est depulsa, dicente Apostolo: Hac

autē omnia in figura cōtingebat illis. Et alías, Quia sunt

vmbra futurorū. Idem ad Hebræos, Vmbrā enim ha-

bens lex futurorū honorū, nō ipsam imaginē rerū. Sic

sanc̄issimi sacramēti eucharistie figura fuit immolatio

ipsius Isaac, destinata & proposita ab Abraham patre

suo, qua typū gessit immolationis Iesu Christi in cruce, à deo patre nobis exhibite. Sic & immolatio agni

paschalis, facta i populo Israelitico Ēgyptū egrediu-
lo.

figura fuit oblationis ipsius Christi in cruce, cuius me-
moria potissimum per hoc recolitur mysteriū. Sic & mā-
na de celo datum eidem populo quadraginta annis in

deserto, figura fuit corporis Christi, veri mannae, quo
perinde viatico refecti, praesentis utrā cursum transiga-
mus, et terrā promissionis deniq̄ subeamus. Sic & sacri-

ficiū Melchisedech, Dauide teste, quod siebat pane et

vino, figura fuit veri Melchisedech Iesu Christi, qui et

ipso vero pane & vino, nimisrum corpore & sanguine

suo, sacrificauit, sacrificadūmīq̄ instituit per suos aposto-

los & eorū successores, vt fiat id ipsum sacrificium, canē

te propheta, in aeternū, et ipse Christus mynisterio illo.

Gen. 14 Psal. 169 Heb. 7 Mat. 26 Mar. 14 Luc. 22

DE MATRIMONIO. LIB. III.

sum sacerdos esset in aeternū secundum ordinem Melchisedech. Sancta ea fuere omnia vetera, que (Apostolo teste) transferunt, facta in Christo, quæ ipsa est veritas; omnia sunt noua, ideoq̄ a veteribus plurimū discreta. Id quod vides maxime intelligendum de sacramentis noua legis, ex quorum est numero matrimonij sacramentum, in quo, vt in aliis gratia comunicatur. Vel

Tertiō, etiā non pro rōbus de verbo ad verbū, ex scripturis colliḡ possit, gratiā in cōiugio virtute diuina cōferti, aduelus tergiuersarores & calumniatores, colliḡ ramen potest ex intellectu vero scripturarū. Siquidem constat, fornicationē oēm vel quamlibet simplicem, ex lege diuina esse peccatum, dicēte scriptura: Non erit mea retrix de filiabus Israhel, neq̄ scorrator de filiis Israhel. Et Tobias: Attēde tibi, inquit, a fornicatione. Et Paulus: Fugite fornicationem.

Certe magna cōfertur gratia in sacramento matrimonij cōiugatis, q̄ huius virtute fornicatio prius ad mortem, modō cōiugatis sit in remedium licita. Hoc autē ita esse arguit Paulus: Propter fornicationē ait, inquietus, unusquisq; suā vxorem habeat, & unaquaq; suum vi-
rum habeat. Deinde neminem latet, hominem corpore simil & spiritu cōstare: hinc deum, quām dixit benedi-
cendo: Crescite & multiplicamini, hominī etiam infu-
disse gratiā spiritalem, vt crescerent & multiplicaretur
virtutibus et operibus bonis, ita vt per eam quoq; gra-
tiā quæ in matrimonio regruntur, facilius cōiugati ope-
rari possint. Id quod Apostolus notare videtur, quādō

dicit: Honorabile cōiugium & thorū immaculatum: si

quidē nihil carere macula potest, si gratia careat: igitur

si thorū immaculatus est cōiugū, ipsum gratia comi-
tatur, quā deus sua benignitate cōiugio iungere curat,

vt cōiuges fidem matrimonij & reliqua eius bona ser-
uare facilius valeant: quod certè experientia rerū magi-
stra quotidie docet. Raro enim vel nunq̄ inter fornicati-
ores fidē (s modō fides inter prophetas amatores vo-
carī queat) videmus tantisper durare, vt in cōiugatis,

vel quamlibet isti mutuo amore ardeat. Et rursus, quādō

Gene. 2

Heb. 13

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Judicio omnium theologorum sacramenta nouæ legis efficient, quod figurat, nō dubium est, cōtrahētibus cōferrī gratiā per hoc sacramentū, qua ad vīnitatem Christi et ecclesiae attinet, id quod eis maximè necessarium est, vt sic carnalib⁹ & terrenis intēdant, vt interim à Christo & ecclesia nō dislunγantur, quod minime extra statum coniugij fieri queat: quādoquidem ex Paulō quā constat, postle coniuges ea quā & dñi & quā sunt mudi, cogitare. Prēterea, quum(eodem teste) sanctificatus sit vir infidelis per mulierē fidelem, videri adsolet, coniugij tale propter accedētē alterius fidem plus sanctitatis habere, q̄ prius: hoc cōfieri per gratiam sacramentālem, quā ante baptismū omnium sacramentorū ianuā, ad infidelem cōiugem ingredī haud quāuit. Insuper magna est grātia in hoc sacramento, qua sciat vniuersit̄ suum, i. vxore, possidere in honore, non in passione desiderij, sicut gentes quā ignorat deum. Itemq; vt vir sit sua vxore cōcētus, vel quālibet deformati, eamq; honeste cognoscat. Demū et hēc nō censeri potuerit exigua grātia, qua vterq; cōiugū sibi ad ea quā necessaria sunt vita, cōmodius prouidere potest, q̄ si vterq; esset prius. Id quod vidēmus in ea domo, quā vel viro vel muliere caret. Hinc vel propter hoc etiam rectē videtur a deo homini protoplasto adiuncta mulier in adiutoriū, quando(vt ait scriptura)v̄x̄ st̄ homini soli, quoniā cum ceciderit, non habeat subleuantem se.

Postremū & hoc quoq; grātiam non inepte quis dixerit, q̄ ex cōsanguinitate & affinitate vtriusq; coniugium multa subsequuntur cōmoda: siquidem amicitia multiplicatio, & charitatis arct̄ concordia in plures homines dilatatio, ex matrimonio subnascitur: sanē numerosus se portigit charitas, quum quis alium habeat paterem, alium sacerdū. Et vt semel finiamus, quis in eo sacramento facile negabit gratiā conferri, quod Christus dominus, vnde omnis omnium sacramentorum virtus emanat, sua suęq; matris præsentia non modo cōmendavit, sed & prodigioso munere honestauit, haud aliis suorum miraculorum initium auspiciatus:

Quā

Cor. 7

Thef. 4

Gene. 2

Eccēs. 4

I

Ioas. 2

DE MATRIMONIO. LIB. III. 112

Quantum discriminis sit inter virginitatem & confugium. Cap. X. C. IIII.

Ex quibus sane vniuersis, quā & aliās de virginitate te diximus, nemo nō nisi a sensu cōmuni alienus, coligit, ita esse laudandam virginitatem, vt interim coniugio sua sit laus & cōmēdatio, & quod suum est, vnicuiq; tribuatur: quum vterq; tam virginum q̄ coniugatoꝝ rum status, deo pro loco, tempore, personāq; sit & que gratius, et adsit sua vtricq; à deo salus. Modo igitur collatione facia, quia bona sit castitas cōiugalis, melior cōtinētia vidualis, optima perfectio virginalis: ad probādum oēm graduum electionem, ad discernendumq; meritū singulorū, scimus ex immaculato virginis vtero Christi scūm Voluſie nasci, à prophetico Ann̄e vidiū ore mox natum benedici, à nuptiarum celebratoribus adhuc ius venem inuitari, suāq; præsentia & mātris & discipulorū, coniuges honorare. Cæterū eusi ex aliquibus causis, quas nuper recensimus, constiter, statum cōiugalem cæteris esse inferiorē, potest tamen et ille cæteris etiam numerum censeri superior: vel ideo, q̄ tam magnū sit sacramentum, vnde illi cōiunguntur, matrimonium, vt cæteris præstet, & q̄ cætera in terris, hoc autē a deo et primū omnium in paradiso sit institutū: cæterā ad remedium, hoc ad cōsortiū felicitatis: cæterā naturā collapsa sunt adhibita, vnum illud conditā datum est, & quidem ab eo, à quo & vītā accepimus, & redempti sumus: quod & diuina sua præsentia & operatione vel ideo sanctissimē dignatus est, vt illi virtutem propriam infunderet, & omnibus venerabile redderet, idemq; sanctum. Valeant eapropter, qui id ipsum vel tacillum vīsuperant vel fugillant, quod tam in loco sancto deus, et ad tot bona, vt audiūmus, instituit ac sanctificauit, natura sanciuit, ratio suadet, diuinat pariter & humanae literæ laudant, omnīū gentiū cōsensus approbat, & quot tot sanctissimi homines amplexati sunt. Id quod nobis Christianis hoc debet magis esse sanctū, q̄ sacramentū est ecclesiæ, et hoc quidem magnū, ob rem magnā, quā in Christo & ecclesia signat, quemadmodum paulo antē disseruimus.

Luc. 1.2

Luc. 2

Ioan. 2

Nee

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Nec est quod latius illud conenur in presentia extolle
re, quod tot excellentissima testimonia extollit. Vnde
etiam nō defuere, qui in eius laudem encomia nō conti
nēda perscripsérunt, sua inibi ingenia, quoniam argumentū
copiosum habuerunt, more oratorio nō parū exercēta.

Quā male cedat illis, qui matrimonium fusi
piunt indignē. Cap. XCV.

SVperest ut doceamus, qua ratione atq; via ad tam
sacrosanctum ecclesiae sacramentū perueniri possit,
ne eo ingressis, tanti sacramenti sanctitas magis nou
meto sit futura, q; cōmodo. Quod fieri solet, quoties pec
catores in loco sancto sibi standum purāt, quā ritē stare
nequeant in loco sancto nisi sancti, dicente domino ad

Exo.3
Iosue.5

Tob.3.

1.Cor.11

Iosue & ad Mosen: Non appropinques huc: solue cal
ceamentū de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra
sancta est. Quām enim pericolo sit plenū, indignē nup
tias amplecti, tamq; venerabile sacramentū circa sanctitā
tem fuscipere, nō obscure intelligimus in septē maritis
Saræ filiæ Raguelis, in Rages ciuitate Medorum, quos
oēs dæmoniū, nomine Aſmodæus, occidit, mox vt in
gressi sunt ad spōsam: nimirū, vt historia docet, indigni
cōiugio tanto. Id quod certē & nunc fieri posse non da
bitamus, quā hoc sacramentū tam sanctæ sit rei signū,
vnionis scilicet Christi & ecclesiae, tamq; gratiis plenū,
vt fortassis ad eum, qui panē in nuptiis Christianis co
medere velit, non absurde dici queat, quod Aſt̄olus
de ſacratissimo pane corporis Christi olim dixit: Pro
bet aut ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de ca
lice bibat. Quienam manducat et bibit indignē, iudici
um ſibi manducat & bibit, nō diiudicans corpus dñi, ſi
quod ex Christo, yti capite, & ecclesia ceu mēbris co
adunatū, nuptiis repræsentatur. Certe cōtracturi debet
magnopere cauere, ne perperā nuptias attendent, haud
dubitantes, plerosq; ex iis, qui indignos ſe tanto ſacra
mento reddiderunt, infirmari, plerosq; dormire, plerosq;
nō capere fructus & bona matrimonij. Debent, inquā,
effe non immemores, ex ea indignitate & inter coniu
ges & prolem pariter, parum aut nihil prorsus feliciter
conſta-

DE MĀTRIMONIO. LIB. III. 113
conſtar: nec debent ſine iustadeliberatione ad tantum Mat.19
ſacramentum accedere, vnde, niſi morte interueniente, 1. Cor.7.
diſcedere nequeunt.

Quomodo digne ad ſacramentum Matrimonij
ſit accedendum. Cap. XCVI.

QUam obrem operæ pretium censemus, vt pauc
is pro tempore agamus, quomodo ſit ad hoc
dignitatum ſacramentum digne accedendum, dignitatis
in eo manendum, ipsiusq; ſalutariter ad oia finiendum.
Quo facto, ad veras tandem, easq; cœlestes nuptias per
uenire tutto valebit. In primis proin, qui digne & ad be
ne beatib; viuēdum nuptias habere optat, is liber pri
mū ab iis, qua matrimonij ex cōstitutione ecclesiae im
pediunt, virginē pro virili tandem querat, qualē nuper
descriptissimus. Qua inuenia, ſequatur ordinem & condi
tionem euangelij de nuptiis in Chana Galilæe factis.

Ioan.8

Primò curer ſuas nuptias fieri in Chana Galilæe. i.
in zelo dñi exercituum: ita enim interpretatur Chana:
i. curer nuptias habere nō libidinosa voluptate carnis,
ſed desiderio voluntatis Dei, legiſq; diuinæ implenda,
poſitæ ad fuſcipiēdam prolem, ductus, quę ſubinde dñi
agnoscat, cuius ordinatione fuſcepia fuit, legemq; et vo
luntatē eius ſimiliter obſeruet & cultodiat. Hoc enim
(vt Aſt̄olus ait) eft in dñō nubere, ad cuius gloriā (eo
dem teſte) oia fieri debet. Hoc eft quod angelus Rapha
el Tobiam monuit & docuit: Accipies, inquiens, vir
ginem cum timore dñi, amore filiorū magis q; libidine
ductus, vt in ſemine Abrahæ, ſcilicet Christo, benedi
ctionē in filiis cōſequaris. Illi verō (cuiusmodi fuere ſep
tem viri, quos Sara prius habuit) qui cōiugiū ita fuſci
piunt, vt deum a ſe & ſua mente excutiant, & ſuā libi
dini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eft in
Pſal.33
tellectus, habet potestateſ ſuper eos dæmonium.

1.Cor.10
Tob.6

Secundò, habita tam sancta ad nuptias cōtrahendas
intentione, vterq; contrahens in cubiculum ſuū eat, tri
bus diebus oret, quē admodum Sara fecit in ſua oratio
ne deuotissima, vt deus eas, quas fit vterq; initurus nup
tias, velit effe fauitas atq; felices. Id quod etiamnum fa
ciente

P ciente

FRID. NĀV. IN CATH. CATEC.

Tob. 3.

cient priusq; sibi mutuo reddant debitum, iuxta angelū consilium, quod Tobia p̄abuīt, vt vīdēlīc̄t a sponsā abstineret in cubiculo tribus dīebus & noctībus; interim vīterg; oraret, vt benedictionē coniugij a Dōo con sequeretur, & filiū p̄ocreat̄r̄ in colūmes. Sane tres nō c̄tes, sunt tres partes p̄oenitentīæ, contritio, confessio, fa tisfactio, quibus nox peccatorum fugatur; quas vēlin p̄ecedere oīm in matrimonij cōtractū, interg; eas cum Tobia & Sara orandum: Domine Deus patrū nōst̄um, benedicant te cōclī, tētra, māre, & fōntes & flu mina, & omnes creaturæ tuæ eq̄e in eis sunt. Tu fecisti Adam ī limo terræ, dedistiq; ei adiutorium Euam. Et nunc Domine tu scis, quia non luxuriæ causa accipio dō rorem mēā cōtūgem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nōmē tuū in secula seculorū. Misere nobis Domine, (hæc sunt verba Saræ) misere nobis, et consenescamus ambo pariter sani. Hactenus Tobias cū sua Sara, quē vīnā & quā optimi sequeretur in nuptiis contrahendis & contractis, memores & le esse filios nō modo sanctōrū, sed sancti sanctorum, Christi, qui eos sibi filios nō ex sanguine, neq; * volup tate carnis, sed sua misericordia per fidem fecit: qui nō posseunt ita coniungi, sicut gentes quæ ignorant Deum. Pr̄parent itaq; contractū se modis oībus, vt sacra menti gratia esse queant participes, quæ certe in pecca tis detētis haud cōmunicatur. Si enīm ait Esaias, Mundāni qui fertis vasa Domini, multō magis mundari debuerint, qui suscipiunt tā sanctūm sacramētū, quod tam multipli c̄s gratia vas est. Hac pro syncera in vos charitate obiter dixerim, perinde atq; non minus Chri stiana, q̄ magnopere ad bene beatēt̄ viuēndū in coniugio necessaria, quibus cū velim & seruat̄ iri, quæ ex laudabili vniuersitati eccl̄siae cōsuetudine obseruari cōsueuerūt, quibus obmissis, nuptiæ pessum sint itura. Ea autē facile videntur originē bona suscepisse ab anti quis et patribus sanctis, vti videre est apud Tobiam. Si quidē (ait scriptura) Raguel apprehendens dexterā filię suā, dexterā Tobiae tradidit, dicens: Deus Abraham,

DE MATRIMONIO LIB. III. 114
Sed deus Isaac, et deus Iacob vobiscum sit, & ipse cōiun̄ Tob. 7.
gat vos, impleat̄ benedictionē in vobis. Et accepta charta, fecerunt conscriptionē cōiugij. Et post hoc epu lati sunt, bēnedicentes deū. Hæc nimirū fac̄t̄arunt ve teres. Quid igit̄ ipsi faciemus, qui a Dōo nostro lōge clarus, et euidentius ad h̄iūsmodi negotia instituti fu mus. Sed prohdolor, nihil penē videmus in sanctiss. no stra religione, quod hac pr̄sertim tēpestatē, per volu ptuosos carnalesq; istos apostatas, nō sit vel prophana tum, vel corrumpi ceptum, qui haud dubiē propterea aliquando suā mercedem sunt recepturi, qui vītq; tanq; vera religionis corruptores & sacrilegi, essent à potestib; puniendi, vt sua deo gloria, respubliq; Christi tranquillitas restitueretur, haec tenus per istos ferme extincta, vel certe extingui coepit. In quos nīsi serio fu erit animadversum, non alia videbimus Germaniā nostrā, dudum pacatissimā, q̄ futurā Babyloniam, in qua nihil sibi cōstabit, cōfuso pallim in oībus rebus ordine sine quo nihil nisi sempiternus horror esse poterit. Id q̄ plerac̄ Germanice loca hucusq; propter perniciosem hæresim experta sunt, fortē magis expertura, quod Deus auertat. Videamus, inquā, ductu istorum nebulonū usque adeo publicē nuptiarū honestati esse detractum vt planē sine discriminē pessimi quiq; haud secus ac ad rem aliquā prorsus prophanam accurrant, vt pote sine Dei timore, sine sacramenti reuerentia, sine confessione cū omni lascivia: quorū certe tāto grauiora sunt peccata, quanto in lege noua sacramentum illud est maioris gratia ex diuina misericordia collatiū. Sed faxit deus, vt quae sui sunt honoris & nostre salutis, decētius & re cētius amplectamur: q̄ vñice desidero et opto. Cæterū vt eo regrediamur, vnde digressi sumus, subsequēs erit Tertio, vt singulis quæ diximus, in suo ordine obserua tis, in nuptiis p̄rōstō sint mater Iesu Maria, Christus Ie sus dñs, discipuli q̄q; eius. i. vt in nuptiis adsint trīa ma trimoniū bona, vt pote fides castitatis coniugalitatis, q̄ per Mariā castiss. virginē signat̄ sacramentū indissolubilitatis cōiunctionis diuinitatis & humanitatis in Christo, P a vel

Tob. 8

Ioan. 1

Esa. 32

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

vel Christi et ecclesiae, quod p Christum verum sponsum, q hodie nuptiis interfuit, significat: proles suscipienda & educanda in fide Christi, que significatur p Christi fideli pulos. nam & i fide docuerunt, qua deo sumus desponsati, & ad nuptias aeternas vocati. Porro ut haec tria nuptiis ad sint, aliqua diligenter sunt & noranda & seruanda.

De fide Matrimonij. Cap. XCVII.

INITIO igitur sciendum, ad fidem castitatis matrimonialis ante oia requiri, ne alteruter coniugum adulterer dicente Apostolo: Vnusquisq; suu vxorem habeat, & vnaquaq; viru suum. Et scriptura: Propter hoc rei litigium homo patrem & matrem suam, & adhaerebit uxori, sive l. no alterius. Hinc commendatur Anna illa euangelica, q; cū viro suo annis septem a virginitate sua manferat. Et certe videtur alioqui adulterium naturae repugnare, qua didicimus animalia pleraq; ratione experientia, s. columbas, turtures, hocq; genus alia, nescire adulteria, veluti a Plinio est scriptum. Hinc iure diuino nichil et adultera supremo supplicio, s. lapidationis, sunt afficiendi. Quod & ius ciuile longe severius subsequitur, nimitem permittens patri, vt possit occidere adulterum simul cum filia, quā habet in potestate, in domo tamecum sua vel sui generi. Quod & marito permittit, nō tamē aequo iure. Quanq; tutius puniantur ordinario iudicio, ne et reliqui lui, ipsorum vindices esse contendant. Quod tamen vel ideo hic putauit recensendum, vt vterq; coniugum cautius & diligentius fidem coiugalis castitatis serueret, cauendo in primis ab adulterio. Deinde, vt seipso mutuo ament casto, non turpi meretricio, amore.

Quare ait Paulus: Viri, diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. Dilexit autem illam, nō quia pulchra corpore, sed q; sit virtute & mente decora. Taliiter amavit beata Sara, inquietus ad Deum: Virtus autē cum timore tuo, nō cum libidine mea, consensi suscipere. Postremo, vterq; cum timore Dei et honestate agat opus coniugij, memor, q; res sancta per eius actus commixtionem significetur, nempe Christi cū ecclesia, & diuinæ naturæ cū humana in purissimo virginis vtero,

copu

DE MATRIMONIO LIB. III.

copulam. Quare Apostolus ait: Honorabile connubium Heb. n in oibus, & chorus immaculatus. Et alias: Haec est vos 1. Thes. 4 luctas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vniuersitas velutrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, nō in passione desiderij, sicut & gentes quae ignorant Deum. Hac, hocq; genitus alia, quoad fidem dicta sunt.

Quid sit Sacramentum in matrimonio, & quo modo custodiatur. Cap. XCVIII.

SACRAMENTUM vero matrimonij custoditur, quando neuter coniugum ab altero separari velit, ingruente vel quamlibet graui infortunii genere: quando, inquit, vterq; seruat eam indumentum, quæ est Christi cum ecclesia, & in assumptione humanae naturæ. Adeo vscq; enim debent esse inseparabiles, vt nō modo alter ab altero nō sit discessurus, verū vt neuter oret rusto logius sine consensu alterius, sed reddat debitum pro tempore & loco. Hinc Apost. Nolite, inquit, fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, et iterū reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram. Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxori viro. Tam enim inseparabiliter iuncti sunt vir & vxor, vt neuter (Apostolo teste) sui corporis potestatem habeat. Hinc vterq; studere deberet, vt alter alteri semper fideliter adhaereat, vel quamlibet ingenti periculo incidente. Quia enim coiunctione maris ac foeminae coniunctio Christi cū ecclesia signatur, oportet figuram significato respondere. Coniunctio autem ecclesia et Christi, est vnius ad vnam perpetuo habenda, quippe q; vna sit ecclesia, per vnicam in Canticis columba designata, nec vnaq; Christus ab ecclesia separatur, eo dicente: Ecce ego vobissem sum oibus diebus vscq; ad consummationem seculi. Imo & nos vterius semper cū dño erimus. Sic proinde sacramento matrimonij coniuges sibi mutuo semper & fideliter adhaereant. Cuiusmodi fuere Iob & eius vxor, quæ capillis, magno in foemina ornamento, sese priuauit, vt in summa egestate languenti viro ac grauiter affecto * mercaretur. Et illum,

1. Cor. 7

Ibidem.

Can. 6
Mat. 28
1. Thes. 4

P. 3 quern

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- quem non fortunatum amissio, nō cohors filiorum, rui-
na domus obtrita, non vis vlla morbi infringere posse
rat, pars vna capillorum coniugi adempta adeo affectis,
vt idem quo genitus esset, homo alioqui patiētissimus,
sit demū execratus. Quæ indiuidea constantia & adha-
sio amborum coniugum, vt facilius sit ac maneat fortis-
or, profuerit, si vterq; peculiare quoddam suum obser-
uet officiū. Siquidem vir, docente Paulo, nō sit amarus
ad vxore, ipsam contemnens; verū illi impariat hono-
rem, perinde atq; infirmiori vasculo, & tanq; cohæredi
gratia vītæ. Sic Abrahamus vxorem suam Sarā, vocat
fororem, & ipsa illum appellat dñm. Et Adam; Mulier,
inquit, quā dedisti mihi sociam: non ait, ancillam. Ideo,
q; nō de pede, sed de latere viri est formata. Non sit vir,
vt stultus Nabal. Vir quoq; semper sit in timore dñi,
tum heatus erit, Salomonie teste. Et diligat vxorem ma-
gis spiritu q; carne, Apostolo scribente. Ita enim Christus
ecclesiam dilexit. Itemq; semper sit in labore hone-
sto, nō vñurario. Ad virū enim primū dictum est: In su-
dore vultus tui vesceris paue tuo. Homo enim nascitur
ad labore. Hinc p̄ opheta ait: Beatus, labores manuum
tuartū quia māducabis. Caeat igitur vir, ne sua dilapi-
det ociando & luxuriādo: imō (vt pr̄ ecipit Apostolus)
magis laboret manibus suis, vt habeat vnde tribuat ne-
cessariū patiēti. & vt filiis ad vītā honorisq; necessaria
thesaurizet, eodem teste. Demū pr̄ frosus caueat a forni-
catione, vnde periculū mortis emanat, et omnis discor-
dia cōiugalis, & sinistra suspicio zelotypic. Hinc senior
Tobias filium suū in primis dehortatus a fornicatione.
Mulier verō ē regione sit timens deum in omnibus,
quoniam ipsa (Salomonie dicēte) laudabitur. Item oret, vt
pro salute sua & gloria dei prole fecundetur, vt Anna
Helcanæ vxor, Samuelem filiū prophetā precibus ob-
tinuit. Sterilis, tamē citra culpā, non tristetur, quoniam
eiusmodi mulieres fuere perq; plurimæ nō vulgari fan-
cītate. Filiū etiam multis extiterū perditioni. Item sit
ad omnia & in omnibus humilis, sequēs in hoc glorio-
sissimā mulierem virginemq; Mariā. Hinc Petrus; Qua-

DE MATRIMONIO. LIB. III. 116
 rum sit, ait, non extrinsecus capillatura, aut circundatio i. Pet. 2
 auri, aut indumenti vestium cultus, sed qui ab sconditus
 est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & mode-
 sti spiritus, qui est in cōspectu dei locuples. Sic enim ali-
 quando & sanctæ mulieres sperantes in deo, ornabant
 se. Itemq; (quod ex humilitate sequitur) sit virō libēter
 subdita, sicut (testē Petro) Sara obediebat Abrahæ, do-
 minū vocās ipsum. Hinc Apostolus: Mulieres, inquit, i. Pe. 3
 viris suis subdite sint sicut dñ, quoniam vir caput est Ephe. 5
 mulieris, sicut Christus caput est ecclesia: ipse salvator Col. 3
 corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita i. Cor. 6
 & mulieres viris suis in omnibus. Itemq; timeat virū, Pro. 30
 & studeat quomodo illi vere virtusq; possit placere.
 Itemq; sit fortis ad ea quæ sunt alicuius ponderis, quem
 admodum Abigail nō curans vītā periculum, oblatis
 Davidi muneribus, ab eodem cōtra virū suū stolidum i. Re. 24
 Nabal, indignationē deprecata est, nempe quem ille oc-
 eidere statuerat, q; suos nūcios iniuriis adfecisset. Itemq;
 domi maneat, non vagabunda cursitans, à qua cauen- Pro. 7
 dum multis monet Sapiens, & Apostolus talem, vti lu- 1. Tim. 5
 xurantē, reprehēdit ad Timothē. Huius virtus stupra- Gen. 34
 ta fuit à Sichem Dina, Jacob et Læz filia. Itemq; si nego-
 ciosa, quippe cuius (vt est in scriptura) digitū fusum ap-
 prehendant. In quo imitetur beatam Annā, vxorē bea- Ecc. 24
 ti Tobie senioris, de qua dicit scriptura: Anna verō Tob. 2
 vxor eius ih̄at ad opus textrinū quotidie, & de labore
 manū suarū vīctum, quem consēquī potuisset, defere-
 bat. Sanē scimus ex nuper dīctis, quantam occasionē ad
 omnia vītia præbeat otium. Non enim debet mulier
 panē otiosa coniedere. Sanē nihil in domo melius vxo-
 re bona, q; (vt ait Sapiens) solum à dñō præparatur. i. in Pro. 18
 specialem alicui gratiā darur, cuius merito vir beatus Pro. 19
 pronunciatur. Sapiens enim mulier cōdificat domū, insī, Pro. 14
 piens verō destruit, toramq; familiam & substantiā dis-
 perdit, veluti de pessima Iezabel, vxore Achab regis Is. 3. Re. 12
 rael, literis proditū est. Insuper vxor suo tantū viro ani-
 mo et corpore adhēreat, quæ velit potius discriminē mor-
 gis subire, q; adulteriū cōmittere, quemadmodum casta
 sum P. 4. Sulana

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Dani. 12

Susanna contra istos senes iniquos fecit. Summatim debet vterque cōiunct se caste & honeste habere, tā propter peccatum in deum, q̄ propter suam & filiorū famā bonā. De tertio matrimonij bono, de prole videlicet suscipienda. Cap. X C I X.

ET hæc, quoad Mariam & Iesum, id est, quoad ea, quæ matrimonij fidem et sacramentum concernunt. Iam deinde de discipulis Iesu, id est, prole ipsa, cb̄ quā præcipue matrimonium est cōmendabile, pauca subiiciemus. Quia in parte parentes ambo æque dent operā, vt pro virili conentur efformare virtuosos filios, perinde atq̄ preciosissimū matrimonij thesaurū, & vnicum miserae vitæ & senectutis solatium, et vnicam parētum gloriā. Hinc Sapiens: Filius, inquit, sapiens lætitias parentes, et eius est gloria. Primo igitur omnium vterque patrēs debet natura quidem filii suis educationē, vti in brutis videamus vniuersit̄s. Et hinc ait Apostolus: Non enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filii. Quibus dent vīctum ad sustentationē, nō ad luxuriam. Quid Paulus arguens, inquit: Habētes autem alimenta et quibus tegramur, si cōtentī simus. De quo plurānuper, quando de virginitate tuenda nobis est fieri. Deinde illis debet instructionē, iubente scriptura. Filii tibi sunt erudi illos, & curua illos apueritā eorum. Et Paulus ait: Vos patres, educate filios vestros in disciplina. In qua autem re sint in prīnis erudiendi, docet protoplaustus Adam, primus omnium patrēs, cuius vter filius adeo edoc̄tus est cōlī nūmē venerari: siquidem hæc disciplina est primaria sapientia. Obtulit itaq̄ hic, qui terræ cultor fuit, frugum primitias: alter qui pastor erat, agnos, & quicquid ex summi ex toto grege potuit, in holocaustum dedit. Quem et reliqui viri sancti deinceps, perinde vti primū patrem, in suis liberis instituerū dissequuti sunt, ex illisq̄ maxime Tobias, in quo nihil planè video desiderari, quod est boni patrisfamilias; ideoq̄ eum s̄apenumero allegauerim, vt vobis in re domestica passim vti fulgens speculum occurreret. Is a scriptura cōmendatur, quoniam filiū suū ab infantia deuenit

Pro. 10

2. Cor. 12

2. Tim. 6

Ecc. 7
Ephe. 6

Gen. 4

Tob. 1.4.

DE MATRIMONIO. LIB. III. 117

timere docuerit, & abstinere à peccato, inquietus, paulo post se moriturū credens: Audi fili mi verba oris mei, et ea in corde tuo quasi fundamentū cōstrue, &c. Omnis bus diebus virtutē in mēte habeto dei, & caue ne ali quādo peccato cōsentias, & prætermittas præcepta dei nostri. Pauperē quidem vitā gerimus, sed multa bona habebimus, stimuerimus dei, et recellerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Quia in re Christus dñs pri mus et vnicus omnium pater et doct̄or, sua nos vita (ipse enim est vera vita, sine qua nemo viuit beate) mox ab infancia docuit, quibus filii primō sint instituēti, scilicet in rebus diuinis, fide vera & bonis operibus: nimis rum quo studio, sapientia, rerumq̄ cœlestium cura dūc̄t̄s puer, parentes reliquit, relicta matre, cui charissimus fuit: propinquorū comitatu relictō, triduo requiatus, non in puerorū cœtibus, sed in sapientium virorū confessiū: non puerili intentus lufū, sed diuinarii rerum discepcioni, non in prophano, sed in augustinissimo est templo repertus, testatus oportere se nō in iisēle quæ hominū sunt, sed que sui (qui se in terrā misit) patris. Ex huius vnicō & sanctissimo exēplo (est enim vita Christi, absolutissima virtutis idea) facile docetur parentes, vt suos liberos primo in rebus diuinis instituant, eos veram Christi fidem doceant, orationes dominicas imbuant, illosq; in eis disciplinis curent erudiendos, quibus honeste hic viuere possint, et in dei laudem succrescere. Quo satē loco profuerit, vt cognoscāt puerorum ingēnia, ne iniūti tradantur artibus, quas suscipere nolint.

Expedit itaq̄, si cōmodum fuerit parentibus, aliquot ex his tradere ludo literario, vt inibi ingenuas liberales, q̄ artes ad dei maximi decus, reipublicæ dignitatem & honorē, discāt, vt eorum deinceps prudentia & cōflio res publica turius & rectius possit gubernari. Sic Paulus apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi et prophetas didicisse se gloriat̄, vt armatus spiritualibus telis, postea doceret cōfidenter. Qui & scribit Timotheū ab infancia sacrī literis eruditū, hortaturq; ad studium letctionis. Tito quoq; præcipit, vt scientiam scripturarū Tit. 1.2 P. 5 haud

Ioan. 1.4

Luc. 8

Mat. 6

Act. 22

2. Tim. 3

Tit. 1.2

FRID. NA V. IN CATH. CATEC.

Dani.1.2 haud negligat. Sic Moyse & Daniel omni scientia, Egyptiorum & Chaldaeorum eruditæ fuerunt. Est autem inibi cura adhibenda, ne tam multa legantur, q[uod] utilia sunt. Sane qualis rerum lectio, talis legentium protectus. Sunt etenim & a pueris discendæ seculares literæ, quo eas ad meliore vsum asumant: quandoquidem aliqua discuntur, vt nō negligantur: aliqua, ne ignorentur: aliqua, nō vt teneantur, sed vt repudientur. Debet adolescentes pro tempore studia etiam externa amplecti, nō vt sequatur, sed vt iudicent atq[ue] cōvincant. Quomodo quispiam aduersus mathematicos velit scribere, impeditus mathef eos? Quomodo aduerius philosophos disputeret, si dogmata philosophorū ignoraret? Quomodo cōvincat hæreticorum scripta, si quis hæreticorum tallæces disciplinas nesciat? Quæ res vt liberis felicitate dat, carent parentes, vt probis iuxta atq[ue] eruditis præceptoribus illos committant, qui eorum, nō secus atq[ue] filiorum, curam in delectu discendi habeant. Quales vero præceptores Germania hisce annis habuerit, plusq[ue] notum est. Certe nequaquam omnes neq[ue] Christianos, neq[ue] doctos, neq[ue] probos, quum videmus nunc, re ipsa testante, omnē apud nonnullos religionem & fidem, doctrinam & disciplinam, probitatem & virtutem prorsus exulare, & interire prorsus coepit. Studia quidem literaria vniuersa, tam triuialia q[uod] reliqua, omnino pessum eunt: nec est qui ea restaurare cōtendat, sive crescentibus interim pernicioſis dogmatibus hæreticorū, qui, ne sua iniuriantes & technæ latius inuulgantur, modis omnibus ab omnibus antiquo more literariis studiis dehortantur. Et profecto nissident opera Christiani principes ac magistratus, vt pristina studia, eaq[ue] Christiana, in pristinum restituantur statu, de tota Germania, eisq[ue] politica laude, prorsus actum erit. Despectui interea habitis parentū filiis apud exteriores, quibus antea barbari, iam deinde erimus insultissimi barbari, tam moribus, qui nobiscū non amplius docentur, q[uod] scientiis & sacris & prophanis, quæ omnino negliguntur barbariores: hocq[ue] ipsum paucis annis futurū sentio. Quām vero po-

stet

DE MATRIMONIO. LIB. III. 118

steri nostri, re cognita, in huius ætatis principes, magistratus, propterea sint inuesti, nemo est qui possit non eundem cōsiderare, vt aliás diffusus tractauimus hanc calamitatem. Quā vt ex parte declinēt parentes, studeant suos liberos sancte et liberaliter erudire, virtutis atq[ue] honestatis publicæ cum dei gloria nō immemo rememores, inquit, homines bene doctos & literatos fore intra parum temporis charifissimos, quādoquidem eorum futura est magna penuria. Dehinc sciant & parentes, non modò filios esse instruendos artib[us] bonis, sed & ab omnibus vitiis ad virtutes dehortandos, atq[ue] ipsos corrigendos, Paulo præcipiente: Educate filios vestros in omni disciplina & correptione dñi. Non enim (ait idem) diligit filium pater, qui ipsum non corrigit. Debent autem (ait scriptura) ipsos a pueritia incurvare, vt a teneris obediens affuecat, ne rebellione postea inducatur, nullo pacto flecti possint, & redundet deinceps filiorum malitia in culpam parentum, veluti de Heli legimus, qui etsi sanctus alioqui sacerdos, quia tamen filios suos nō erudierit in omni disciplina & correctione, supinus cecidit et mortuus est. Nec ab eo alienum est, quod aliás de Davide scribitur, qui & ipse satis fuit turbatus & punitus a deo, quoniam peccato filij Amnon cōniuit. Hortantur ideoq[ue] oēs scripture & sanctorum exempla, ne parentes nimium indulgeant filiis, verum in eos austeri sint, & nō hilares. In quo tamē velim aliquā rationem haberi parentibus, vt pote omnia cum moderamine agentes, ne corripiendo filios, seueriores sint q[uod] oporteat, ne cōtra Pauli præceptum illos ad iracundiam provocent, ne teneros adhuc, pessimo reddant animo, vt semper deinceps sint iusto timidiiores, etiam ad omnes. Id quod fieri adsolet, quum rigidiiores verberibus sint & plagiis ipsi parentes, qui utiq[ue] plus admonēdo q[uod] verberando aliquoties proficiunt: quos oportet esse memorēs, non prorsus in sua esse potestate, efficere bonos pueros, sed & esse ipsorum puerorum, ad ipsam se bonitatem disponentium, inquit esse primum dei miserentis. Sane regimus optimum patrem habuisse pessimum filium. Quis

Ephe. 6

Heb. 13
Ecc. 7

1.Re. 2.3

2.Re. 13
Ecc. 7

Ephe. 6

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

4. Re. 20 Quis enim ignorat, q̄ pius & bonus rex fuerit Ezechiel
5. 22 ass' eundem tamen constat habuisse filium longe pessimum
 Manasien. Sancti fuerint Iacob & Rachel & Lia: filii tamē aliqui fuere mali, in morte Ioseph fratribus cōjurates.

Gene. 37

Hinc consultum est coniugibus autoritate scripturarum, vt si velint habere probos honestosq; ad dei ags; suam laudem filios, tota deuotione sacramentum matrimoniū ineant, orantes a deo max. eius sacramenti gratia sibi cōmunicatum iri, qua possunt hactenus audita tria coniugij bona, scilicet fidem, sacramentum, & prolem, ad bene beatęq; viuendum obtinere: quae certe obtinebunt coniuges, si nuptias modo quo diximus, auspiciati fuerint: deindeq; à peccatis expurgati, ad easdem nuptias, asseruit auerint, secumq; habuerint castissimā gloriissimā marię virginē Mariam cum filio vnigenito Iesu domino nostro, eius p̄ discipulos: quos habebunt, quādo pro virili habere agere p̄ current, qua hactenus ex sacris scripturis euidenter docuimus. Nec interim dubium erit, quin si cōiuges ad hunc, quē diximus, modum nuptiarū hoc in seculo habuerint, tandem matrimonij vinculo morte ipsa naturali soluto, acturi sint æternas illas & iucundissimas in celo nuptias, quales haec, de quibus loquuntur sumus, figurant: in quibus vīnū illud temporalis iucunditatis deficit, et æternæ hilaritatis semper manebit, quo (vt est in Canticis) nisi dei charissimi inebriantur, id est, lati redduntur gaudio, quod plenū erit. Hinc illic agētes, dicemus: Gaudeamus & exultemus, & demus gloriā deo, quia venerūt nuptiæ agni, et vxor eius præparauit se, & beati qui ad coenā nuptiarū earrū, quae ipsius agnū erunt, vocati sunt. Cuius coenæ vocatione digni erunt coniuges, qui hic in suo cōiugio Iesum, matremq; Mariā vīnā cum Iesu eiusq; discipulis habuerūt: de quibus haec pro loco & tempore fortassis sufficiēter recensuimus &c. Vtīna ea suscipiantur & notentur attentione, qua audiisse videmini. De cærementis in nuptiis celebrari solitis, videatur Liber sextus de catholica in cænologica ecclesia cæmentijs.

Cant. 5

Apo. 19

De vna

DE EXTR. VNCTIONE LIB. III. 119

De Vnctione, quam vocant Extremam, infirmorum: septimo, eodemq; postremo catholice ecclesiæ sacramento:

Et ita primis, quid sit extrema vñctio. Cap. C.

Multrum religionis immune relinquenter, plus q̄ imputender in ordinem redigere sacramētum Vnctionis infirmorum, siue ægrotorū: qui ipsum nō modo ciuale officium fecerunt, sed et plus q̄ securilibus blaceramentis eleuauerunt, multisq; in locis prorsus ex ecclesia, perinde atq; abominabile quiddam, non sine quodam horre stupore submouerunt: contra Christum, contra euā gelistam Marcum, contra apostolum Iacobum, contra Dionysium Areopagitā, Chrysostomum, Theophylactum, Hieronymū, Ambrosium, Augustinū, Innocentium, Bedam, Lyrām: cōtra deniq; plerosq; omnes verūstimos & Gr̄ecos et Latinos theologos, vt sileā neotericos careruāt vniuersos: simō contra vniuersalem ecclesiam, que vel ab initio sui, Vnctionem infirmorū pro venerando sacramento habuit, et venerata est: tales q̄ ipsum adhuc habent ac obseruāt, quotquot verē sunt catholici. Ipsa verō vñctio infirmorū, sacramentum, est ad animi corporisq; ægritudinē leuandam, & plerisq; dicēcepta Extrema Vnctio: non sanē, quia ea percepta ægrotus illic vita decebat, defungatur & indormiscat, quum potius per gratiam quā confert, mente simul & corpore (si deo sic visum fuerit) reconualeat: id quod precatores illæ, spirantes ipsissimā vetustatē, omnemq; sp̄ietatem, quas in administratiōne huius sacramenti Ecclesia adhibet, aperto cōmonstrat verum, quia sit ex quinq; illis vñctionibus, quas ecclesia celebret, extrema. Prima quidem est cænologica, secunda baptizatorum, statim post baptismū fieri solita: tercia cōfirmatorum, quarta sacerdotum & regum, fieri solita quandoq; inautorantur: quinta infirmorū, quæ tamē si cuandoq; non tempore, tamē ratione, postremo loco recte numeratur: nō ut vñctio sic appellari coepit, quia sit sacramentum morientium, sed ægrotatuum, nō ad sepeliendi officiū, sed

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mar. 6 sed ad tam corporis q̄ animæ salutem institutū. Quod visque adeo verum comperimus, q̄ etiam Euangelista testetur, apostolos olim sacramento vunctionis admodum multos sanasse, ipsosq; sic sacramentaliter vncos, pristinā incolumentatem recepisse, vt vñ fuerint deuotissime, q̄ nunc, flagrantiore tanta salutare mysterium accipientes. Quod enim sub hæc nouissima tempora pauci reperiantur, qui huius sacramenti virtutē et efficaciam, saltem quod ad corporis cōualescētiam attinet, experientur & sentiant: alius in causa non est, q̄ deuotionis tepiditas et fidei modicitas, quā oportet in accipientibus adestem & flagrantem esse, quū per eam solam dei virtutē in nobis efficaciter operari lqueat, sine qua nō est, quod speremus nos vera à deo nec corporis nec anime salutē adepturos. Cuius causa Marcus alibi scribit, in sua patria Christum nullam potuisse facere virtutē, nisi q̄ia paucos infirmos, impositis manibus, curauerit: hoc propter eorū incredulitatem, quā & dñs ipse admirabatur. Ita nimirum hac tempestate apud nos, vbi hæresis ista planè incredula sequit, paucissima sunt super infirmos signa apud sanctorū reliquias & eorū templū & delubta: causa est, quia dei virtutē in eius sanctis impie negamus cōtra veritatem, dicentem: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse facier, & maiora horum faciet. Id quod passim in nostris Centuris, & aliis nostris pro sacro sancta religione nostra operibus, nō cōtemnendis scripturis & harū rationibus & exemplis ostendimus. Atq; hoc est, quod semper Christus ad singulos, quos curauit, dicere solitus fuit: Fides tua te saluū fecit. Qui & à se curādos, ad fidem cohortari solebat, dicens: Omnia quæcunq; orationes petitis, credite quia accipietis, & sicut vobis. Id quod maxime fieri cōuenit in receptione sacramēti Vunctionis extremitate, quemadmodum accipimus ex verbis Iacobi, de hoc ipso sacramēto loquētis: Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesiarū, & orent super eum, vngentes cum oleo in noī dñi: et oratio fidei saluabit infirmū, & allcuabit cum dñsi: & si in peccatis sit, remittetur ei.

Quæ

DE EXT. VNCTIONE. LIB. III. no^o
Quæ quidē verba manifeste subindicāt, hanc vunctionē sacramēti esse, prout sequēti cap. docebim⁹ paulò fusi⁹.
Vunctionē infirmorū esse sacramētu, quia elementū habeat et verbū cū promissione gratiæ. Ca. ci.

Quando di ratione est sacramēti nouæ legis, ut habeat elementū, quod signum est visible, & verbum, quo quiddam gratiæ per receptionē sacramēti promittitur: vidēdum subinde erit, quod sit Vunctionis extremæ elementū, quodq; p̄plus verbum. Est proinde huius Vunctionis elementū signumq; visible, oleum per episcopū consecratū & sanctificatum, significans & demonstrans, in huius sacramēti dispensatione diuina virtutē per fidei efficaciā in homine ægrotō agi, quod naturaliter se ferri oleum: vtpote quod sicuti conductit ad labores & lucis fomentum & hilaritatis efficaciam, ita recipiens sacramētu postremā vunctionis, per misericordiam dei & gratiam spiritus à labore corporis per ægrotationem contracto, et animæ per peccatum ægrotantis eripitur: & lucem, gaudium, & spiritualem hilaritatem accipit, modō fides ægrotantis accedit verbo, quo traditur à sacerdote hoc sacramētu.

Verbum verò est, quod presbyter vngens inquit, In nomine patris & filii & spiritus sancti, adiunctis pliis à diuis Ambrosio & Gregorio cōpositis verbis precatiis: quippe, vt quicquid illicito visu, auditu, ac cæteris sensibus seu membris ægrotus deliquerit, per huius oleiunctionem expiatur, cum imprecatione pacis. Solet enim hæc ipsa vunctione fieri in diuersis corporis partibus et membris propter causas, quas vel mediocriter eruditus facile colliget ex pliis, quæ tum dicuntur, orationib⁹: & quidem spectatim in eis membris & partibus, in quibus quinque sensus hominis vigent: & quidem propterea, vt quicquid per illos egrotus peccauit, per huius vunctionis virtutē efficaciter aboleatur: simulq; ægritudo ipsa corporalis, quæ fortassis ob peccatum contigit, vt sc̄e fieri solet, submoveatur. Cuius causa Christus ad eum, quem curaturus erat, aliquando dixit, vtpote ad paralyticū curādum: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Sic

Mar. 8
Mat. 13

Ioan. 14 negamus cōtra veritatem, dicentem: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse facier, & maiora horum faciet. Id quod passim in nostris Centuris, & aliis nostris pro sacro sancta religione nostra operibus, nō cōtemnendis scripturis & harū rationibus & exemplis ostendimus. Atq; hoc est, quod semper

Mat. 17 me Christus ad singulos, quos curauit, dicere solitus fuit: Fides tua te saluū fecit. Qui & à se curādos, ad fidem

Mar. 9 cohortari solebat, dicens: Omnia quæcunq; orationes peti-

Luc. 9. tis, credite quia accipietis, & sicut vobis. Id quod maxi-

Mar. 11 me fieri cōuenit in receptione sacramēti Vunctionis extremitate, quemadmodum accipimus ex verbis Iacobi, de hoc ipso sacramēto loquētis: Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesiarū, & orent super eum, vngentes cum oleo in noī dñi: et oratio fidei saluabit infirmū, & allcuabit cum dñsi: & si in peccatis sit, remittetur ei.

Iac. 5.

Mat. 9.
Mar. 2.
Luc. 5.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Sic compellabat eum, qui triginta octo annis ægrotaute vñ
rat, & ab ipso ad pristinam valeritudinem restitutus fue
rat: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius ti
bi aliquid contingat. Nec est quod de virtute & efficac
ia huius sacramenti vñctionis addubitemus, quum nō
solum signet ipsam, præ se feratq; ipsum clementum vi
sibile, sub quo latenter operatur diuina potestas, sed &
ipsum verbū testatur, quod innititur promissiōnī, quā
Apostolus Iacobus a Christo proculdubio promulgat
Ioan. 5 iniquis: Et oratio fidei saluabit infirmum: & si in pec
catiste vñ, remittentur ei. Qux quidem verba satis super
arguunt, huius sacramenti vim q; maxime ab oratione
fidei pendere. Cuius etiam causa plus orationum eccl
esia adhibet administrationē huius sacramenti, q; vñli ali
terius sacramenti. Id quod & singulariter consolationē
esse debet ægrotanti, prout paulō latius in sequentib;
capitibus audiēmus, vbi prius de institutione sacra
menti Vñctionis extremæ audierimus.

A quo, & quando, & quomodo fuerit institutum
Vñctionis sacramentum. Cap. CII.

Mat. 10 Mar. 3 Luc. 9

Qum propter rationes, quas in frontispicio hu
ius de sacramētis operis attingere cœpimus, sa
cramētū nouę prefertim legis, nō potuerit nisi ab ipso
deo et ab ipso dei filio dari et institui, nō aut ab ullo ho
mīne: profecto nō potuit nō ipsum postrema Vñctio
nis sacramētū ab eodem esse institutū, quāvis fuerint
qui putarūt secus, sua tamen nō potuerunt opinione nō
falli. Siquidem eius sacramentum Christus fuit institutor,
quando duodecim discipulos illos ad se vocauit, col
lēm̄y binos misit: & ipsi certa quadam legationis for
ma præscripta, & potestate, quā deberet vti, data & cō
cessa, exierunt & prædicarūt homīnb;, vt pœnitentiā
agerent, & daemonia multa ejecerunt, & vñxerūt oleo
multos ægrotos, qui & sanati sunt: nō dubium quin id
ipsum ex Christi institutione ac mandato, nō sua præ
sumptione, fecerint. Qui enim fieri potuissent, vt sancti
apostoli in tanta legatione præter Christi præscriptum
quippam fecissent, qui nō sua, sed data tantum potesta
te vñ

DE EXT. VNCTIONE. LIB. III. 111

te vñ sunt, haud sane nescij, discipulum nō esse supra ma
gistrum? Dubitari proinde nequit, quin ecclēsia hoc sa
cramētū ex ipsius Iesu Christi institutione acceperit,
quod deinde diuus Iacobus apostolus, prout accepit a Iaco.
Christo, sub modo ac forma p̄stulam & exhibens
dum docuit, populoq; tradidit, vti Paulus egit cum sa
cramēto Eucharistie. Ipse quidem S. Iacobus ita dicit
in promulgatione huius sacramenti: Infirmitur quis in
vobis? inducat presbyteros ecclēsias, & orent super
eum, unigenites eum oleo in nomine domini: & oratio
fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus: &
si in peccatis sit, remittentur ei.

Ex quibus sane verbis Sole clarius accipimus, hanc,
quā vulgo extrema vocamus, vñctionem, sacramētū
elle, quæ neq; signo careat visibili, neq; promissione grā
tiae: quin imo nec ex humana, sed ex Christi institutione
& apostolica traditione descendenter. Id quod vniuersa
lis ecclēsia, tam veteris q; nostræ, Græcæ pariter & La
tinæ, cōsenitus vñanimis, & ipse etiamnum sacramētū
vñus, modus & forma, plus q; evidenter comprobant.
Quod euidentius ex subsequenti capite patebit.

De ministro, vñ & forma sacramenti Extremæ
Vñctionis. Cap. CIII.

Modò cōstat ex dictis, apostolum hanc vñctionē
pro sacramento tradere: proptereaq; dubitadū
nō esse, quin sacramētū vere sit, q;q; apostolus nō tam
impie fuerit arrogans, vt pro sacramēto traderet popu
lo, quod sacramētum non esset. Iam verò tametsi idem
apostolus cōdendi sacramēti potestate non habuerit, cō
stat tamē eum verbis illis tradidisse populo, quod ipse
a Christo acceperit, qui vt alia mundo voluit innotescere
per Matthæū, alia per alios euāgelistas: quid prohibet,
quod minus quādam etiā doceri voluerit per Apo
stolum Iacobum? Et mirū sane est, q; hæretici negant
hoc tāto apostolo, quod vel etiam quiddam maius, vt
pote de venerabili Eucharistia (& quidem recte) cōce
dunt apostolo Paulo, qui sibi illum longe præferendum
alibi cēsunt, maximē quod ecclēsia ex illius verbis vñsum
1. Cor. 11 Gala. 1.24

Q &

FRID. NĀV. IN CATH. CATEC.

& formam huius sacramēti receperit, quanvis in eius administratione non vbiq; issdem præscriptis verbis vtatur, sed uno tamen sensu, cuiusq; verborum, magis interest. Est autem usus huiuscē sacramenti, q; presbyter infirmum oleo per episcopū consecrato ungat, atq; pro ipso infirmo prececur, ut quicquid mali designauerit, hoc illi Dominus dimittat, & pristinā illi corporis sanitatem restituere dignetur. Forma verò administrationis à diuo Gregorio tradita, sic habet: PER istam sanctam vunctionem et suā p̄fissimā misericordiam, indulget tibi Deus quicquid deliquisti per visum, olfactum, auditum &c. Ab Ambroſio autē forma tradita hæc est: V N G O oculos tuos, aures tuas &c. oleo consecrato in nomine patris & filii & spiritus sancti. Nec est quod in disputationē hac parte trahatur, ut earum forma de necessitate sit, qui de necessitate dunt taxat esse censeatur, ut iuxta S. Iacobi præscriptum sacerdos oret pro infirmo, & ipsum oleo sanctificato ungat, solitāq; ecclesiæ suæq; diocesanos forma aut modo sine contentione vtatur. Ipse verò sacerdos in eiusdem sacramenti administratione non suā, sed apostoli Christi ac ecclesiæ personā, sicut & in ceterorum sacramentorū administratione gerit ac repræsentat. Sicut enim Christus est qui baptizat, qui corpus suum tradit ac cōmunicat, qui ligat ac solvit: sic ipse idem Christus est qui intrinsecus inungit, qui sacerdos ipse ministerium dunraxat externum adhibeat: quandoquidem Iesus ipse Christus est Samaritanus ille euangelicus, qui homini à latronibus despoliato, grauissimisq; plagiis affecto appropinquans, ceteris prætereuntibus, misericordia mouetur, & totus curationsi ægrotantis hominis intentus, sacramentorum suorum alligamenta adhibet: quem & alligatum, iumentoq; suo impositum, in stabulum ecclesiæ ducit. Ipse verò sacerdos stabularij vicem gerit, cui præcipitur, ut curam ægroti agat, sed pharmaciis a Christo, vero illo Samaritano, hoc est, hominum custode, qui solus sanat cōtritos corde, & alligat cōtritiones eorum. Supereſt igitur, ut fateamur hanc vunctionem verū esse, nec vulgare, Ecclesiæ sacra-

Iacob. s

1. Cor. 3

Luc. 10

Pſal. 146

DE EXT. VNCTIONE LIB. III. 114

mentum, quā Christus instituit, & Iacobus illius mandato sub certa forma promulgavit, verbum exprimēs & clementē, nec gratiæ promissione carent ē, reluctantibus etiā universis inferiorū cohortib. vide licet hæreti-
cis, q; facile refutabimus, autore Deo, in sequenti cap.

Confutari hæreticos, qui negant vunctionem insinuorum esse sacramentum, quia epistola Iacobi non certi sit autoris. Cap. CIII.

A vunctionē infirmorū, quā dicimus extremā, esse sacramentum ecclesiæ catholice: nec ex humana, sed ex Christi institutione & apostolica traditione descēdere, quido nec signo visibili, nec promissione carcat gratiæ: ediuſoq; cōſtare putamus, oīno vanos esse, qui ex hac vunctione officiū ciuile faciuerit, quū credi minimē parat. Christus ipse, altissimi dei filius, rex regū, dñs dominant̄, sanctus sacerdos, suos discipulos fecerit chirurgos siue clinicos, sed apostolos, qui vnguerēt ægrotos olco, nō quidem medicinali, sed sacramentali & mystico: vt cuncti plus q; leuiter & impudenter, vt fermē optima quaque veræ religionis Christianæ eleuauerint, subsannauerint, & nescio cui prophanissimæ vunctioni cōparauerint, qua calceamenta sua vñcturi erant. Indigni propterea sunt, quibus quoquo modo suffragetur, quicquid vñpiā est sacramentorū sacrosanctæ ecclesiæ, cuiusmodi est extrema illa vñctio, quā ecclesia rectilime retulit in numerū septē sacramentorū, ex Iesu Christi institutionē, quāuis postea diuus apostolus Iacobus modum & formā administrationis eiusdem dilucidius expresserit, quādmodum veteres illi patres ac ecclesiæ catholicae doctores, vt pote Innocētius papa I. Gregorius, Dionysius, Chrysostomus, Theophylactus, Hieronimus, Ambroſius, & Augustinus, & id genus alij cōplures, & Græca et Latina ecclesiæ, & ij quidē proletarij classiciq; scriptores, sanè recto iudicio declararūt & pleno nimis ore pleriq; oēs, vt testes omni exceptiōne maiores, contestantur ipsum diuū apostolum Jacobum, huiuscē vunctionis meminisse, quā Euangelista Q. a. Mar

1. Tim. 6
Apoc. 19
Dan. 9

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mar. 6.

Marcus scribit apostolos, potestate à Christo acceptis, ægrotis adhibuisse: ut quotquot sunt inferiorū phalanges, nempe haeretici, tanti sacramenti vim nequaquam vere propere possint eleuare, quod epistola S. Iacobi, nō ipsius sit apostoli, sed alterius incerti cuiusdam auctoris, quippe toto celo deerrates & desipientes: quandoquidem eam ipsam epistolam non modo esse fatentur ipsius S. Iacobi apostoli plerisque oēs, quos nunc recensuit, catholicae ecclesiae doctores, quibus vix illius unq̄ in scripturis doctior, nec exactiori censura fuit in distinguendo certa à dubiis illius: sed & yniuersalis toto orbe ecclesia, vel ab initio sui usq; in hac nouissima tempora, fatetur & habet eā epistolam pro diu apostoli Iacobi epistola. Cui sanè catholicae ecclesiae, & eius decreto et iudicio, plus est in omnibus quæ verat sunt fidei, pietatis & religionis, fidei habendum, q̄ in uno duntaxat articulo cunctis, qui fuerunt à condito mundo, schismatis & haereticis, penes quos liquet nō esse censuram diuinorum, sed apud catholicam ecclesiam: cuius peculia re est, discernere verba Dei à verbis hominū, quando sola habeat spiritū veritatis, qui docet eam, ex promissione Iesu Christi, summae veritatis, in ea quoq; semper manentis, omnem veritatem: quæ propterea dicitur ac est ipsi Paulo, sola firmamentum veritatis & columnam non autem haeretici, totius falsitatis & erroris & mendacij doctores et autores. Stabimus igitur sacrosanctę mari nostrę ecclesię, ipsamq; quam vocamus extremamunctionem pro vero sacramento veneremur & habeamus, usq; eo pro loco & tempore & causa, prout subinde paucis quasi repetendo demonstrabimus.

In quem præcipue vsum, sacramentum unctionis fuerit institutum, sumitq; debeat. Cap. CV.

Quanuis, in quem vsum debeat potissimum adhiberi sacramentum unctionis infirmorum, partim ex eius nomine, partim ex eiusdem descriptione, quam paulo superius dedimus, partim ex catholicis ritibus & ceremoniis & precatiōibus, quas ecclesia catholica in huius sacramenti ministratiōne satis decen ter

DE EXT. VNCTIONE LIB. III. 123

tervenerit, intelligi possit: haud tamē obfuerit, arbitror, ut perinde dicta repetitur, et quodam quasi epilogo recensurus, in praefentia paucis edisserā, quo præcipue unctionis sacramentum sit institutum et recipiendum. Sciu proinde dignum est, hoc unctionis sacramentum rite firmiterq; recipiendum esse in remissionē reliquiarum peccatorum, & aduersus terriculamenta & trepidationes mortis instantis, (que circa finem vitæ menti hominis morbo grauiter decumbentis, sepius q̄ alio tempore occurfare solent) ut videlicet pium sit solatiū, ac fiducia titubantis fulcimentū. Id quod, qui ægrotat & inungitur, facit, quando recognoscit, uti debebit, sece certo per fidem illam & piam ecclesiam, cuius ipse confortio, quæ vitium membrum, iustus est, precatio nem & obsecrationē, quæ in recensione Letaniæ quoq; sieri solet in hoc sacramento, vel conualitutū lese, si deo sic vsum sit, et sibi ad animam suę salutem proficit: vel saltem certa cū fide bonaq; spe hinc emigraturum, atq; in domino obdormiturum: idq; maxime, quando scit ac intelligit orationē fidei, scribente djuo Iacobo, eamque presertim, quæ & signum exterritū & promissionē, apostolica traditione confirmata, sibi annexa habet, apud Deum nō esse vanā posse: sed ad alleuationem quum corporis, tum animi, adeoq; ad remissionē peccatorum magnopere valitutam. Cuius causa ægrotati maxime opus est deuotione & vera fide, per quam nihil nō obtinere poterit, quū sciat credenti possibilia esse omnia. Quapropter sanctus Iacobus postulandum vult in fide, nec habitudinem quicquam. Quo autem affectu debeat esse inungendus, sequens explicabit caput.

Quo esse debeat ægrotus affectu, quum fuerit extrema unctione curandus. Cap. CVI.

Quam delirant, qui renuant inunguentia in agone ne propermodum mortis, q̄ opinantur se propter ea citius mortem obituros, ex supra memoratis facile quis dignoscet, quum longe secus & opinari & credere debeat, quandoquidem contrarium multo ve- rius sit ac habeatur. Qui proinde se presbytero offert

Iacob. 3.

Mar. 9.

Mat. 17.

Luc. 9.

vnguen-

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mar. 6

vngendum, non alterius esse debet affectus, q̄ fuerint olim ægroti, qui se apostolis vngēdos præbuerūt; quippe q̄ ipse, si deus in suam gloriam & eius salutem velit foris ac intus sacramento vñctionis certo sanus & saluus sit futurus. Credereq̄ firmiter dehet, (sic ut & ipse quoq; presbyter credat) presbyterū non suam, sed apostoli Christi, adeoq; totus ecclæsia personam gerere, atq; hoc agere, vt ægrotus ipse non fecus acq; fortis athleta, & velut in extrema pugna constitutus, omnibus fantanicis tentationibus (quas tuum portillimū cacodemon turmatim solet ingerere) fortiter repugnet & resistat, et ad omnipotē tentationis impetum fideliter deum preceatur, ne intret in tentationē: secundūq; constanter et ex animo dicat vel cogitet saltem, si fragilitas suā debilitas loquit vocaliter haud permittit: Vade satana, nihil in me patris habebis: quādoquidem Christi membrū sum, Christi miles et athleta sum, in cuius sane signum, oleo crianter externo, iuxta apostoli traditionē, inunctus sum. Quia propter tuum princeps huius mīdi, tu maledicē spiritus, discede procul. Nam ille te foris eiecit, et ob id in me nihil habes, nec mihi et tibi cōmune est quicq;. Quia enim cōuentio Iesu Christi (cui insitus sum) & Belial: Quid templo dei cum satana? Insuper etiam multis stipulis, satellitibus, in animę meā excidium coniurat, appareat, non te timeo tamen, non te metuo: plures enim mecum sunt q̄ tecum. Tota enim sanctiorū ecclesia pro me curam gerit, agit & orat, meq; in suam tutelam recipit, aduersus quā non præualebis: quomodo ego interim quoq; a deo certissima habeo fiduciat mea signa & testimonia, quippe sacramenta pœnitentia, eucharistia, et hoc extrema vñctionis, quibus deus nequaq; me faller, sed promissioni sue adfiliens, faciet ac perficiet quoq; omnia, quæ in eorundem exhibitione mihi pollicitus est. Jam vero quis dubitat, hec et id genus alia, quum cogitata fuerint ab ipso ægrotante, sive ab ipso sacerdore paulo deuotius recensita, magnam illi suggesterit suscitare alieuationem mētis aduersus horrorem mortis, in quam instantem ipsatum tota defigit oculos, itidem aduersa

Ioan. 14

Mat. 12
Luc. 11
Ioan. 13
Ioan. 14
2. Cor. 6

4. Re. 6

Mat. 15

DE EXT. VNC TIONE. LIB. III. 124
aduersus satanā impetus, tum solito grauiores plurimum valere? Quod si tunc temporis omnium maximè ac modis omnibus admittendum est, atq; etiam vndiq; omnia pietatis fulcimenta congerenda sunt, ne ægrotis fiducia excidat, sed ut q̄ maximè aduersus spiritales iniurias roborentur: non recte faciunt, qui hoc sacramentum in eum vsum peculiariter institutum, ac tam serio per apostolum Iacobum ecclesię tradiunt, ex ecclesia prorsus auferre protrudereq; moliuntur, quando ex dieis factis superq; constat, in hac ipsa suprema vñctione concurrere omnia, quæ veri sunt sacramenti. Supereft modò, antequam colophona huic operi addamus, nonnulla subiicere, quæ circa huius sacramenti vsum ignorare non conuenit,

De quibusdam catholicis circa sacramentum
extremæ vñctionis obseruantis.

Cap. CVII, & vlt.

Nevel presbyter, vel ipse ægrotus inungendus, circa vitam extremæ vñctionis quicquam possit aut negligere aut ignorare, fortassis haud obherit, aliquot circa eandem vñctionem obseruantias seruari solitas, ad finem huius voluminis enarrare. Scitu proinde dignum censeo, paſſim haberi catholicum, vt inungenit, 26. q. vlt. annos ad minus æteris suæ habeat octodecim, et ca. q. ca. ne quis pluries in anno quam semel inungatur, eisq; A nobis. plus ipsum ægrotare contingat; nec inungatur, nisi qui De sent. suæ sit mentis compos, ipsamq; vñctionem vel verbis excōdic. vel signis postuler: nec inungantur scapulæ, quæ sunt in baptismo vñctæ, amodoq; ministerio careant: nec etiam ægrotus inungatur in fronte, sed in ipsis temporibus: nec ipsius presbyteri manus intus, sed foris qui, Extra de- dem vngi debent, quum sint in ordinatione eius vna tem. ord. cta intus: quicque semel ab episcopo inunctus est, ob ca. Cum ipsius reverentiam per presbyterum vltierius non in. in distrib. ungatur. Ipse vero ægrotus, vbi inunctus conualescit, inuncta loca lauari procuret, & aqua lotionis in de cōfec. signem diffundatur. Qui si laborarit in extremis, in Baptizati vngatur illico, ne sine vñctione decedat.

Q. 4

Quibus

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Quibus in rebustamen non puto contemnendam vna
us cuiusq[ue] ecclesie cōsuetudinem, cum catholica eccl[esi]a
se conformantem. Quæ tanti fuit etiam Paulo, alteri
apostolorū principi, ut contra contentiosum nihil pra
terq[ue] ecclesiæ consuetudinē censuerit opponendum, &
respōdendum. Id quod equidem longe magis factitan
dum in eo crediderim, quod est consuetudinis ecclesiæ
catholicæ: quæ usque admodum veritatis est columna & su
mamētum, ut aduersus eam nec inferiorū portæ sint uia
quam præualitātē, ut pote adificatam supra firmam pe
tram, quæ est Christus, omnium sacramentorū autor, in
ea usq[ue] ad summationem seculi diebus omnibus per
seueratus, cui cum patre laus & decus sit in unitate
spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

s. Cor. ii

*1. Tim. 3
Mat. 16
Mat. 7*

*1. Cor. ro
Mat. vlt.*

Friderici Nauseæ

BLANCICAMPANI

in catholicum catechismum de decem præceptis
decalogi, Liber IIII.
PRÆFATIO.



Ost fidei, orationis & sacramentorum
tractatum, videtur nobis nō absur
de tractatur de decem præceptis dei
Opt. Max. Quandoquidem tametsi
vitam æternā, ad quam ordinati su
mus, & quā incredulitate protopla
storum perdidimus, recuperare non
possimus, nisi fide & credulitate, & hanc deuota oratio
ne, quum fides sit dei donū, quod precibus est impetrā
dum, consequi possumus, & eius consequutionis secu
ritatem, sacramentis quasi quibusdam signis, arraboni
bus, & pignoribus confirmati & corroborati, nos cer
eo habere monemur & instruimur: opus tamen est, ut
addamus opera bona, sine quibus fides est mortua, quia
bus

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. *ns*
bus ipsi fidem nostram præbemus, nostramq[ue] vocatio^s & Pe^t
nem & electionem certam faciamus: quæ propterea Ephes^o
deus creavit, ut in eis ambulemus, in quibus cum pro
toplaci facti deo increduli, non ambularunt, aeterna
damnati sunt morte.

Iam verò quia bona opera partim sunt simpliciter
mandata dei, partim verò in eis cōtentia & per ea intel
lecta; superest modò, ut post fidei, orationis & sacramē
torum tractatum, simus tractaturi de præceptis diuinis,
sine quorū obseruatione non est, ut adulti rationisq[ue] ca
paces, putemus nobis aut fidem, aut orationē, aut sacra
menta prodesse: quum transgressores mādatorū, simus
non aliud q[ue] peccatores: peccatores verò sunt a deo diui
si, nullam habentes cum eo partem, quā sint mortui, nec
aliter reuicturi, nisi obseruatione operum pœnitentiæ,
quæ præcipua sunt mandata, docente domino deo per
scripturam: Seruā mandata mea, & viues.

Pro. 7

De datore mandatorum, Caput I.

Quam dura sunt res, maiestas videlicet & bonis
ras, quæ necessariæ sunt in unoquoque legislato
re: maiestas, ut is autoritatem habeat legem condendi,
puniriq[ue] legis transgressorē, potestateq[ue] & exequu
tionem: bonitas, ut condat legem, & mandet non in sue
um, sed in suorū cōmodum & bonū, ut non surè volun
tati, sed subditorū uilitati videatur consuluisse: viden
dum proinde erit, quis & qualis sit, qui dicit ad vnum
quenq[ue]: Seruā mandata mea, & viues: volens, ut vnuis
quisq[ue] quod mandat, seruet, non obmittat, nec transgre
diatur: Num videlicet videatur præcipere, quod omni
bus utile est, (quum legislatoris sit cūs facere bonos)
& habeat potestatem tantā, quo possit pro loco & tem
pore facere exequitionem in ipsum transgressorē:
quandoquidem nihil est dare legem, nisi lex ipsa manu
teneatur ut seruetur, & non seruana, multetur.

Ibidem

Atq[ue] nimirū si attenderimus, quis dicat, seruā man
data mea, & viues: profecto intelligemus eum esse do
minū deum, quē Solomon rex sapientissimus loquentē
introducit, qui quondam mandata illa, de quibus sonat

Q. 5. verba

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

- Deu. 4.** Verba præfata, datus, ait. Ego dñs deus tuus &cæ.
- Exo. 20.** Quia enim dicit le dominum, ostendit se habere maiestatē dandi præcepta & mandata: quicq; possit exequitionem facere suorū præceptorum in omnem gentem, non modō in vnam; quandoquidem est dominus dominus noster.
- Tim. 6.** nantium, prout ipsum scriptura nominat, & quidem
- Deu. 10.** Primō, ob amplitudinē dominij: quoniā sicut crea tor est omnium, ita dominus est omnium, cœli videlicet Gene. 1. et terra, & omniū quæ sunt in cœlo et in terra, prout ad ipsum Christus iuxta humanitatē suā orat, dices;
- Mat. 11.** Confiteor tibi pater, dñe cœli & terræ, hoc est, cœlestium, terrestrium et infernalium, visibilium, inuisibiliumq;
- Act. 17.** Col. 1. rerū, iuxta Paulum dicentem: In ipso condita sunt vniuersalia in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia. Quem proinde Iudith. 9. vocat ipsum dominū totius creaturæ.
- Hest. 13.** Ipse verò Mardochæus, appellat eum, dominū vniuersorum, in cuius ditione sunt omnia posita. Quum proinde dñs sit vniuersalis, nec alius nisi ipse, ideo mandata ipsius sunt vniuersalia, quoscūq; mortales, imò creatures omnes obligatia, quum mandata aliorum dominorum ligent nistea, quæ sibi subsunt particulariter.
- Secundō, ob autoritatē dominij, quoniā ipse nō est subdelegatus, sed proprius, & autoritatē propria dñs, sub quo sunt & subiiciuntur, quotquot sunt alii dominii, tanq; subdelegati, potestatem limitatam habētes, si ne illis potestate nihil omnino valentes, quārum ipse vult potentes, illi rationē reddituri de suis omnibus gubernationibus & dominiis. Ideoq; Paulus ad eos dominos, qui superbiunt quasi sui essent domini, nec haberēt supra se potentiorē et maiorē dñm deum, si a scribit: Domini, quod iustum est et æquū, seruis præstare, scientes q; et vos habetis dominū in cœlo, qui & uester & illos, rum dominus est. Ideoq; omnium eorū, quos secundum quid vocat dominos, mandata debent ad illius dominum dominantium mandatorū conformitatē esse, cui magis q; illis, quum sint homines, obediendum est. Sunt prom de ceteri in terra domini, duntaxat delegata dominacione, & ex accidente domini; deus verò ipse, natura

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 128

- est & secundum effectum dominus verus, & idem fui li omnino subiectus, sed cui subiecta sunt omnia, de se dicens: Ego dominus, et non est alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Ego dominus faciens haec omnia. Tertiō, deus ipse dominus est dominium, ob potentiam et fortitudinem dominij & exequitionis, quoniā cunctis etiam nolenti bus dominari potest et dominatur, quum nomē habet omnipotens, quia possit omnia: cuius voluntati nemo potest resistere, nec eius exequitionē et sententiam effugere quispiam: qui habet mortis & vitae potestatē, & deditus vscq; ad portas mortis, et reducit. Atq; ideo, quum salvator videret suos discipulos, quoniā ipsi prædixerat, quomodo essent aliquando dicendi ad principes et terræ dominos ob eius Euangelion et nomen, esse deterritos, & vellet eos admotere multo potentiores domini, quem magis deberent timere, dixit: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animā verò non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest & animā et corpus perdere in gehennā. Nonne duo passeres asse vaneant, & vnu ex illis non cadet super terrā sine patre vestro? Velti autem et capilli capitis omnes nus merati sunt. Quapropter Mardochæus olīm, quū mors sibi populoq; Israelito ab inimicis certa impenderet, ita orauit ad dominū, dicens: Domine rex omnipotēs, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & nō est qui possit tute resistere voluntati, si decreueris salvare Israel. Tu fecisti cœlum et terram, & quicquid cœli ambitu continetur. Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tua &cæ. Et nunc domine deus miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere &cæ. conserue luctum nostrum in gaudium, ut viuentes laudemus nomen tuum domine.
- Vide proinde charissimi, qualis & quantus sit ille dominus, qui dat vnicuiq; nostrum mandata, quæ et serio vult ab unoquoq; seruari. Certè nullus ei potest ab initio mundi similis esse, nec similis futurus est: vñquam in omnibus, quæ concernunt dominum dominantium,

Esa. 43:1

Exo. 15

Judith. 16

Gene. 50

Sap. 16

1. Re. 2

Tob. 13

Mat. 10

Ibidem

Heft. 13

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

& regum regem. Quæ David animaduertens cum ad
Psal. 88 miratione ait: Domine deus virtutū, quis similis tibi?
Esa. 46 Cui dominus respondet: Non est mei similis. Consili-
um meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Id quod
nulla potestas humana ab initio mundi vere dicere po-
tuit, nec dictura est vñquam.

Iam verò, si diligenter & obedienter pleriq; oēs, pro-
ut deceat, currimus ad Imperatoris, regis, ducis, & id ge-
nus alterius principis & dñi, mandatum, & hoc ipsum
diligenter & reverenter audire seruareq; studemus: eheu,
q; diligenter adcurrere debemus ad mandatum, & ip-
sum diligenter & reverenter seruare, tanti Imperatoris,
regis & domini, sub quo illi omnes sunt, cuiq; omnes
creatura in celo, terra & inferno obediunt cogentur: &
quidem maxime, quia eius mandata non possunt nobis
omnibus nō esse late in bonū, cōmodumq; nostrū: quā-
Mat. 19 doquidem summe & solus est ille bonus, eiusq; boni.
Luc. 18. tas excellit omnē bonitatē, vt ex ipsis nomine claret.

Quia enim dicit se deum, ostendit se eius esse bonita-
tis, vt nihil possit nobis mādere, nisi quod nobis utile
sit & necessarium & bonū, quando à bonitate suum si-
bi vendicauerit nomen deus. Sicut enī domini nomē
ad magnificētiam, ita dei nomen ad bonitatem & mu-
nificētiam censemus referendum. Id quod non modò
Græca, sed & Germanica & Latina nomenclatura, qua-
ipse nominatur, testatum facit. Ipse quidem Græca ap-
pellat utrū & latine deus, adando videlicet, quoniam
det hominib; imō creaturis omnibus, quicquid est utrū
le, bonū & cōmodum, dicente Iacobō: Omne datum
optimū, & omne donum perfectum, de sursum est à pa-
tre lumīnū. Ipse propretra deus germanice appellatur
Gott, id est, gutt, id est, bonum, quia sit tanquā fons in-
deficiens, abundans omni bonitate: vnde quicquid est
vel nominari potest bonū, manet & deriuatur. Et recte
nimisq; lingua nostra germanica, imō pulchrius et apti-
us, q; vlla alia lingua, dominū deum appellat bonum,
quasi nō sit aliud bonū nec in celo nec in terra, q; ipse
per excellentiam, & quidem in neutro genere, bonum.

Jacob. 1

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 117

& quidem sine articulo, vocetur. Id quod adeò verum
est, vt veteriores illi Theologi deum esse dixerint, quo
mēsus excogitari nō possit, quia summū bonū, nec po-
rens nisi bene facere: & quicquid facit, optimū sit, vt cū
q; nobis tale non videatur. Id quod & germanica pro-
uerbia veteriorum præ se ferunt, quorū vnum habets:
Deus det nobis, quod eius diuinæ est voluntatis:
Gott gebe vns was seyn gottlich wil ist. Alterum
verò habet: Modò deus det nobis, quod nobis fauer.
Gott gebe vns nñr, was er vns gat.
quasi tam bonus sit, vt nihil mali velle dare possit, nec
aliquid mali nobis fauere queat.

Cuius infinita bonitas eti patet in omnibus creatu-
ris, quæ etiam nō possunt nisi bona ab ipso esse creatæ,
tamē nō obscure patet ex hoc, q; tametq; illi debeamus
omnia, tanq; summo domino nostro serui, & licet fece-
mus omnia præcepta quæ nobis præcepit, tamen su-
mus inutiles serui, quia fecimus quod debuimus: nihil
lominus tamen promittit se nobis daturum mercedem
pro obseruatione suorū mandatorū, vt videlicet nobis
ex gratuita saltem reprobatione, quod non debet ex
merito, debere posit & velit: & quidem ex promissio-
ne gratuita nobis velit debere mercedem longe maxi-
mam, quam nemo aliis, nisi ipse largiri possit, nempe
vitam, velut paulopost dicemus.

Qualis & quanta sit à deo merces, eius mandata
seruantibus.

Cap. I.

Dictum est de superexcellēti maiestate domini dei,
propter quam habet cōdere mandata, & in ipsorū
transgressores modis omnibus animaduertere: dictum
quocq; est de ineffabili & tāta quidem bonitate ipsius,
vt eius mandata non possint non esse bona & optima,
& ideo in omnium subditorū bonū & cōmodum esse
data, vt qui tam sit bonus, vt etiam pro obseruatione
mandatorū suorū, quæ aliqui propter infinita et maxi-
ma ipsius in nos merita, seruare prorsus obligantur, no-
bis ex gratuita promissione dare velit mercedem omni-
um longe maximā, quā non possit alius præter ipsius
dare,

Gene. 2.8

Luc. 17

Pro. 7

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Pro. 7 dare, nimirum vitam, dicens: Serua mandata mea, et viues. In quo quidem ultimo verbo, scilicet viues, dominus ipse deus optimus maximus non modo promittit se dare pro obseruatione suorum mandatorum vitam, & hanc quidem temporalem, sed et aeternam, quod utraque veniat appellatione vitae, & una sit alterius quasi relativa;

Gen. 2. Est autem vita illa, quedam naturalis spiratio, qua sumus & vegetarum & sentimus & agimus: quia deus quidem creat animam in utero materino, bonitate omnipotentia sua largitur & infundit creaturis, vnicuique in suo genere, iuxta scripturam dicentes: Formauit dominus deus hominem de limo terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam vivente. Et hanc quidem vitam dare nemo potest, nisi ipse qui vera vita est, eademque aeterna, cuiusmodi solus est ipse dominus deus, dicente Christo: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Q.d. non est ut sit qui vitam habeat aut aliis det, praepter patrem deum et me, qui sum idem cum patre. Et vere nimirum, quoniam sit ipse per quem omnia facta sunt, et sicut quo factum est nihil, & quod factum est in ipso, vita erat.

Act. 7. Atque hoc est, quod Apostolus ait apud Athenienses de deo: Deus, qui fecit mundum, & omnia quae in eo sunt, hic coeli & terrae quum sit dominus, non in manus fratrum templis habitat, nec manibus humanis colitur, nec indiget aliquo, quum ipse det omnibus vitam & inspirationem. In ipso enim vivimus, et mouemur, et sumus. Id quod usque adeo credit Moses, ut non dubitauerit de deo ad populum Israeliticum dicere: Ipse est vita tua, & longitudo dierum tuorum.

Deu. 30. Ipsam verò hanc presentem vitam, deus ipse dare vult, ut pote satis longeviam, & nedum ipsam vitam, sed & commodam vitam, et quicquid ad commodam vitam pertinere putamus, dare quidem vult hanc ipsam seruantibus sua mandata, quae & aliás ob id vita mandata appellantur.

Baruch. 3. Primo quidem dari vitam hanc temporaneam per ipsam, testatur dominus per scripturam, dices: Fili mi, ne obli-

DE DECIM PRÆCEP. LIB. III. 18

Mhiuscaris legis meæ, et precepta mea cor tuum culte dat. Longitudinem enim dierum & annos vitæ apponent tibi. Quod Moses ille dei Ieruus scripsit, ait: Scito ergo hodie, & cogita in corde tuo, quod dominus ipse est deus in celo sursum, & in terra deorum, & non est alius. Custo di precepta eius atque mandata, quae ego præcipio tibi, ut bene sit tibi, & filii tuis post te, et permaneas multo tempore super terram, quam dominus deus tuus datus es tibi. In cuius argumentum, quum Ezechias olim paulopoist iussu domini moriturus, oraret dominum, ut propter obseruationem eius mandatorum, quae servauerat, sineret eum diutius vivere, dominus ipse nota modò ipsum ab aegritudine letalii sanavit, sed & ei reliquum adhuc vitæ addidit annos quindecim.

Secundò, dari à domino seruantibus eius precepta non vitam modò hanc temporaneam, sed & percōmodam, & quae ad hanc attinent, patet ex eis quidem bonis, quae promittit sua mandata seruantibus.

Primo enim dicit ipse dominus: Si in preceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuiam temporibus suis, & terra gignet gerumen suum, & pomis arbores replebuntur.

Secundò, apprehenderemus tritum vindemiam, & vindemia occupabit semen. Tertio, & comedetis panem vestrum in saturitate. Quartò, Et absque paurore habitabitis in terra vestra, dabo pacem in finibus vestris, dormietis, & non erit qui exterreat.

Quinto, auferam malas bestias.

Sexto, Et gladius non transbit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Persequentur quinq; de vestris, centum alienos, & centum de vobis, decem millia. Cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Septimo, respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pacem meum vobiscum. Octavo, comedetis vetustissima veterum, & vetera novis superuenientibus proiecitis. Nono, ponam tabernaculum meum in meo dìo vestri, & non abiiciet vos anima mea. Ambulabo inter

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Inter vos, et ero deus vester, vostri eritis populus meus,

Iam vero quis non haec mandata dicat esse optimam, et ea diligenter obseruare studeat, propter quorum custodiam dominus deus tot bona promittit, ut pote que non solum pertinet ad hanc vitam temporalem, & quidem longam, sed & ad commodissimam vitam?

Iob. 7.14 Quis modò nostrum est, qui non ex animo viuere, & quidem diu viuere cupiat? Quis parvus dedit hanc vitam, quamlibet etiam breueri, & quantumvis multis misericordiis plenam? Procul dubio natura nullus.

Quam enim magna res natura sit vita, vel inde claret, quod animalia quaevis vitam tuerunt modis quibus possumus omnibus, & mortem abhorrent: nec sit a mundo conditor repertus aliquis, qui natura non amasset viuere, nec mori abhorruisset ac formidasset.

In hoc tempore & seculo nihil esse nobis potest charius vita, nihil eius amissione terribilius: hanc ut habemus, omnia facimus. Ceterum quando solus ipsam dare possit dominus deus, nec dare vult, maxime cōmodam, nisi seruantibus eius praecepta, conemur modis omnibus ea seruare, ut non modò viuamus hanc vitam temporalem, sed & aeternalem, nam et eam quae post hanc est vitam cum deo aeternaliter viuere in alio seculo, idem dominus deus pro suorum mandatorum obseruatione promittit.

Mat. 19 Secundò dari vitam aeternam a deo seruantibus eius mādata, testatur aeterna veritas Christus Iesus, ad eum qui interrogabat, quid boni facere deberet, ut vita quem possideret, dicens: Si vis ad vitam ingredi, serua mādata. **Mar. 10** Id quod usq[ue] adeo verū esse probat veritas, ut alibi ipsum dei patris mandatum dicat esse vitam aeternam: **Luc. 10** non quod per essentiam sit ipsa vita aeterna, sed quia certissime praestet a deo vita aeterna seruatione sui mādati. **Ioan. 11**

Est autem vita aeterna, quae constat in solo deo essentia, utique potius q[uod] haec temporalis, ut haec ad illam potius propter eius breuitatem, vanitatem, multitudinemq[ue] miseriam sit umbra, dolor & mors ipsa densitas, ut quae non appeti debet, nec quoquo modo diligiri, nisi propter ipsam vitam aeternam, ob quam creati sumus.

ob

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 119

Ob quam hic viuere debemus, & huius temporaneæ vitæ omnia facere propter vitam aeternam, ob quam et haec ipsa temporalis cum rebus temporalibus omnibus est negligenda, Christo dicete: Qui amat animam suam, perdet eam: et qui odit animam suam (id est, vitam suam) in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. **Ioan. 11** **Mat. 16** **Mar. 8** Vult enim hanc vitam temporalem negligi per arbitrio actionem voluptatum, ut alibi habeatur vita aeterna.

Ipsa vero vita aeterna, est ea vita, in qua est latitudo sine tristitia, salus sine dolore, lux sine tenebris, sapientia sine ignorantia, memoria sine obliuione, intellectus sine errore, ratio sine obscuritate.

In ea quocumque nullus sentitur, gemitus nunquam auditur, triste non videtur, regitudo non timetur. In qua iuvenus nunquam senescit, color nunquam pallescit.

Quid multa? Aeterna vita, est vita sine morte et sine omni re, quae mortem possit inferre, quum in ea sumuntur bonum, quod est deus aeternus, possidetur ab omnibus. **Apoc. 2** **Apoc. 12** **1. Cor. 15**

Quæ nimis rursum tanti fuit hominibus a condito mundi sanctis, ut non propter eam nanciscendam nihil non tormentorum passi sint, et vitam deniq[ue] hanc temporaneam libenter exposuerint in mortem, ut aeternam haberent, in qua perpetuo viuunt. Et recte profecto. Nam quid prodesset, inquit veritas, homini, si vivens mundum lucraretur, animæ vero sua detrimentum pateretur? aut quam daret homo commutatio nem pro anima sua?

Iam vero deinde, quis non alacri animo conseruare et audire studeat dei maximæ præcepta, propter quæ non modo datur seruantibus vita haec temporalis in mercede dem, sed et aeternalis; que tanto est temporalis vita præstantior, nobilior, & charior, quanto præstantior nobilio et charior est anima corpore, quod sine illa viuere nequit, quum ipsum animet ac viuiscet? Si est, quod absit, quem ad eorundem præceptorum conseruationem non moueat merces tam supra modum copiosa, ut potest vita haec præsens, simulq[ue] illa futura & aeterna, quatenus post deum nihil excogitari queat nobilior, ipsum

R faltem

PRID. NAV. IN CATH. CATEC.

falteat moueat minata non seruantibus mulcta & poena, qua de statim non nihil dicturi sumus.

De mulcta & poena non seruantum dei praeccepta. Cap. III.

Quando Christus Dei Opt. Max. virginitus, idemq; saluactor & praeceptor noster summus, ita omnium salutis amaror exitit, ut plerosque oes ad salutem modo premio vita tam temporanex q; aeternae, & rebus omnibus illuc attinentibus, modo aeternis & pœnis, utpote temporanex aeternalisq; inmortis, et rebus oib; illuc pertinentibus, se penitus hortatus est, nosq; iam paulo ante eliximus, quale premium, videlicet temporalis & aeterna vita, nos debeat per mouere ad conseruationem diuinorum mandatorum: si periret, ut & ordine consequenti dicamus, quæ vel poena vel mulcta debeat nos oes ad illorum conseruationem, non dico, pellicere, sed & modis omnibus cogere.

Siquidem ut viuunt vtraq; vita Dei mandata seruantes, ita moriantur necesse est, vtraq; non seruantes, temporali videlicet morte per abbreviationem vitæ, & aeterna. Id quod haud obscure percipimus a contrario sensu huius verbi, quod Dominus ait: Seruia mandata mea, & viues. Sequitur enim a contrario sensu: Si non seruabis, morieris, utq; morte tam corporis q; animæ. Idem quoq; intelligitur ex scriptura, didente: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consili sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te. Ante hominem vita & mors. Q. d. Si non volueris conseruare, nec te conseruabunt, scilicet in vita, quoniam morieris. Id quod statim i mundo condito coepit esse verum in protoplastis, qui mox ubi Dei mandatum transgressi sunt, cœperunt esse obnoxij tam temporali q; aeternæ morti, quæ & hereditare coepit in vniuersum genus humanum, quod tamen fide per charitatē operante bona opera & Dei præcepta, in Christum, liberaur ab alterutra.

Est autem mors temporalis nihil aliud, q; corporis ab anima tanq; a temporali vita sua temporalis separatio,

qua

Mat. 16
Rom. 8

Eccles. 15

Gen. 3

Rom. 5
Gal. 5

DE DECÈM PAÆCEP. LIB. III. 30
quæ rursus in nouissima die Christi voce et virtute res ibunt. Ea autem mors usque adeo est amara, scriptura teste, & eius etiæ memoria, ut Aristoteles per experientiam concluderit, morte omnium terribilium esse terribilissimum: utpote quod ea separatio nihil sit horribilis ius, nihilq; crudelius, quæ & omnem in terra passioneum superet, prout satis clarerit in agone cuiuslibet hominis. Hinc volunt eos, qui resuscitati, denuo debuerunt morti, memores doloris mortis, in vita non ultra risisse.

Ipsa vero mors aeterna non est aliud, q; aeterna corporis & animæ hominis ab aeterno Deo, id est, a vita aeterna, separatio in eternam damnationem & poenam: non ideo mors dicta, q; corpus & anima damnati post vitam hanc temporalem morerentur aeternaliter, quum eque viuant apud inferos aeternaliter, sicut corpus & anima saluati viuunt aeternaliter in celo: sed ira dici coepit, q; eorum vita propter aeternam a Deo separationem & ineffabilem poenam, tam sit calamitola & mala, ut non modo similis esse possit omni tormento in hac terra, sed et ipsi poenæ mortis, adeoq; ipsi morri, velut aliquo dies hominem vehementer egrotantem, dicimus mortuum, &c. Insuper qui Dei mandata non seruant, non solum moriuntur aeterna morte, sed et priuatur illis, que viuere comode faciunt: et puniuntur illis, que mortem accelerare faciunt temporalem, quam et sine penitentia certo sequitur mors aeterna. Ipse enim Dominus Deus sua dans precepta, sic ait: Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, sed spreueritis leges meas, etc. ego quoque hec faciam vobis.

Primo, visitabo vos in egestate et ardore, qui conficiat oculos vestros, et consumat animas vestras.

Secundo, frustra seretis semen tem, quæ ab hostibus devorabitur. Terrio, ponam faciem meam contra vos, et corrueatis coram hostibus vestris, et subiiciemini illis qui oderunt vos: fugietis ne mine persequente.

Quarto, dabo vobis cœlum desuper sicut ferrum, et terram queam. Consumetur in easum labor vester, non proferet terra gerimen, nec arbores poma prebebunt.

R. a. Quia

Esa. viii.
Sap. 5

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Quinto, Emitrā in vos bestias agri, quæ consumant
vos & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant.
Sexto, inducam super vos gladium ultorem mei fo-
deris: cumq[ue] configureritis in urbibus, mittā pestilentia in
medio vestri, & trademini in manibus hostium.

Septimo, ad pondus comedetis, et nō saturabimini;

Octavo, dispergā vos in gentes, & euaginabo post
vos gladium: & qui de vobis remanerint, dabo pau-
rem in cordibus eorum in regionibus hostium: terribit
eos sonitus solij volantis, & ira fugient quasi gladium.
cadent nullo persequente, nemo vestrum inimicus au-
debit resistere, peribitis inter gentes, & hostilis vos ter-
ra consumet. Haec sunt mulctæ & plaga, quibus ipse
Dominus Deus pro loco & tempore nō seruantes præ-
cepta sua punit, ex Leuitico quasi cōpendio quodā huc
reducere, quas ipse Moses una cū reliquis maledictio-
nibus & benedictionibus mandata Dei seruantū vel
nō seruantium, perinde atq[ue] interpres verborum Dñi,
longe fusiū recenset. Quas propterea & ob maiorem
fidē, de verbo ad verbū huc transcribendas duximus.

Quomodo sūt subditis præcipue Dei præcepta
tradenda & inculcanda. Cap. III.

AVdiuimus omnipotentiam & immensam bonita-
tem Domini Dei nostri, qui nobis dat præcepta,
quicq[ue] ea vult à nobis omnino seruoj seruatumiri, pro-
mittens ex animo gratuito nihil noui bonorum seruan-
tibus ea: vicissimq[ue] nihil non malorum minatur ea nō
seruantibus, quanq[ue] nemo mortalium sit, qui non infini-
ties (vt ita dixerimus) ea teneatur seruare propter tot
tantaque beneficia, quæ cuiilibet ab eius in utero creati-
one & nativitate contulit, vt etiā rex idemq[ue] propheta
sanctissimus, pares pro eis beneficiis gratias reddere
prorsus desperauerit, inquiens: Quid retribua domi-
no pro omnibus quæ retribuit mihi? Quandoquidem
tanta totq[ue] sunt ipsius in nos beneficia, vt eorum nume-
rus nō sit: quum creature totius universitas in nostrum
bonum & cōmodum ab eo sit condita, quæ nobis in
bonum seruit, ac nihilo minus & ipsa in eo seruit ac
obe-

Leu.29
Deu.28

Psal.115
Gen.2
Psal.8

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 13

obedit Domino deo, creatori suo omnipotenti, præcep-
tum eius faciens, dicente propheta eodem: Præceptū Psal.148
posuit, et non præteribit. Iam verò quis tam prorsus
deploratus, quis tam impius et damnatus est, qui ad tā
magni, tamq[ue] boni domini præcepta audiendum non
currat, seruandumq[ue] non solum per se modis omnibus
studeat, sed et alios, vt serueret eadem, doceat et inoneat? Eccl.17
prout vinciturq[ue] Deus, hoc præsertim in casu, mandauit
de proximo suo, maxime eis, qui sub se habent, de qui-
bus debet eorum vita reddere rationē oportebit, iuxta Heb.13
Paulum, quales sunt Imperatores, reges, duces, princi-
pes, comites, barones, magistratus, domini, parentes,
præceptores, pastores, et hoc genus alii, qui suos subdia-
tos et domesticos obligantur ea domini præcepta vel
docere, vel curare vt doceantur et seruentur ab eis, qui
alioquin coram tribunali Iesu Christi, coram Deo co-
gentur reddere rationem, tenebunturq[ue] tanq[ue] rei, quum Rom.14.
ex negligencia ipsorum sunt causa illorum malorum, 2. Cor.4
quæ subditi et domestici per præceptorum transgressio-
nes perpetrant et designant: qui non solum morte dig-
ni sunt grera, sed et ipsi superiores, qui non docendo,
nonq[ue] manu tenendo, teste Paulo, cum facientibus con- Rom.5
sentire videntur, proq[ue] facientibus habentur. Atq[ue]
hoc est, quod aliquando potestas per se optima, puni-
tur a deo, infelix redditur ob subditos peruersos, qui
bus plus equo consuet in malis et indulxit. Sicut enim
propter scelera populi datur a Deo malus princeps &
pugnatus, ita ob eundem scelera bono principi, qui
non corrigit ea, datur infelicitas, & ab eo aufertur gra-
tia, et additur maledictio. De cuiusmodi negligente
principi propheta dicit: Maledictus qui facit opus Do-
mini fraudulenter, et maledictus qui prohibet gladiū
suum a sanguine. Quicq[ue] quidem maledictio coepit olim
in terrorem omnium superiorum, præsertim carnaliū
parentū fieri vera in ipso sene Heli sacerdote, qui quo-
nam duobus filiis suis Ophni et Phinees, in peccando
nimium indulserat, ita coepit maledictus fieri, vt filios
amiserit in bello turpiter interfectos, auditacq[ue] corum
morte

R. 3

morte

Osee.13

Iob.34.

Eze.3

Hier.48

z.Reg.14

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

morte , exanimatus ceciderit ex sella retrorsum iuxta ostium , & fractis cervicibus , mortuus fuerit .

Dominus proinde deus tantam suorum præceptorum utilitatem necessitate , inq sciens , ea vult nō modis seruare , sed & alios aut verbo , aut exemplo docere , per Mosen dicens : Erunt verba haec , quæ ego præcipio tibi hodie , in corde tuo , & narrabis ea filiis tuis , & meditaberis fedens in domo tua , & ambulans in itinere , dormiens atq cōsurgēs . Et ligabis ea quasi signū in manu tua , eruntq et mouebūtur inter oculos tuos , scribesq ea in limine & ostiis domus tuae . Et rursus ipse Moses ait : Ponite corda vestra in omnia verba mea , quæ ego testificor vobis hodie , ut mandatis ea filiis vestris custodire , & facere & implere vniuersa , quia non in cassum præcepta sunt vobis , sed ut singuli in eis vivent , quæ facientes , longo tempore perfueretis in terra .

Ex iis sane satis apparet , quād modis omnibus oporteat nos audire & seruare domini dei nostri præcepta , Quibus verò modis recte nos ea seruare possumus , paup post docebimus .

Quomodo dei præcepta rite seruanda sint ab omnibus . Cap . V .

A Rbitramur nunc & posthac non esse , qui non ex animo cupiat audire , intelligere , & seruare dei optimi maximi præcepta , quum plane cognoscat , in eorum seruatione vitam suam , & temporiam & aeternam , & quicquid eo pertinet , & in ipsorum transgressione vitraq mortem , & quicquid eo pertinet , colloca ri : sed velle saltem scire , quo pacto rite possit ipsa seruare . Cui vt pro virili succurramus , sciendum ducimus , esse quidem certos modos , quibus ipsa dei Opt . Maxi præcepta seruemus oportet .

Primo seruet homo oportet ea , bono nimirum & alieri affectu , habens ea grata & accepta , ut pote q. à deo , totius bonitatis fonte & conditore suo , sunt tradita , à quo (veluti diximus) nihil nisi bonum procedit , cuius propterea mandata necesse est esse bona , salutaria , & utilia , nec nisi ad nostram salutem & utilitatem esse al-

DE DECEM PRÆCEP . LIB . III . 132
ipsa tradita . Quam sane opinionem quur non habemus de deo Opti . Maxi , quum eam habeamus de virtutis bonis , quorum præcepta hoc libentius amplestimur vti bona , quod scimus eos esse meliores ? Atq adeo propheta dicit de præceptis dei : Pronunciarib lingua mea Psal . 118 eloquium tuum , quia omnia mandata tua requiras .

Secundò debet ipsa homo non modo habere in memoria & in ore , sed & opere pro viribus executi , facere & adimplere , quorum aliqui scientia & notitia sola gravat peccatum ipsius , quum (teste Iacob) scientia homini facere , et non facienti , peccatum est illi . Id quod et dominus clarus arguit , inquietus : Seruus qui cognovit voluntatem dñi , & non se præparauit , ei fecit digna plagi , vapulabit multis . Qui autem nō cognovit , et fecit digna naplagis , vapulabit paucis . Vnde Petrus : Melius , inquit , erat illis non cognoscere viam iustitie , q. post agnationē retro conuerti ab eo , quod illis tradictū est sancta mandato . Nec est , quod ille dñm deum possit diligere , siue in eum verè credere , qui eius mādata scit & eam seruat , dicente Ioanne : In hoc scimus quoniam cognovimus deum , si mādata eius custodimus . Qui enim dicit se nosse deum , & mādata eius nō custodit ; mēdax est , et in eo veritas non est . Tertio debet ea facere promitte , voluntarie & hilariter , quoniam nihil coacti placet deo obsequiū , quum hilarem datorem diligat ipse dominus , vt Apostolus ait . Id quod homo facile faciet , vbi ipsius mandatorum necessitatē & utilitatē considerauerit . Si enim liberter & ex animo seruamus eius medici mandatum , q. vi cuncta non certo , speretur dare perituram illam sanitatem corporis & vitam temporalem : q. multō libentius , & magis ex animo , amplectemur dei optimi medici præceptum , q. ipsum seruantibus certo largitur non modo corporis , sed & animae salutem , non solum hanc transitoriam , sed & aeternam procudubio præbet vitam .

Quarto oportet vt homo seruet ea semper et integre , non vt aliqua custodiat , aliqua verò negligat , quū (tēs Iacob) qui totam legem seruauerit , offendat autem Iacob . 4

Luc . 18

2 . Pet . 8

1 . Ioan . 2

Psal . 13

2 . Cor . 2

R . 4

Iacob . 4

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mat.10.34 in vino, factus est omnium reus. Nec sufficit aliquota tantum vitæ tempore, sed usq; ad finem ipsius vita ter uare profuerit. Qui enim (inquit dominus) persevera uerit usq; in finem, hic saluus erit.

Mat.14. 24 Id quod ut homo facile præstare posset, inter cetera, de quibus (deo volente) circa finē dictū sumūs, est ipsa deuotio oratio, quæ vel sola à deo omnia poterit impearare, quo & dominus vbiq; nos remittit. Quod nō ob scure sensit Iosaphat rex ille pientissimus, in tribulatio ne dicens: Sed quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuū, vt oculos nostros dirigamus ad te. Id quod profecto nobis hoc tēpore summe necessarium est. Cuius causa nuper addidimus libri in idiomate germanico, cōplectentem singulas & oēs orationes, quibus pro loco, tēpore, causa & persona, homo salutariter vitæ potest, in omnibus præsentim & singula suis aduersitatibus et tribulationibus, et pro cōseruatiōne mandatorū dei. Quorum qui hactenus utilitatē, ne cessitatem et modum, quo seruari debent, diximus iam posthac dicemus, quid et quotuplex sit mandatum.

Quid & quotuplex sit dei præceptū. Cap. VI. **P**otiquā diximus et audiūmus de præmio, quod datur obseruantibus dei mandata, deq; supplicio eorum qui non obseruāt ea, similiq; de modo, quo sunt ipsa rite seruāda: consequēs est, vt tandem definiamus, quid et quotuplex sit dei præceptū, quādoquidem nemini ēst arbitramur, qui nō ex animo cupiat, nō solum ipsum sci re, sed et pro virili seruare: cū vt præmii seruationis habere possit, tum vt effugere valeat trāgressionis poenā.

Est autem (vt breuiter agamus) dei præceptum, nihil aliud q; dei imperium, obligās quo sump̄ homines (sistem rationis capaces) ad faciendum ea quæ præcipit, et ad evitandum ea quæ prohibet, sub pena mortis aternitatis. Ipsum verò dei præceptum, duplex est: vnum vide, licet adfirmatiū, quod præcipit aliquid agendum, & p; adfirmationē explicatur: atq; hoc ipsum sub se habet tria præcepta, quæ sunt: Vnū cole deum, sanctifices fabata, venerare parentes. Alterū est negatiū, quod prohibet

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 13

hibet aliquid ut malum, & negatiue enunciatur, habēs sub se septem præcepta, quæ sunt: Ne iuremus vane per nomē dei, ne occidamus, ne furemūr, ne fornicemūr, ne fallo testifīcemūr, ne concupiscamūs alterius uxorem, ne concupiscamūs rem alterius.

Ex quibus aperto cōstat, decē esse præcipua dei mātē data, ad quæ tanq; accessoria, quicquid vspīa est in literis sanctis præceptorū, refertur & reducitur vñā cū bonis operibus, quæ vel ipsa sunt diuina præcepta, vel ex eis deducta perinde atq; ex veris fontibus flumina, quæ sacra scriptura in lib. Exo. et Deut. ordinatim recenset. **Deut.5** **Exo.20** **Ro.13**

Hęc nimrū decē præcepta, sunt verba illa decem fōderis inter deum et hominē, quæ Moses, ipso domino deo mandante, scripsit in duabus tabulis lapideis in monte Sinai, quando fuit cum illo quadraginta dies & qua draginta noctes, nec panē manducās, nec aquā bibens.

Hęc ipsa decē præcepta, sunt decē illę chorda in regia cithara, quibus in psalterio cōfiteri & psallere iussit dño deo citharēdus ille vere regius. Hinc suminusille præfūl & doctissimus docto Augustinus, librum scripsit de decem præceptis, quem inscripsit de decē chorādis. Et recte nimrū dei præcepta chordis adsimilantur, quoniam nec hęc nec illa debent esse ociosa, sed semper manu sunt tangenda, id est, ipso opere complenda: quandoquidem non auditores legis, vt inquit Paulus, Ro.2 iūlti sunt apud deum, sed factores legis iustificantur. **Psal.32**

Hęc insuper decem præcepta, sunt decem isti vñales numini, quos valuit denarius ille, quę pater familias ille euāgelicus, vinea dominius (deus vtpote Opt. Max.) dedit & promisit omnibus in vinea sua operātibus, & non oceantibus: quādoquidem denarius ipse significat vitam æternā, habentem decem choros, angelorū nō uem, & vnum hominū salvatorum, quę non datur nisi decem dei mandata seruātibus, domino dicente: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. **Mat.10** **Luc.18** **Mat.10**

Quæ procudubio sunt illa, quæ Christus iussit suis discipulis alios docere, quū paulopost esset hinc ad eos adscensurus, inquiens: Euntes ergo, docete omnes gentes.

R. 5. gen.

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandata tui vobis. Quorū autem deus Opt. Max. non nisi decem, nec pauciora, nec plura dedit præcepta, ad quæ cetera præcepta omnia, tanquam accessoria & subalterna, rediuntur, sequenti periodo dicemus.

Quorū Deus tantum decem, nec plura, nec pauciora dederit præcepta. Cap. VII.

Quoniam non parum multa repersuntur ultra hæc decem præcepta, quibus deus partim principit, ut faciamus aliquid, partim prohibet ne faciamus aliquid: nō immerito queri coepit est à doctoribus nostris pœnitendis, quoniam deus numero denario voluerit sua cōtineri mandata, & ad hæc reducendum, quicquid vspīa suorum est præceptorum, quod ex decalogi præceptis, nō secus artus cōclusio ex pœnitentia educatur, ut tractatu procedente, nō obscurè (seu speramus) patet.

Ad hanc questioneim, quia solutio eius futura videatur utilis in vniuersum ad diuinorum præceptorum intellectum, paucis responderemus: Quoniam deus penè omnina sua diuina, quæ sunt inuisibilia, nos docere voluit per humana, quæ visibilia sunt, donec alibi visuri sumus eum sicuti est, & quæ sunt ipsius in celo, facie ad faciem, non ut nunc, per speculum in renigmate: voluit & in ordine, & in numero suorum præceptorum seruare, quod homines obseruant in suis præceptis, quamvis hæc ad illa sic debent referri, ut non alia possint videri, q̄ illorum declaratiua.

Rom. 13 Iam vero, quod et beatus ille Thomas Aquinas scribit, sicut præcepta legis humanae ordinant hominem ad communitatem & unionem humanaam sub uno principe, sic præcepta diuinæ legis ordinant hominem ad quandam communitatem hominum sub deo, tamquam sub vero summō principe. Ut autem homo committetur in aliqua communitate, duo requiri constat:

In primis oportet, ut ipse homo se bene habeat ad eum qui præstet communitatē: deinde, ut idem faciat ad alios sive cōmunitatis cōscios & cōribules. Id quod

sanctus

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 14

sanctus Petrus tribus verbis expressit, dicens: Fraternitatem diligite, deum timete, regem honorificate. Ita nō mirū oportuit, vt & ipse deus optimus in sua lege diuina ferret aliqua præcepta, quæ ordinarent hominē in ipsum deum, tamq̄ in totius humanae cōmunitatis principem et regem summū, cujus subsunt quotquot sunt vbiq̄ principes: item oportuit, vt & aliqua præcepta ferret, quæ ordinarent hominem ad alios proximos, sibi convenientes sub eodem principi, utpote semetipso.

Quoniam vero quilibet homo subditus, suo et cōmunitatis principi tria debeat, proinde deus ipse Opt. tria dedit præcepta prima, quæ seruare debemus speciatim quo ad ipsum. Primum, quod homo debet principi cōmunitatis, est ipsa fidelitas, quæ consilit in hoc, ut honorem principatus ad alium nō deferat: & propter hoc dedit deus primum preceptum, quod habet: Non habebis deos alienos coram me. Et quare? Ego dominus, hoc est nomen meum. Gloriām meam alteri non dabo.

Secundum est reuerentia, ut videlicet nihil iniurias in eo cōmittatur: & ob hoc dedit secundum præceptum, quod habet: Non astumes nomen dei tui in vanū. Et quare? Quia pater est omnium, dicens alibi: Si ego patrem sum, vbi est honor meus, quia filius honorat patrem.

Tertium est famulatus, ut scilicet illi seruat pro stipe & mercede fideliter ut subditus. Et ob hoc dedit tertium præceptum, quod habet: Memento ut diem sabbati sanctifices. Et quare? Ut cum quiescat & vacet ab operibus manualibus, eo facilius deo famuletur, in audiendo ipsius verbo & altaris sacrificio, & in exerciendo quolibet opere misericordiæ.

Quo ad benehabitionem vero proximi, res ita habet: Proximi quidam dicuntur omnino speciales, vt i sunt parentes, quibus ultra alia debemus specialiter ali quid, ut singularem honorem & reuerentiam. Et ob id datum est quartum in ordine præceptum, habens: Honora patrem & matrem. Proximi quidam sunt generales, ad quos etiamnum bene nos habere oportet. Id quod homo faciet, quum nullum ipsis inferat nocu-

mentum,

Esa. 42

Mala. 8

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

mentum. Illis verò fieri solet multifariam nocumētum.

Primo, opere, & quidem in propriam personā, quo ad consistentiam. Et contra hoc datum est quintū præceptum, quod habet: Non occides. Item in personā cōiunctam, quātum ad propagationē prolis. Et cōtra hoc datum est præceptum, habens, Non moechaberis. Item in rem possētam, quā ordinatur ad vtruncy. Et ob id datum est præceptum, habens: Non furtum facies.

Secundō sit nōcumentum proximis ore. Et contra hoc datum est præceptum habens: Non loqueris falsum testimonium cōtra proximū tuum. Tertiō, corde: contra quod data sunt duo postrema præcepta, que habent: Non cōcupisces rem proximi tui, nec desiderabis vxorē eius. Hæc est iuxta cōmūnā Theologorū sententiam ratio, quare nec plura, nec pauciora q̄ decc̄, s̄nt dei præcepta: que præcepta dicuntur dilectionis, que plenitudo est legis, dilectionis scilicet dei & proximi: quorū prima tria primæ tabule, ad dilectionē dei. Septē verò secundæ tabule, pertinent ad dilectionē proximi. Et hoc est, quod autor legis & preceptorum ait: In his duobus mādatis, vtpote, diligē dēū modis omnibus, et proximū vt te ipsum, vniuersa lex pender & prophete.

Iam superest, vt subinde singulatim vniuersa ex ordine dei præcepta declaremus, et quid illis sit vel affine, vel contrarium, vel expressum, vel obiectum, vel simile, vel dissimile, pro virili diſcutiamus, primo præcepto locum daturi primum.

De primo præcepto. Cap. VIII.
Nō habebis deos alienos corā me. &c. Exo.xx. Deu.v.

Quandoquidem decem dei præcepta modis omnibus conātur hominē ducere ad verā religionem, & in hac illum continere, quā non est aliud, q̄ reæctus & verus cultus, qui debetur ipsi deo, et aliis propter ipsum: proindè posuit primò præceptum, quod nō aliter est principium et fundamentū religionis verae, q̄ cor principium est in generatione animalis. Ipsum verò primū dei præceptum, sic habet: Non habebis deos alienos corā me. Id quod predecessores nostri nō impi,

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 33
pie, sed quasi per modum declarationis, sub iisce verbis exprefserūt, dicentes: In vñū crede deum. Et recte nimis sum dixerūt, quādoquidem hæc ipsa verba subinsinuārē nobis tria, ad quā primū præceptū, s. Non habebis deos alienos corā me, nos adstringit, quā nos in dēū sumus me habere, habemus neimē fidem, spem et charitatem, quas virtutes theologicas appellant: cum quia dēū v̄. Cor. 13. Iuli proprium obiectum speciat, cum quia diuinis rationē eloquiis patet facta sunt, cum quia eas ipse deus nobis dūntaxat per gratiā suā largitur. Sunt igitur tres partes huius primi præcepti. Prima quidem parte deus ille æternus Opt. & Max. hoc suo primo præcepto vult et precipit, vt in ipsum solum vñū deum, vt̄ verū dēū, et verū omnium auctōrē et salvatōrē hominū, credamus et confiteamur, prout ipse aliás, vt̄ sui præcepti declarator, ait: Audi Israel, dominus deus tuus, deus vñus est. Vnde Paulus edoc̄t, ait: Vnus dñs, vna fides, vnum baptisma, vnum deus & pater omnium, qui est super omnes et per omnia & in omnibus nobis. Deu. 6. Ephe. 4. Gala. 3. 1. Tim. 2.

Quod verò dominus deus hoc loco & in suo ipsius præcepto dicat, Nō habebis deos alienos: nō est, q̄ sint ali dñi, qui sint quod ipse est, vtpote natura, qui creasent omnia, omniaq̄ darent, omniaq̄ facerent et gubernarent, qualis ipse est: sed hoc ipsum dicit, vt ostendat esse quidem deos alios, sed à natura sua alienos, vt qui sint à natura sua diuina prorsus diuersi & alieni, nimirū non tam re, q̄ opinione & falſa nūcupatione: qualia fuerunt olim idola gētium, de quibus propheta dicit: Omnes dñ gentium, dæmonia sunt, quādoquidem nihil in se diuinitatis habuerūt, nisi q̄ falſo deos isti, qui deceperūti erant, censuerunt, q̄ finixerint falſa signis se esse deos. Act. 17. Psal. 95. Psal. 113.

Ideoq̄ recte precipit, inquiens: Non habebis deos alienos coram me. Q. d. Ego enim solus ille sum & vñus deus, qui creauit omnia, tribuo omnia, rego omnia, vñus in essentia, & trinus in personis, pater & filius & spiritus sanctus, vt testatur Ioannes. 1. Ioan. 5.

In primis igitur contra primā huius primi præcepti partem grauiter peccat, si qui adiungit qui sidera vel astra credet

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

crederent et colerent sicut deos, quin dei duntaxat sunt
inanimatae creaturae, quemadmodum gentiles olim non
nulli, qui (teste scriptura) ignem, aquam, solem & lunam,
& gyrum stellarum reckores orbis credentes, deos putau-
runt, nempe eorum specie delectati, tanquam factui, quin
debuissent utique credidisse in ipsum deum, creatorum
eorum, longe speciosorem. Quos sane idololatrias ne
quondam se queretur Iudei, dixit ad eos Moses: Ne ele-
uatis oculis ad celum, videoas solem & lunam & omnia
astra cœli, & errore deceptus, adores ea & colas,
quaes creavit dominus deus tuus in ministerium cunctis
gentibus, quae sub celo sunt. Id quod tam grande est
idololatriæ genus & peccatum, ut ita peccantem deus
olim præcepit lapidandum. Secundò, contra hanc
primam partem huius primi præcepti, peccant astrolo-
gi, & fortasse nunc quidam plus æquo astronomi, qui
corpora cœlestia planetasque simul cum signis suis, por-
tunant & credunt esse rectores animarum, et constellations
bus sub quibus nascitur, homines necessario trahi ad
bonum vel malum, quos etiā ecclesia pro hereticis dam-
natur, quibus virtute siderum & planetarum conatur prædicere
futura, dies et horas obseruentes ad aliquod faciendum,
tanquam faustos vel infaustos, nihil penitè nec agendum
nec dimittendum, nisi iuxta dispositionem siderum, que
ramen (Mose teste) sunt cunctis gentibus in ministe-
riis, non autem in dominium, creatam: quae neq; futura
prædicere, neq; vel bene vel male facere possunt, nisi
ex causa legitima, permittente & iubente deo, qui so-
lus nouit quae futura sunt, solus in mensura, pondere &
numero disponens & faciens uniuersa, cui sol & luna
& quæcūq; sidera ad honorem & ad votum seruunt, &
ad nostram salutem, quæ (libro Geneseg & teste) sunt omnia
a deo creata bona, dicente propheta: Ordinatione
tua perseverat dies, quoniam omnia seruunt tibi.

Et hoc est quod ipse deus noster, verus & æternus,
contra astrologos & eos qui plus æquo sideribus tribu-
unt, ait: fluxa vias gentium nolite discere, & a signis coe-
li nolite metuere, quæ timent gentes: quoniam ego sum
deus

DE DECIM PRÆCEP. LIB. III. 128

deus, & non est ultra me deus, nec est similis mei, an-
nuncians ab exordio novissimum, & ab initio quoq; nec-
dum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omni-
nis voluntas mea fiet. Stet & saluent te augures cœli,
qui contemplabant sidera, & supputabant mentes,
ut ex eis annunciant venturam.

Esa. 48

Esa. 49

Esa. 50

Valeat igitur, qui nostris temporibus astronomiae
legē transgredientes, non solum minutissima quæcūq; per
ea iudicia, quibuslibet etiam minutis futura scrutari
contendunt, sed & nescio quæ cum fortunis, tum infor-
tunis, tam vitæ q; honoris & substantiae, se per influen-
tiam cœlestis futura Casaribus, regibus, & id genus
principibus, prædicere molitus. Id quod ex præmemo-
ratis & impium est, quia dat creaturis quod creatoris
est: & perniciolum, q; pessimi quicq; vna cum vulgo oc-
casione accipitū infurgēti cōtra eos, quibus audīt ma-
le predictum, & iuuandi eos quibus bene, vnde tumul-
lus plerumq; suscitatur: si leo quæ mala cōtra religionē
verā interea subnascatur, vt docuimus in opere mira-
bilium mīdi: & varū, quum quæ prædixerunt isti, longe
se p̄spīs nō euenerint, q; euenerint, sicut quotidie in su-
is iudicis & Ephemeridibus mentiuntur de futuris se-
renitatibus, pluviis, caloribus, frigoribus, vēris, tonitru-
bus, et id genus aëris et cœli accidē. ibus operationib⁹.

Haud est igitur, vt vel Imperator, vel rex, vel quisq;
alius princeps sibi timeat ab eiusmodi prognosticacio-
nibus siderum & astrorum: sed bene faciendo, malumq;
dimittendo, timeat eum, & in ipsum solum cōfidat, qui
suis est & siderum & nostri omnium creator et guber-
nar. Qui quī sit operator siderum, & hæc ipsius ope-
ra, facile pro nutu suo illa quasi operatoria quedam mu-
tare poterit, smō et ea, quæ aliquoties ex voluntate eius
mala nobis fore præsignant, verrere poterit in optimis
quæcūq;, vt q; nolit morte peccatoris, sed velit vt cōuer-
tur & vivat, q; cōueritur ad nostrā cōuersiōnē, vt patet Eze. 18.
de Niniuitis, & de Ezechia, & de aliis. Id quod & ipse Ion. 3:
restatur de seipso, dicēs: Si p̄cenitentiā egerit gens illa à 4. R. e. 20.
malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agā & ego 2. Par. 12.
peccati, Esa. 38

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- Hier.18 pœnitentiam super malo, quod cogitauit ut facerem ei.
 Non est igitur, ut is, cum quo deus ille maximus re,
 conciliatus est per pœnitentiam, sibi timeat. Nam quis
 contra eum, qui cum deus est, qui protector est ipsius
 vitæ, contra quem nemo potest? Non est etiam, ut eius
 cor timeat, si cōsistat aduersus ipsum inimici castra, si
 h̄ exurgant aduersus eum prelia. verum expectans ipse
 cum Davide dominū, viriliter agat, confortetur q̄ cor
 suum, & sustineat dominum, dicens: Dominus mihi
 adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus
 mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.
- Nec est, quod isti se tueantur, dicentes: Astra et influ-
 entias eorū nō quidem necessitare, sed inclinare ad pec-
 catum &c. Respondemus enim et hoc impium esse sen-
 tire, q̄ quis sentiat ac dicat, deum fecisse creaturā ad in-
 clinationē peccati, et nō potius ad erectionē iustitiae, ut
 omnia cooperentur in bonū, nō in malum, hominibus.
 Aut quasi unus homo necessitate compulsus peccet, &
 non potius semper inclinatione. Quis inuitus peccat?
 Nemo, quum omne peccatum sit voluntarium, proce-
 dens ex libera mente: isti omnis mala inclinatio non
 extra nos, sed in nobis, Christo dicente: De corde
 enim exirent cogitationes malae &c. Non quod intrat
 in os, coinquiat hominē. Et Iacobus quoq̄ ait: Unus
 quisq̄ tentatur a concupiscentia sua abstractus et ille
 est, qui non a fato, sed ab origine peccati venit. Siqui
 dem omnia quae deus creavit, bona sunt, nec possunt
 ex sua natura, nisi ad bonum inclinare.
- Qui vero volunt ex institutione dei illa habere, ut
 ad peccandum inclinent, dicat nobis, queso, cur Adam
 Esa.53 & Euā ante serpentē non inclinauerunt, quur nō Chris-
 tūm, quur non eius matrem, virginē Mariā. Hem vox
 illa, vox patris Adam est, qui & ipse suā inclinationem
 ad malitiae transtulit. i.creaturā dei, dicens: Mulier quā
 mihi dedisti &c. Et quur, obsecro, sidera tot annis, quis
 bus, q̄ nos, sunt astris longe propinquiores, nimirū ha-
 bitantes (teste Paulo) in aere daemones per suas influen-
 tias nō mutarunt, & ad bonum inclinarunt, quum ma-
 neant

DE DECEM PRÆCIP. LIB. III. 117

beant in sua perueritate, nec villo signo, nec per viliatis
 planetam mutantur, quum nostræ animæ breuissimo mo-
 mento influentiatiū mutari dicantur. Tertiō peccant
 contra hanc primā primi præcepti partem, qui vel ario-
 los, vel augures, vel maleficos & incantatores, vel soma-
 torum coniectores, vel diuinos, vel phytonas, vel ma-
 gos consulunt, ut noua inquirant, secreta rimētur, futu-
 ra prefagiant, perdita recuperent, ab infirmitatibus suis
 & suorum animalium liberentur, aut quid aliud, quod
 solius dei est & eius simplicis verbi, petunt, credentes
 se habere posse à creaturis, quod non possunt nisi a crea-
 tore, cui proprium honorem detrahūt, habere. Id quod
 ipse creator deus unicus, idemq̄ æternus, prohibet, di-
 cens: Non inueniatur in te, qui ariolos sc̄iscitetur, qui
 obseruet somnia arcip̄ auguria, ne sit maleficus, nec in-
 carator, neep̄ phytones cōsulat aut diuinos: Anima quæ
 declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit
 tum eis, ponam faciem meam contra eam, & interfici-
 am illam de medio populi sui &c.

Deu.18

Leui.19

Cor.9

1.Tim.6

Esa.43

Peccant in hanc primi præcepti partem, cuiuscunq̄
 generis diuinatores et superstitiones, quos fortasse liceret
 (quāuis numero propemodum sint infiniti) vnā cū præ-
 stigiis & artibus & harū modis recensere, si expediret:
 verum cum nobis omnia liceant, non autem omnia
 expediant, & possem ego recensione eiusmodi fortassis
 magis docere, q̄ dedocere malum, præsertim eos qui
 sunt paulo simpliciores & infirmiores: sufficerit hoc ni-
 mirū loco dixisse, non modò peccare & damnari qui di-
 uinant & incantant, sed & eos qui sequuntur eos, eorū
 q̄ falsa ope vtuntur, vt pote magis in eorū virtutem &
 potentiam, q̄c tamen nulla est, q̄ in virtutem & potē-
 tiā dei, qui solus virtuosus & potens est, credentes, fa-
 cti infideles vñico suo principi deo, adh̄rentes aduersa-
 rio, cui potius debere volunt gratiam benefacti & glo-
 riā de iuvariae, q̄ deo optimo, cui, nec alteri, debetur
 omnis gloria, de se dicens: Ego solus sum dominus &

deus unus, faciens omnia: gloriam meā alteri nō dabo.

Siquidem quotquot sumus Christiani, in baptismo

S illi

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

illi tanto & vnico principi, & in eius mandata iurauimus, & noſia dedimus fidem noſtrā obſtrinximus; diaſtolo autē & illius cōplicibus, & pompiſ omnibusq; ſuperitionibus ſuorū renunciauiimus. Fidem proinde per eiusmodi diuinationē frangentes, taliq; agentes, nō ſolum (reſte Aþpolo) morte digni ſunt, ed & qui agentibus conſentiuunt: qui ſic agentes, aliquid diuinitis extra vnum verum Deuin falſo putant & credunt.

Ceterum quieret hac quifpam parte, dicens: Num quid eiuſimodi diuinatorēs et incantatores vere ſuis artibus aliiquid agant, poſſintq; ne hoibus ſuis incantationibus vel cōmodare, vel incōmodare, quemadmodū ſæpenumero viſi ſunt facere grandines, tonitrua, fulgura, & id genus quedam alia, perinde ſicut admirationē digna? Respondemus, maleficos ipsos & incantatores per opera ſua & artificia nihil per ſe poſſe: diabolū verò ea, quae ſiunt hoibus, mala operari, nō ſecus tamē, q; quatenus Deus permittit illi. Sic ſane diabolus procurauit, vt ignis de coelo caderet, & iphiſius Job patientiſimi pecora cū ſeruis occideret. Sic Aþgyptiorum plagaſ per angelos malos magi Pharaonis procurarunt, teſte diuino Pſalte. Sic multi quondam obſeffi fuerunt à maligñis ſpirituſibus, quos ipſi corporaliter etiā perſe, quuti ſunt & torſerunt, teſtante Euangelio, qui & ho- diernis temporibus multas animas erroribus & peccatiſ occupant, quā vtriq; maius eſt, animas immortales perdere, q; membra moritura vel aërem vexare. Sic ſane ſatanaſ ipſum Dominiū Iefum allumpſit, et de deſerto in monte, de mōte in pinnaculum templi tranſtulit. Ita quoq; diabolus in coelo cura Michaelē et angelis eius pugnauit. Iam verò ſi cacodæmon permissione diuina Christum et eius membra, hoc eſt, sanctos homines, vexauit: quid mirum, ſi horrea noſtra poſſit deſtruere, membra percutere, ſegetes et frumenta in agris perdere, et hoc genus alia mala corporalia hoibus im- mittere, eadem diuina permissione, ſine qua iſte cū ſuis incantatoribus nec tantillum facere mali poſſet, vt etiā ſine ea, nec folium arboris mouere poſſit, nec in capite

Rom. i

Job. i.

Exo. 7.8.

Pſal. 77

Mat. 8.9

Mar. 5.

Luc. 8

Luc. 10

Mat. 4

Mar. 1

Luc. 4

Apoc. 12

DE DECEM PAÆCEP. LIB. III. 38

vapillum, ſicut alibi Christus fanuit. Si quidem deus fa- Mat. 10
cit bonum per ſeipſum, qui ſunime bonus eſt: malum Luc. 12
verò per malos, vt pote vel per cacodæmones, vel per iphiſus complices. Ita diuīnum eſt olim in adagio: Dos. Mat. 19
minus nequam per nequam puniſt, quum nolit bono Mar. 10
ad malum vti. Luc. 18

Quod autē Deus eiuſimodi mala poenæ facere permittit cacodæmoni, quodq; ille facere malū poſſit etiā per ſuos, cū quibus pepigit fecundus, nō niſi quatenus deus ei permittit, teſtatur ipſe Dñs, ad diabolum dicens de Job: Ecce in manu tua ſunt oia quæ habet, ſeſilicet Job. 1.
Job, tantum ne in animā eius extende manum. Id quod factum eſt, nec ultra potuit, quia dñs noluit. Proba & ipſe Job, ſibi quicquid fuit eius mali, veniſſe à diabolo, fed Deo permittente, de quo dicit: Dominus dedit, do minus abſtulit: non autē dicit, Dominus dedit, ſed dia- bolus abſtulit. Id quod Dño nolente, non potuit, ſicut nec aliaſ ipſi cacodæmones in porcos exire poſtuerunt Mar. 5
ab homine, quē obſederant, niſi Dño ipſiſ permissionē Luc. 8
& licentiam dante, quem propterea rogarunt.

Sed inquis: quur Deus permittit diabolo & eius ad pactum ſuū adiuratis, eiuſimodi mala hoibus inferre?

Primo, nonnunq; propter peccatiū, quo peccatores merentur eiuſimodi mala. Sic aliaſ cacodæmoni Aſimo dæo, propter peccatiū libidinis inordinata, ſeptē ſponſos Saræ Ragueſis filiæ, permiſit ſingulatim occidere. Tob. 3

Secundo, nonnunq; ad probationē fidei, vt videlicet illi qui hoc audiunt & vident, probentur, qua fide ſint apud deum, an videlicet plus tribuant credendo ſibi, q; diabolo, qui talia potestate ſua facere nequit. Id quod videtur approbare Moſes, dicens: Si surrexerit in me, Deu. 13
dio tui propheta, aut qui ſomnium ſe dicat vidiffe, & pradixerit ſignum, et euenerit quod loquutus eſt, & di- xerit tibi: Eamus, & ſequamur deos alienos: non au- dies verba eius, quia tentat vos deus uester, vt palam ſiat, vtrum diligatis eum, an non.

Tertio, nonnunq; vt Deus tradat eos, qui plus trahunt eiuſimodi maleficiſ, q; ſibi deo, cuius nulla ſt in iis

S 2 ſebus

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

rebus permisso, in reprobum sensum propter ipsorum infidelitatis iniquitatem. Quin enim baptizari, per fidem Deum cognouerunt, nec tamen ipsum, prout fides haberet, glorificant, nec gratias agunt, recte iusteque (Paulo teste) Deus dat ipsos in reprobum sensum, ut euane sciant in suis cogitationibus: sicut cor eorum sic obscuratum, ut credant & faciant, quae credere & facere non deberent. Credere enim deberent, diabolum & ius os eatenus posse facere, quatenus permittit Deus: nec ipsum habere potestatem super peccatores, nisi quatenus illi permittitur: a quo, ut inquit Paulus, capti tenetur ad ipsius voluntatem. Nam si res aliter haberet, profecto malefici possent efficere, ut Turca Christianos omnino perderet: sed nequeunt, quia non est istis nec huic a Deo permisum, sicut patet de Job, de Christo, & de obsessis. At inquiunt infirmiores in fide, falsi, per superstitionem seducti: Liceret ne maleficia maleficis propellere, quoniam videamus ipsos maleficos etiam mala curare posse, bonaque inducere? Respondemus, nec ipsum diabolum, nec eos qui per partem sunt eius, aliquid per se mali pente, longe minus aliquid boni, facere posse; sed a deo, propter causas paulo ante dictas ab ipso &c. fieri permittente, qui de seipso dicit: Ego Dominus, & non est alter, formans lucem & creans te nebras, faciens pacem & creans malum. Ego Dominus faciens haec omnia. Quum proinde omne malum peccata veniat ab ipso permittente, non est ut ad alium quis configiat, precatur bonum & deprecatur malum, quam ad ipsum Dominum Deum, qui malum sua potestate sola propellere, bonumque elargiri solus potest, ipso dicente: Conuertimini ad me, & salvi eritis oes fines terre: quia ego Deus, & non aliud, nec saluans preter me. Jam vero si ad alium, vtpote diabolum vel ad ipsius complices, quisquam Christianus confugeret, non aliud faceret, quam quod offenderet Deum, & ab ipso defisceret ad diabolum, qui sic eum molitur a Deo auocare, ad seque pertrahere. Ad quem anteaquam quis defiscat, vero Deo derelicto, praestiterit, ut mortem operetur.

Rom. 2

1. Tim. 2

Esa. 45

Ibidem

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 139

perat certe, ac paciatur oes corporis cruciatus, quandoquidem perpetuo damnatus esset. Sed inquit: Num non est miseris, praesertimq; faselnatis, succurrenti, ut a malo liberentur? Vt igit; sed non nisi per verum & unicum Deum, qui solus habet potestatem mortis & vita, & quidem licetis mediis. Vel ad ipsum currete per deuotas orationes, quibus etiam demona expelluntur: vel per eleemosynas, quibus peccata redimuntur: vel per ieiunia, quibus etiam demona propelluntur: vel per signum sancte crucis, quam maligni spiritus supra modum fugiunt, non secus atque baculum, quo plagi receperunt, uti testantur Athanasius, Origenes, Chrysostomus, & hoc genus catholicci doctores. Et recte numerum. Nam quoniam signum Tau T figura signi sancte crucis, custoduit ab angelo persecutiente, quorundam fuerunt eo signati: & si serpens exaltatus in deserto per Moysen, Christi crucifixi figura, praeservauit a morsu serpentum igniferorum, & sanavit adspicentes: quoniam signum sanctissime crucis, in qua Christus cacos demonem & oem eius potestatem superauit, non idem vel longe maius quam umbra, veritas facere possit, quidam satis constet, & ipsos apostolos & alios sanctos viros, infinita miracula signaculo sancte crucis edidisse, prestigias cacodemonum superasse? Egressurus itaque vel ingressurus homo, facto signo sancte crucis in fronte, dicat: Abrenuncio tibi satana, & coniungor tibi Christe: nec subinde timeras vel ab homine, vel a diabolo per quaecumque prestigia occurrrente. Siquidem virtus sancte crucis tuus sit baculus tua armatura, tunc igit; tua inexpugnabilis in fide Vera & firma, que ipsa est Victoria, qua vincimus mundum & diabolum, & impossibilia facimus, sine qua diabolus etiam suis minimis technis ad omne malum deludit. Vel postulamus etiam contra diabolum & ejus maleficos ad Deum verum consurgere, medio intercessionis sanctorum, qui nobiscum possunt coimpetrare opem contra omnium magorum prestigia, veluti alibi Raphael angelus tulit opem ius quod Tobit & Sarah sponsa sua. Vel exorcismis Tob. 8. § 3. QORUMA

r. Reg. 2

Sap. 16

Mat. 17

Matt. 1

Dan. 4

Mar. 9

Eze. 9

Num. 2

Joan. 3.

Heb. 2

1. Joan. 5

Mar. 16

Mat. 9

Mar. 9

Heb. 13

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Act.19
eortū, qui ex officio ecclesiastico exorcizant. Sicut enim in naïcentie ecclesia apostoli per orationē & impositio, nem manuum dæmones expulerunt, ita postea fecerūt exorcista verbo dei, signaculoq; sanctæ crucis, ut patet in Actis apostolicis. Sed inquis: Hoc & ipsi diuinatores & malefici faciunt, miscentes plerunque in suis beatificationibus (si modō conuenit, eorum præstigianon potius maledictiones, q; benedictiones appellare) orationes & signa crucis. Primo autē respondemus, eos nihil pie facere, quum potestas exorcizandi non ipsa laicis, sed ecclesiasticis cōcessa sit à deo. Secundō, quoniam sunt diabolo adiurati, miscētes pretextu quodam orationes vñā cum variis & peregrinis modis, in scriptura minime probatis: quibus, et si diabolo non toram partem artis asseribunt, derogat tamē impie deo quod ipsius est totum, contra scripturā, duplice animo, ut roga pede claudicantes, volentesq; deo simul & diabolo ieiunire, inter quos nulla est cōuenientia. In huius argumentum, videimus raro vel nunq; feliciter cessisse finaliter in cantatoribus, quibus ipse dñmon semper mercedem relinquit sui paci cum ipsis, qui & semper turpi paupertate laborant, quantu[m] omnia propter quæstum faciat. Huius exemplum est reperi in Actis, de Iudaicis exorcistis, qui exorcizando sequuturi Paulum, vulnerati diabolo, vix vita superstite effugerunt. Vel deniq; si argritudo fuerit illata homini, inclusi uti possumus medicina naturali, quā deus vitā cum ipso medico propterea creauit, ut ea vranatur, cui vera fide potest addi oratio, quæ lepisiū infirmum sanat; et dei verbum, quod sanit et sanctificat, quod nec vllum emplastrum sanare potest. Quū proinde fideles in necessitate vel infirmitate aliqua constituantur, debent eiusmodi naturali industria et via sibi remedium querere, quo liberentur ab angustia opprimente: reliquum vero diuina prouidentia committere, quum cura deo sit de nobis indeficiens, dicente Petro: Omnem sollicitudinem sitis prosciuentes in deum, quoniam ipsi cura est de vobis.

Quartō peccant contra hanc primā primi præcepti par-

Eccī.2.
3.Re.18
Mat.6.
Luc.6.
2.Cor.6

Act.19.

Eccl.38

Jac.5.
1.Tim.4
Sap.16

2.Pet.5

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 14^o

partenti grauter, qui veri dei, qui solus & vnum est versus deus, immemores, more pœtarū & oratorum ethi[n]icorum, potentes & diuites hujus mundi satrapas prodilis habent & colunt, ut pote usq[ue] adeo istis adulantes, et quidem pleru[m]q; propter quæstum, ut nō solum pes sima eorum facta probent et cōmendent, sed et eis ipso sum complacētiam aliquoties mala perpetrare, et contra deum facere non vereamur, nimium perfrictissime frontis homines. Cuiusmodi maxime perhibentur esse in aulis principum, quibus profecto nihil perniciosius est nisi tam impudentibus adulatoribus, qui negant et adfirmant ad nutum principum, siue sit pro vel contra deum, siue bonum siue malum, qui probant etiam vitia et sclera principum, quæ potius pro loco et tempore cum modestia deberent reprehendere, ne aliqui seduerent, quos ducere deberent suis consiliis, contra quos ait scriptura: Vx; qui dicitis malum bonum, et bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum.

Quinto peccat contra hanc primi præcepti partem quoniam potentes, sapientes, diuitesq; et id genus alij, qui vñissimæ conditionis suæ immemores, quum sic à suis falso cōmendantur, ita superbunt & ferociunt, ut vel se deos esse putent, vel profecto honorari se sicut deos suscineat, sibi à vero deo nihil timentes, vel ipsum nō esse credentes, gratia sibi datæ profusus obliiti: qualis olim fuit Nabuchodonosor, qui se (duce Holopherne) pro deo voluit & præcepit adorari, sed confusus est. Qualis etiam fuit olim princeps Tyri, ad quē deus dixit: Eò q; eleuatum est cor tuū, quasi cor dei, et dixisti: Deus ego sum, quum sis homo et nō deus: ecce ego adducā super te alios, robustissimos gentiū, & morieris in manu alienorū. Atq; factum est ita. Talis fermè est nunc Turca, velut argumēto res est ipsa cum titulo omnī superbiissimo, qui proculdubio tandem péribit cum principe Tyri, nobis ad veram penitentiam conuerſis.

Sexto peccant contra hanc primi præcepti partem, principes nōnulli, maxime ecclesiastici, qui plus equo.

Martialis
Homerus
Vergilius
Quintili.
Valerius

Esa.5

Judith.1

Eze.26

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

titulis penē scandalizantibus, & diuinis penē cæteris,
nisi, & quidem longis geniculatioribus, oculis nō ma-
nuum modo, sed & pedum, in non vulgare infirmiorū
hominiū scandalum, se honorari propemodumq; colis su-
stinent, nō secus atq; dīj quidam: qualesq; quidem sunt,
sed non natura, vt quicq; per se possint, quum sit vnu-
tantum natura verus deus, qui omnia per se potest, qui
nullius indiger, sed cuius oēs indigemus: sed participa-
tione, gratia & adoptione, per quam vel ob officium,

**Gala. 4.
Piat. 15**

quēadmodū olim sancti dei oēs, nō nihil diuinitatis in-
se habent, quā deus ex gratia participat illis & cōmuni-
cat, quos & ob id scriptura deos appellat, quam Christus
contra Iudeos allegat, dicens: Nonne lex vestra di-
cit, Quia ego dixi, dīj etiis? Ita Moses ait: Etis nō detra-
hes, & principi populi tui non maledices. Sed vnu pro-
fecto deus est, idemq; natura verus, cæteris omnibus ve-
tuis creaturis, per gratiam datus & donans omnia, stan-
tia maiestate sua non secus inter alios, ac rex inter suos sub-
ditos, prout ait regius de eo propheta: Deus stetit in sy-
nagoga deorū, in medio autē deos dijudicat. Et rursum:

**Psal. 84
Joan. 10
Exo. 23**

Quia ego cognoui q; magnus est dominus, & deus no-
ster p̄̄ omnibus diis. Omnia quæcunq; voluit domi-
nus, fecit in cœlo et in terra, in mari et in omnibus aby-
sis. Hinc Apostolus ait: Scimus quia nihil est idolum in
mundo, & q; nullus est deus nisi vnu. Nam eti sunt qui
vocantur dīj, siue in cœlo, siue in terra, (siquidem sunt
dīj multi & dñi multi) nobis tame vnu est deus pater,
ex quo oia, et nos in illo, et vnu dñs Iesus Christus, per
quæ oia, et nos per ipsum: sed nō in omnibus est sciētia.

**Psal. 81
Psal. 134**

t. Cor. 8.

Sunt enim principes, et singulariter ecclesiastici & aliij
qui loco dei iustitiam vel docent, vel ministrant per ve-
ri dei gratiam, et vocantur dīj, quasi (sicut ait Origenes)
a deo dati: & domini, quasi a domino potestate sortiti,
non autem in propriam gloriam, sed deij, sed subditorū
vnum et cōmoditatē, vnde & patres patriæ cepti sunt
olim vocari. Deberēt itaq; viri, per gratiā dei tanti effe-
cti, cognoscere gratiam, et hoc magis se humiliare, quo
maiores essent; vt nō modo haberēt hanc gratiā gratis

Eccles. 3

datam

DE DECEN PRÆCEP. LIB. III. 141

etiam, sed et gratiā facientē ab ipso dño deo, & ie pro-
vidili cōponere ad mores illius qui dicit: Discite ā me,
quia misericordia sum. Et humilis corde: vt nō tā nomine, q; ip-
so opere posseas tuus esse locū tenētes et in terra vicarij.

Mat. 15

Septimo impingunt in hanc primi præcepti partem,
qui diuos in cœlo sīc colunt, vt dei veri prorsus imanie
mores, relictoty propemodum vero deo, primū confus-
giunt ad ipsos, & à singulis ipsis res singulas quibus in-
digent, precātur, quasi singulos deos constituentes, tanq;
pesent ipsi ex ipsis citra dei nutrū facere vel dare quic
quā, quum ipsi metu fateātur se omnia per gratiam a deo
habere, nec illius cultum quoquo modo sibi postulent,
nec ambiant, per prophetā dicentes: Non nobis domi-
ne non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Nec illi hunc sī-
bi auctore postularūt in terris olim, quare multo minus
in cœlo, vbi nec errare nec peccare possunt. Id quod ap-
paret ex eo, quod Paulus & Barnabas quandam cum
in Ieronio multi essent, qui videbant ipsius et Barnabae
signa, quæ non sua, sed Christi virtute faciebant, ipsos
pro diis (Barnabā pro Ioue, Paulum pro Mercurio) ha-
bere volentes ac dicentes: Dīj similes facti hominibus,
descenderunt ad nos: fecerunt, consciens tunc suis exi-
lientes in turbas, clamantes & dicentes: Viri, quid hæc
facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines,
apuñiantes vobis, ab iis vanis conuerti ad deum vi-
num, qui fecit cœlum et terrā, et mare, et omnia quæ in
eis sunt, & quæ sequuntur reliqua, quibus vix fedau-
runt turbas ne sibi immolarent. Ita Ioannes in Apocalyp-
si volens angelum sibi loquētem, diuinaj specie spleu-
denteri adorare, vertitus est ab ipso, dicente: Vide ne
feceris. Conseruus tuus sum & fratrū tuorum, haben-
tium testimonium I E S V. Deum adora.

1. Cor. 4

Psal. 113

Apoc. 22

Act. 14

Psal. 145

Apoc. 14

Apoc. 19.32

Rom. 1

Non est itaq; vt alij q; deo vero, viro et vni, suum tri-
buamus in colendo & inuocando cultum et honorem.
Conuenit autē, imò oportet, vt eos, iuxta sacra scripta
ræ præscriptum, veneremur, eorum fidem et fidei opera
imitando, eosq; diligendo, quia Christus dilexit & ho-
norificauit eos; ac inuocemus eosdem, non quasi dato-

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ioan.13 res proprios, sed quasi coimpetratores et intercessores
Ioan.13 apud deum efficaces, non singulis singulas res, sed omnibus omnia indiscriminatim adscribetes per intercessio-

1.Tim.3, nem, nec res tam corporales q̄ spirituales ab ipsis petentes, prout ecclesia columna & firmamentum veritatis, quam in hoc genus rebus errare nō putamus, ab initio fecit, nec frustra: quam tuto sequi persuasum habemus ad hunc sane modum, & hoc etiam exemplo:

Mat.8 Saluator noster IESVS Christus, venit in domum

Mar.1 Petri, socrū Petri magna febri laborante. Petrus ergo

Luc.4 rogauit dominium pro ea. Dominus febrem increpauit & pristine sanitati socrum Petri restituit. Vnde Ecclesia dominū exorās, pro febricitatibus supplicat dominū, vt hodie quoq̄ intercessione beati Petri, infirmos a febribus paroxysmis & ardoribus liberare dignetur,

Ita etiam, quoniam sancta Apollonia pro Christi gloriosa forti animo passa est sibi dentes excutiri, non impie precatur Ecclesia: Deus omnipotēs, pro cuius nominis gloria sancta virgo Apollonia dentū excusione forti animo pertulit, tu nunc quoq̄ ad eiusdem tui nominis gloriam, in dentium dolore nobis clementer adesse diligens, intercessione eiusdem tuæ virginis & martyris per Christum dominum nostrum. Amen.

Poterit etiā ipsa oratio dirigi ad ipsos sanctos, quos precemur, vt ipsi deū Opt. cuius voluntatē norunt, pro nobis orient, quatenus ipsorum intercessione largiatur nobis hoc vel illud sub conditione, si nobis hoc ipsum ceterum futurū, quemadmodum & dñs ipse suo nos exemplo docuit orare. Id quod idolatria nō est, quū non petamus ab ipsis, tanq̄ à diis, et proprie petendorū datoribus, sed veluti à coimpetratoribus, quemadmodum solemus hoc in seculo unus ab altero petere, quū tamen neuter alterū habeat pro deo, sed pro mero homine, per quem deus largitur ac subuenit, tanq̄ per organum. Siquidem creature sunt non aliud, q̄ manus, q̄ canis, q̄ media, quibus ipse deus omnia largitur, veluti quū dat vberib⁹ matri lac, vt ipsa deinceps puero porrigit. In hunc sane modum catholice & pie deo al-

Ecclesia

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 142

Ecclesiae catholice cōsortibus dico esse supplicatū, nec esse erratum nisi quis errorē dixerit, abusum loquutionis, q̄ aliqui sanctos vocat auxiliatores. Id quod nō facile cōcesserimus, quū qui maiore & fide et intelligētia polent, scīant dītos nō auxiliari, nisi intercessione ad dñm deū: vnde auxiliū sanctorū nō secus q̄ pro intercessione accipitū. Insuper etiā proprie solus sit deus auxiliator & adiutor fidelium, prout ipsum scriptura vocat adiutor rem, nō tamē idololatra mox erit, qui appellauerit eius electos, adiutores improprie, qui dignatus est eos, quorum medio vtūtū ad voluntatē suā & executionē eius, Psal.8r a suo etiā nomine appellare deos: & hoc quoq̄ pactio **Ioan.10** scriptura nuncupat Joseph filium Iacob, saluatorē mundi, quia sua prouidentia (deo dñe) conferuerit iūnū **Gene.4r** dum Egyptiacū sub Pharaone à fame. Sic etiamnū eadem scriptura vocat Othonielem, et paulopost, ipsum Ahud filium Gera, saluatorē, quia deus per utrumq; deo **Judic.3** derat Israeli salutem. Quid multa? Nihil est de nomine vel vocabulo certandum, quādō de ipsa re constat: nec est quod errore quis lingua cadens errat, modō bene sentiat is, et sit intentio, quād iudicat omnia, recta.

Nec est quod etiam vocemus sanctum aliquē hominem in cœlo vel in terra nomine diuino, modō non faciamus eum deū, hec ei tribuamus quod solius est Dei. Id quod fieret, quū quid peterē à quopiam, quasi habaret quod peteretur, et dare possit ex seipso: id quod talis sum foret, quū nulla creaturarū habeat aliquid ex seipso, nec dare possit quicquā, nisi deo dante per ipsum & concedente. Vnde Paulus ad eum, qui fallo putat se habere quicquā à seipso, ait: Quid habes quod non acceperis? **t.Cor.4** Si autē acceperisti, quid gloriaris quādī acceperis?

Haud est igitur idolatria, nec peccat in primā primi precepti partē, qui sanctos vel intercessores implorat, et veneratur vtī creature deo dilectas: quū etiā Iob vir **Iob.5** sanctus et rectus, suadeat indigēti suffragis, vt se cōuerat ad aliquē sanctorū. Nonne & Iacob ipse patriarcha **Gen.48** voluit, vt super Ephraim & Manasseū inuocaretur nomen suum, et nomina patrum suorū Abrahō et Isaac?

Videat

Psal.32
Psal.43

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Videat proinde sanctos dei colens aut inuocans, ut reiecto superstitione abusu, sicut in primis se dirigat in deum, vnicum sui desiderij scopum, ut non est sanctus pendeat, sed per considerationem gratiae dei in sanctis, in ipsius uin decum transcendat, quem per sanctos praecipue inuocet, quem in illis colat & veneretur. Siquidem ipsi sancti nolunt se in seipsis laudari & glorificari, sed in domino, & dominu in se, quemadmodum primi quodam Christiani coluerunt Paulum, sed magis in ipso deum, cuius opera de Paulo recentuerunt, dicente Paulo: Et in me clascabant deum. Sed de iis passim in opere nostrorum Catholicorum & Centuriarum pluribus egimus.

Gala. 2.

Sap. 14, 15

Ro. 1.

I. Cor. 8.

Ro. 1.

Psal. 93.

Octauo peccant in primâ primi præcepti parte, qui vel idola vel statuas adorant & colunt, quemadmodum gentiles olim frequenter fecerunt ante Christi Iesu adventum, qui, velut scriptura testatur, idololatre ponebant plures ac diuersos deos, & existimabant in animatis lapidibus & lignis inesse virtutem deitatis. Quod idolatria genus inde videtur originem cepisse: Quoniam enim essent aliquot usq[ue] adeo carnales, ut aliquos annarer usq[ue] adeo carnaliter & inordinatim, ut mortuis ipsis facerent imagines, ad quas cum magis currerent, & in ipsis magis q[uia] in deo autore delectarentur: et cum deum ipsum viventem, eundemq[ue] inuisibilitem, per visibilium huius mundi bene cognoscerent, & ipsum tam non sicut deum, teste Paulo, glorificarent, sed sua sponte stulti facti, murarent gloriani incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, et quadrupedum, et serpentium, dedit ipsis deus Opt. Max. in reprobum sensum: permisitq[ue] vt in eis ipsis idolis ligatus cacodæmon absconditus errogatus, cuperit aliquoties, ut semper magis ac magis deciperet, loqui et respondere, quoniam tamen ipsa (testante Paulo) nihil essent aliud, præter ligna & saxa, ex quibus ipsa dæmonia loquerabatur. De quibus ob id serio dicit ad idololatras Propheta: Quoniam magnus dñs et laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia sunt, dominus autem celos fecit.

Hanc

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 148

Hanc verò idolatriam primus fecisse creditur Natus rex, ut vetustissimus, ita scelestissimus, ut qui non solum patris sui demortui curauerit fieri imaginem, sed & hanc post mortem coluerit, & cum ea loquutus sit, pro ut scriptura de ipso dicere putatur: Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmi deprecatur, & pro vita rogat mortuum, et in adiutorio inutili inuocat, & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest: et de acquirendo, & de operando, et de omnium rerum euenu petet ab eo, qui in omnibus est inutilis. Hunc deinde Natum populus Israeliticus sequutus est in ipso aureo vitulo, quem ex inauribus (Mo) secum dico in mōte absente) non solum isti conflauerunt, sed & adorauerunt, et ei hostias obrulerunt, et solenniter fecerunt, eumq[ue] vocarunt deos suos, qui duxisserint ipsis ex Agypto. Ex quoru[m] sanè idolatria deus Opt. Max. ita coepit indignari, ut vel Mose pro ipsis intercedente, Act. 7 qui etiam tabulas lapideas ex indignatione fregit, per Psal. 105 ipsum Mosen vnam cum filiis Leui curauerit die illa glorio belllico occidi quasi viginti tria millia hominum. Exo. 12. 1. Cor. 10. Fuerunt autem ipsi Iudei usq[ue] adeo proni semper ad idolatriam, ut deus ipse ne imagines quidem ipsis concede Exo. 20. re voluerit, addens propterea in primo precepto: Non facies tibi sculptile, nec o[mn]i[m] similitudinem, quae est in cœlo desuper, & quae in terra deorsum, nec eorum quae sunt in aquis sub terra. Quorum causa Ezechias rex Iuda, serpentinæ aeneum qui positus quondam fuerat pro signo, quem isti colebant fregit.

Quod vero nonnulli apud nos hisce annis zelo perinde quodam, sic in diuorū imaginis in plerisq[ue] locis defauerunt, ut ne signum quidem sanctæ crucis gloriose virginis in templo manere sustinuerint, oggannientes quia sunt idola, & q[uia] nos propterea idololatre censendismus: haud est ut probemus, cum quia Christianitas superius sciant ex sacris scripturis et ex apostoloru[m] historiis et homiliis, eiusmodi simulachra non esse aliud, q[uia] aurum & argentum, et quidem opera homini[m] materia lia, nec villam habere in se vitam, longe minus diuinitatē aliqua,

Exo. 12.

Act. 7

Exo. 12.

1. Cor. 10.

Nu. 21.

Exo. 20.

Leui. 26

Deu. 5.

4 Re. 28

2 Pa. 19

Psal. 113

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

aliquā, cum quia non colunt ea sicut deos, qui credunt
vnū dēū, sed venerātur ipsa sicut signa et monitoria eo,
rū, quæ Christus, quæ sancti ipsius gloriose fecerūt, in
sicut volumina quædam laicorū ē quibus ipsa discat, q
nec audire, nec legere fortassis alioq possint aut valeat.

Nec interim culpandi sunt, qui citra superstitionē et
idololatriam sic venerātur īmagines eorū amore, quos
repräsentant, quemadmodum nouanupta sponsi absen
tis amore exosculatur annulum aut strophium, ab illo
relictum aut missum. Qui sane affectus deo non potest
nō esse gratis, qui nō ex superstitione, sed ex abundan
tia quadam amoris proficiuntur. Id quod pariformiter
de iis sentiendum est, qui simili affectu exosculantur os
sa, altasve reliquias sanctorum, de quibus passim in no
stris pro religione veteri lucubrationibus disseruimus.
Quanuis interim non negemus, fuisse hactenus in ipsi
picturis, statuis & imaginib⁹, quæ nos minime pro
bamus, sed ea censemus emendanda pro tempore.

Esa. 58
Mat. 15

Primo displicet immodica impensa īma
ginū, de quibus magis expediret fortassis vestire paupe
res et nudos, q lapides et ligna, quæ non frigent, quum
nudos vestire iubemur. Secundo displicet īmodi
ca copia imaginū, quando sufficiente īmagines Crucis
fixi et Mariae, & vel templi vel altaris patronorū, quæ
vitæ eorum (quas vocant Legendas) exprimerent.

Tertio displicet vanitas īmaginum, quæ magis sunt
ad seculi vanitates incitamenta, q ad honestatē Chris
tianæ doctrinam. In antiquis signis, omnigenum virtu
tum, maxime paupertatis et cōtinentiæ Christianæ, ex
emplar certimus: in nostris nihil videmus, nisl quod ip
fissimā vanitatem seculi & omnē spurcitudinem repræsen
tat. Cum enim pictura, statuariaq quōdam fuerit inter
liberales artes habita tacita poēsis, plus interdum repre
sentans affectibus homi: q homo quantūvis eloquēs
& facundus, possit exprimere verbis, noluerit, Plato
philosophus in ea, quæ singit, ciuitate habere lasciuā po
ēsim: non decet igitur in sacris templis, præsertim apud
Christianos, habere picturas lascivas & superstitionis.

Quarto

DE DECĒM PRÆCEP. LIB. III. 144

Quarto displicet dissolutio picturarū, quæ, qū esse
debent libri laicorū, deberēt non aliud reprezentare de
ipsi sanctis, quos representat, q eorū fidem & huius bo
na opera, quæ fidem ipsorum in Christum probarent,

Paulo dicente: Memento præpositorū vestrorū, qui **Heb. 13**

vobis loquuti sunt verbū dei: quorū intuentes exitū
cōuersationis, imitamini fidem. Quinto displicet pe
regrina pictura, quæ nullis canonici scripturis, nec ves
tīcīs sanctorū historiis, quas Legendas vocamus, ap
probari queat. Sicut enim, cauente cōcilio Aphricano,
cōueniret in templis nō aliud recitari, q canonicas scri
pturas: ita quoq conueniret, non aliud inibi depingi,
nisi quod cōtineretur in sacris literis, vel quæ cum eis cō
sonaret. Hinc nō omnino probauerim picturā S. Trini
tatis. Quid enim magis aduersum est patri, q vt depin
gatur effigie senis silicernij, quū deus sit spiritus, nec car
nem nec oīla habēst? Quæ quidem pictura facile posset
errorem et hæresim inducere. Præterea, quomodo recte **Exo. 33**
pingi potest, quod nec vīsum est vñq, quod nec vide
Ioan. 1, **Ioan. 4.8**
ri nec intelligi potest, cuiusmodi est deus, adeoq Trini
tas ipsa sancta, quæ deus est ipsemet, cuius nec essentia
vītā, nec personarū trinitas videri potest, ideoq nec
pingi? Quanuis non negauerimus, iuxta historiā necel
lūtē depingi posse spiritum sanctum in specie colum
bæ, quæ repreſentet mitatorem &c. spirituflanceti, qui su
per Christum cōparuit in baptismo sub specie colum
bæ. Sexto displicet nimius & is quidem cultus, qui **Mat. 8**
Mar. 8
Luc. 8
Ioan. 8

facile potest simpliciores facere pronus ad idololatriā,
cuiusmodi est votorum appensio, vestitum induitio, thū
ralis fumigatio. Quæ fortassis non obesset, si docerens
tur imbecilliores eorum mysteria et significata. Legi
mus sancte altaria thurificata, sed vix, ipsas statuas solas
Heb. 9
Apoc. 8

Submittis igitur his, et hoc genus aliis ex picturis ab
usionibus & superstitionibus, minime cōtemnimus in
templis imagines: imò censemus eas cōseruandas, tanq
monumenta pietatis: & venerandas, propter significa
tionem & repræsentationem eorum quos referunt
et

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

& propter mysteria nostra salutis, quae nobis ob occulos etiam cordium exhibent picturam.

Phil.3 Improbandi proinde sunt, qui tanque inimici crucis Christi, quos appellat Apostolus, non modo Virginis et martyrum imagines, sed et crucifixi Iesu icona, submota voluerunt, nimis Turcis simillimi, qui prorsus abominantur imagines, quas tamen viri sancti, quorū Lucas fuit unus, sine culpa pinxerunt, & in hominū memoriam edidérunt, quarum multæ manferunt illæsc*vscq* ad nostræ tempora. Septimo peccat, qui dissidentes de diuina prouidentia, sic anxie solliciti sunt de rebus necessariis ad vitâ hanc temporalem, ut pre solicitudine et anxietate, dei et diuinarū rerum obliuiscantur, quasi non habueret ipse curâ de nobis, nec sufficeret nobis fideliter laborantibus ministrare necessaria vitæ. Quos ipse dominus qui nutrit omnia, reprehedit pariter et docet exemplo illorum agri & foeni et volatilium coeli, abiiciendam esse nimiam curam necessariorū corporis, quâdoquidem quarendum sit prius dei regnum, deindeque adiunctionum omnia, nimis ab eo, qui nostri curam gerit, de quo propheta lacta, inquit, in dominum curâ tuam, et ipsa te enutrier, et non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Mat.6 Octavo peccat, qui in angustiis impatientes contra deum murmurant, quasi non possit aut non velit eos adiuuare. Id quod Iob non fecit, quem dixit: Dominus dedit, dominus abstulit. Sit nomen domini benedictum. De quo scriptura: In his omnibus, inquit, non peccauit Iob labiis suis, neque stultum quid cōtra deum loquutus est.

Psal.54 Nonno peccant contra primâ primi præcepti partem, qui sic arbitrium faciant liberum, ut obliuiscantur se debere gratiae diuinæ, sine qua tamen nihil possunt, quæ operatur velle et perficere in ipsis secundum bona eorum voluntatem, quemadmodum testatur et ipse de se dicens dominus: Sine me nihil potestis facere.

Iob.1 Decimo peccant contra primâ partem primi præcepti, qui plus aequo tribuunt suis operibus, statuentes ex eis tanque idola quedam, scipios in locum dei surrogantes, sibi met per ea mercede[m] & beatitudinem definiens.

2.Cor.9 **Phil.2** **Joan.15**

DE DÉCEM PRÆCEP. LIB. III. 145
tes, quam sit ipius dei, vnicuique dare secundum opera, Mat.16 de quibus non oportet eos nisi in domino gloriarí, & Rom.2 cum propheta dicere: Non nobis domine, nō nobis, sed 2.Cor.10 nomini tuo dagloriam. Etsi enim deus haud dubie bona opera abundantur dignabitur mercede, tamē hoc ipsum non ex merito, sed ex sua gratuita promissione facturus est, id quod usque adeo humiliter suscipere debemus, ut etsi fecerimus omnia bona opera & præcepta, nos tamen adhuc dicere debeamus seruos inutiles, quia id deum fecerimus, quod facere debuimus.

Vnde decimo peccant in hanc primâ primi præcepti partem, qui sic sine operibus suam fidem (quā nescio an habeant) extollunt, & ei omnē salutem adscribunt, quasi deus nihil agere habeat cum ipsis: quum tamen ipsius sit donū, & ab eo per eū, sicut petierunt discipuli, dicentes: Domine, adauge nobis fidem. Iste autē Fidutiarij faciunt ex ea suum propriū opus et quasi quoddam idolum, secluso deo, vnde sunt omnia: et submora gratia diuina, sine qua tamē nihil sunt, nec habent quicque: quare fides eorū tota deberet esse in deum, qui dat salutē per fidem, sicut per organum & instrumentum quoddam.

Hac tenuis quæ deus seruanda præcipit, & quæ facienda prohibet in prima sui primi præcepti parte, diximus: simulque, recēsuimus, quî cōtra eandem primâ partem sic peccat, vt sint idololatriæ: restat vt in præsentia deī, id est, idem de secunda primi præcepti parte faciamus.

In secunda profinde primi sui præcepti parte deus vult & præcipit, vt totā spem nostrā colloquemus in ipsum, plenariamque in eum fiduciā nostrā habeamus, et omnimodam cōfidentiam nostram in eius bonitate & magna misericordia ipsius, & ad ipsum præ omnibus in omni tribulatione & necessitate nostra confidenter curramus: non dubitantes quin nos velit temporaliter & externaliter salvare, dareque media apta, quibus possimus habere & temporalem & æternalem salutem.

Ad quā sane spem theologicā hortatur propheta, dicens: Sperate in eo omnis cōgregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in eternū. Psal.61

T Siquis

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Psal. 67
Psal. 145

Psal. 70

Iacob. 4

Mat. 7

Eccl. 2

Psal. 36

Rom. 5

Siquidem Deus noster deus saluos faciendi. Et rursus Beatus, inquit, cuius deus Iacob adiutor eius; spes eius in domino deo ipsis, qui fecit cœlum & terrâ, mare & omnia quæ in eis sunt: qui & ubique habuit spes suâ præcipuam in deum in omni sua tribulatione, nec sua spes defraudatus est, de seipso dicens: In te domine spe rauis, non confundar in æternū. Deus, quis similis tibi? Quas ostendisti mihi tribulationes, multas & malas, & conuersus, viuiscasti me, & de abyssis terra steri reduxisti me! Multiplicasti magnificientiam tuam, & conuersus, consolatus es me. Est autem hoc loco spes, prout est virtus theologica, non modo certa ex pectatio future beatitudinis, sed & omniū eorū, quæ pertinent & ordinantur ad futuram beatitudinem, proueniens ex gratia simpliciter, & accidentaliter ex meritis & bonis operibus, pro quibus dominus beatitudinē nobis dare promisit, sine quibus aliquid sperare, non spes, sed præsumptio potius appellari potest, quoniam etiā fides ipsa sine meritis, hoc est, operibus, mortua sit. Hic dominus: Non omnis, inquit, qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Nonne fatuus es, sperare victoriā cōtra inimicos a deo sine rebus ad victoriā necessarijs, ut pote pecunijs, armis, mœlitib⁹, curribus, equis, & hoc genus alijs rebus? Qui vero cōfidit & sperat hoc pacto in deum, nequaquam poterit sua spe decipi, scriptura dicere: Nullus sperauit in deo, et derelictus est. Quod comprobans Daud, ait: Salus aut̄ iustorū a domino, & protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuabit eos dominus, & liberabit eos: & eruet eos a peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Quod intelligens Apostolus, dicit: Iustificati ergo ex fide, pacem habeāmus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriae filiorum dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio-

DE DECEM PÆCÆP. LIB. III. 146

atio patientiam operatur, patientia autem probatio nem, probatio vero ipsum, spes autem non confundit. Quod ipse nō solum dixit, sed & ita sensit, & eiusmodi spem in deum habuit, inquiens: Scio cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illo diem.

Ad hanc vero spem pro beatitudine obtinenda in deum vere habendam, facit auxilium diuinæ omnipotencie & misericordie immensæ, infinita dei liberalitas, & rerum dei ordinatio, qua ille proflus ordinavit, ut sperantes in ipsum, velut iuuare & non deserere, nimirum de se dicens: Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio vteri sui? Et si illa obliita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsisti, muri tui coram oculis meis semper. Est igitur, ex secunda parte primi præcepti, firmiter & duntaxat in deum præcipue sperandum in omnibus aduersitatibus ad liberationem.

Primo proinde contra hanc secundam primi præcepti partem peccant, qui confidunt in seipsis, quasi sine deo quicquid velint efficere, quum ne sufficientes quidem simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed omnibus nostra sufficientia in deo sit. Ideoque scriptura dicit: Qui cōfidit in corde suo, stultus est. Vtque stultus, Pro. 14. facies se deū & idolum: idololatra eris iam peior, ad quæ dicit verus & unus Deus: Perditio tua ex te Israel, tamen Ose. 13 tummodo in me auxilium tuum.

Secundo peccant in hæc primi præcepti partē, qui sperant in potentia satraparum. Ideoque Daud ait: Non habere confidere in principiis, nec in filijs hominum, in quibus non est salus.

Tertio, qui sperant in amicis & consanguineis suis, squidem propheta dicit: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem (id est, consanguinitatem) brachium suum, & a domino recedit cor eius.

Quarto, qui sperat in diuitijs suis, quæ sint vanæ & falsæ, testante scriptura, quæ dicit: Qui confidit in diuina

Tertiis

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

**Pr. ii.
2. Tim. 6** *etis suis, corrueat. Quare Paulus ait: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. Quinto, qui sperant in sua iniustitate & adiumentione, prohibente Davide quum ait: Nolite sperare in iniustitate &c. per astutias hominum, putantium obtinere quod volunt: quando, quidem spes (inquit scriptura) impij est quasi lanugo qua a vento tollitur. Sexto peccant contra hanc secundam primi præcepti partem, qui irretiti laqueo satanæ, cadunt in barathrum desperationis, reputantes diuinam misericordiam minus esse sufficientem ad remittendum peccata sua, quorum mole & enormitate deterrentur, similes desperato isti Cain, dicenti: Maior est iniustitas mea, q; vt veniam merear, affidenti magna iniuria Deum optimum, cuius miserationes tamen sunt ineffabiles, vt ipsæ sint super omnia opera eius, testante Davide, qui quoq; rectius sperauit q; Cain, dicens: Speret Israel in Domino, Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio: Et ipse redimet Israel ex omnibus iniustitatibus eius. Quem si sequutus fuisset Iudas proditor, ac ita credidisset, profecto non se desperatus suspendisset, verum venisset ad Dominum misericordie, dicentemq; audiisset illum: Nolo morte peccatoris, sed magis vt cōuertatur & vivat. †*

Summatim proinde peccant contra secundam primi præcepti partem, quotquot, relicta præcipua spe in deo, sperant in quamlibet creaturam, qua vana est & vanitas vanitatum: multa promittens, nihil autem ex se praestare potens, plerung; semper decipiēs eos, quibus promittit auxilium. Quod David intelligens, orabat: Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hois.

Hucusque diximus, quid Deus a nobis in secunda parte sui primi præcepti velit & seruari & dimitti, nimirum volens, vt in ipsum solum speremus, non autem in aliquam creaturam, qua per se prorsus est vana, nostramq; spem deludit: Superest, vt breuiter differamus de tertia primi præcepti parte, in qua Dominus Deus serio vult et præcipit, vt ipsum super oīa diligamus ex omni

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 147

omnibus nostris viribus, & nihil nisi propter eū amemus. Quam quidem partem Dominus ipse satis eius denter explicat, rogatus ab uno pharisæo et doctore legis, rogante: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Cui ille: Diliges Dominum Deum tuum ex corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, & ex omni virtute tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex penderet & prophetae. Et vere quidem Moses enim ait: Audi Israel, dominus Deus tuus, deus tuus est. Diliges Dmum deum tuum ex corde tuo, et ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

**Mat. 22
Mar. 12
Luc. 10**

Deu. 6.

In quibus sane verbis vult Moses, vt totis & animis corporis viribus Deū super omnia diligamus, hoc est, omnes nostras vires, voluntates, cogitationes, verba et facta dirigamus in eius laudem & gloriam, eiq; applicemus ad obediendum, obsequendum et complacendum, ad ipsum etiam honorandum, colendum devotam oratione et cultu, summa et excellentissima eius maiestati debito. Primo igitur peccant contra hanc tertiam primi præcepti partem, qui vel parentes, vel filios, vel cæteros consanguineos ita diligunt, vt praedilectione eorum nec dei, nec eorum quae sunt eius, recordentur: nec faciant, nec ardenter esse cupiant cum ipso, malentes cum istis q; cum eo vivere, carnali amore, eodemq; illicito detentri. Id quod facere nequaquam debet. Dicit enim ipse dei filius: Qui amat patrem aut matrem plus q; me, non est me dignus, ut pote faciens sibi idoneum coram me. Id quod ipse Dominus non fecit, dicēs ad parentes suos: Quid est quod me quererbatis? Nesciebatis quia in his que patris mei sunt, oportet me esse? Quem sequuti sunt Apostoli, dicentes: Ecce nos reliquimus omnia, et sequuti sumus te. Secundo peccant, qui inimici habent affectum ad suos vel superiores, vel alios homines, et iis potius q; Deo volunt placere, malentes offendere Deū, q; disperdere hominibus: quod videtur fecisse Adam, quando plus equo seruivit

Mat. 10

Luc. 2

Mat. 19

Gens. 3

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Gala.1

Vxori. Quod & adhuc multos facere vereor, contra dei primū præceptum, cōtra quod hac in parte Paulus pecare noluit, dicens: Si adhuc hominibus placet, Christi seruus nō essem. Siquidem magis obediendum est deo q̄ hominibus. Hinc cōtra trāsgrellores huius partis inquit propheta: Quoniam dñs dissipavit ossa eorum qui hominibus placet; confusi sunt, quoniā deus sp̄reuit eos.

Act.5

Tertio, qui pecunias sic auariter diligunt, vt earum causa non vereantur et iam pessima quaerat facere: quales sunt diuites auari, qui sibi ex pecunia faciūt idolum, quando toti pendent ab ea. Cuius gratia Christus ait: Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quod verò diuites eiusmodi sint idololatria, testatur Apostolus, inquiens: Mortificate &c. concupiscentiam malam, & auaritiam, quae est simulariorum seruitus, propter quae vénit ira dei super filios incredulitatis.

Mat.6

Quarto, qui sic indulgent crapulis & ceteris mundi voluptatibus, vt in eis omne suum gaudium ponant, obliuiscentes dei rerumq; diuinarum & cœlestium omnium, quemadmodum diues ille epulo fecit, nō credentes nec esse deum, nec , si est, eum habere rationem eorum, quae hic faciunt aut dimittunt ipsi, de quibus Apostolus: Multi, inquit, ambulant, quos sepe dicebam vobis (nunc autem & Hens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in celis est. Summatim peccat in hanc partem, qui cuncti in ordinato amore præfert creaturam creatori, & hunc potius offendit q̄ illam.

Col.3

Et hactenus de tribus, hoc est, de omnibus huius primi præcepti dei partibus, quibus in vniuersum deus ille verus & æternus prohibet nobis, sub poena mortis æternæ, alium habere deum præter ipsum: hoc est, præcipit ferio, vt in eum solum credamus, qui solus ex seipso possit ac faciat omnia, qui & velit sperantibus in ipsum dare omnia bona & necessaria, nec ipsos ullo modo deserere, quem & propterea diligere & venerari debemus omnibus viribus, hoc est, omnia nostra cogita-

Luc.16

Ostendit autē dominus deus in iste verbis sub his postis zelotipi, q̄ grauitate ferat, si quis per idololatriam à fide sibi dara desciscat, idololatriam adultero conferēs, quemadmodum fides ipsa in deum, passim comparatur coniugio, quia fides vtricq; seruari debet perpetua cohabitatione, nec alter alieno se conjungere. Quod verò dominus deus se zelotypum vocat, vult vehementem comminationem ostendere idololatriis.

Phil.3

Est enim zelotes, æmulator qui sic ardet vxorem, vt simul metuat vxori, ne quis eam de stupro appelle, & ne cuius adulteri blanditiis decipiatur, ægre sustinens aliquem assidere vxori, nec permittens vxorem in publicum progredi, nisi se præsente: se solum volens amari, prout scriptura vult. Ita nimur de nobis amare curat deus noster vnicus, & vnicæ vult à nobis amari. Quod si nō fecerimus, primum pro loco & tempore

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 148

ta, verba & facta dirigere in ipsius laudem & gloriam: carera verò quæ extra ipsum sunt, nō aliter à nobis haberi debere, q̄ suas creature: eatenusq; facere & possesse, quatenus ipse cōcedit illis: ideoq; nos sp̄e nostrā nō debere ponere in eas, nec ipsas nisi propter eum diligere, vt sic rex Opt. nō propter munus, sed ipsum minus propter regē diligatur. Iam verò tametsi deus ille Opt. Max. plerosq; peccatores, nō in ipsis tantū, sed in ipsorum filiis temporaliter vult punire, velut aliás ipsemet restatur, singulariter tamē in successione pariter vult punire, qui transgredientur hoc primū ipsius mandatum, quo prohibet p̄em idololatriam, tanq; grauissimum iā maiestatem eius peccatum. Subiungit enim in fine huius mandati, dicens: Ego sum dñs deus tuus, fortis zelotes, visitans iniuriam patrum in filios, in tertiam & quartam generationē corum qui oderunt me. Qui odio habent deum? Utiq; qui potius in ipsis creaturas, q̄ in ipsum creatorē credere, sperare, & amore duci, vehisq; solent. Quod & que foret, ac si quispiam diligeret quempiam propter quempiam: ipsis vero personam & eius honorem prosequeretur odio, nec quicquam boni eius, sed solum quempiam gratia faceret.

Ostendit autē dominus deus in iste verbis sub his postis zelotipi, q̄ grauitate ferat, si quis per idololatriam à fide sibi dara desciscat, idololatriam adultero conferēs, quemadmodum fides ipsa in deum, passim comparatur coniugio, quia fides vtricq; seruari debet perpetua cohabitatione, nec alter alieno se conjungere. Quod verò dominus deus se zelotypum vocat, vult vehementem comminationem ostendere idololatriis.

Est enim zelotes, æmulator qui sic ardet vxorem, vt simul metuat vxori, ne quis eam de stupro appelle, & ne cuius adulteri blanditiis decipiatur, ægre sustinens aliquem assidere vxori, nec permittens vxorem in publicum progredi, nisi se præsente: se solum volens amari, prout scriptura vult. Ita nimur de nobis amare curat deus noster vnicus, & vnicæ vult à nobis amari. Quod si nō fecerimus, primum pro loco & tempore

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

vult nos punire, prout olim fecit, iuxta Davidem dicens:
Psal. 72
tern: Perdidisti oēs qui fornicātur abs te. Deinde etiam
noſtros, nēpe filios & h̄eredes, vſq; in quartā generatio-
nē. Sin fecerimus hoc p̄ceptū, & manferimus ipſi deo
noſtro fideles, nec receperimus alios deos p̄ter eum,
vult nobis longe maiore bonitatē ostendere et exhibe-
re, quippe promittens se misericordiā facturū in mille.
Superest proinde chariflīmi, si volumus vt nobis &
noſtris post nos hic & alibi bene sit, vt non habeamus
deos alienos coram vno deo noſtro, id est, vt credamus
in eum vt omnipotētem, & speremus in eum vt nobis
optime volentem, & diligamus eum super omnia, sicut
eum qui dat omnia nobis amanter.

De secundo p̄cepto. Cap. IX.

Nō affumes nomē dñi dei tui in vanū, Exo. xx. Deu. v.
Exo. 5
Et si deus ille optimus maximus in vniuersiūque
p̄cepti ſuī transgressorē ferio velit animaduerte-
re, nec ipſum relinquerē impunitū, prout in p̄parato-
riis illius p̄ceptorū diximus: tamē vt singularē huius
ſuī ſecundi p̄cepti p̄cellentiam, & ipſius transgres-
ſionis grauitatem dominus inſtruaret, mox poſt ipſum
ſubdit Moses minas in ipſum p̄cūratorē, ſicut fe-
cit in primo p̄cepto, dicens: Nec enim habebit domi-
nus in ſontem eum, qui adiumpcerit nomen domini dei
ſuī fruſtra. Sicut autē dominus in primo ſuo p̄cepto
nobis p̄cepit, vt ſimili ſibi fideles, nec alij deo, quiū
non ſit alius verus deus, adhāreamus, nec alteri q̄ ſibi
cultum diuinum tradamus: ita p̄cipit in hoc ſecundo
p̄cepto, vt ipſum non cōtemnamus, ſed reuereamur,
dicens: Non affumes nomen domini dei tui in vanum
&c. P̄cipit enim, vt nomen ſuum ſumme honorifice-
mus, nec quoquo modo in honoremus.

Iam vero tamē ſi nomina dei ſint multa, variatq; in
ſcripturis, vt pote tam multa, q̄ multi ſunt omnipotē-
tis diuini effectus, ipſe enim verus deus nobis in ſuī na-
tura non eſt notus, ſed nobis innotefcit ex operibus &
effectibus eius, ex quib⁹ poſſumus eum nominare, mo-
do omni potēte, quia potest omnia, ſic Moses dicebat:

Domine

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 149

Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomē eius: Exo. 23
mod̄ aeternū, qui a nec finē nec initium habet: vnde ipſe
ſe dicebat Moſi roganti: Si dixerint mihi, quod eſt no-
men eius? quid dicam ei? Ego ſum qui ſum. i. aeternus:
modo dām, guia ſua virtute propria dominatur omni-
bus. Hinc de eo dicit Amos: Dominus nomē eius: hinc
Judith orans ad deum, ait: Deus noſter, qui conteris bel-
la ab initio, & dñs nomen eſt tibi: modo protiro & co-
muni ſuo nomine, deus, quia dat omnia et quidem op-
tima: Vnde Iacobus ait: Omne datum optimū & om-
ne donū perfectum de ſursum eſt, deſcendens a patre lu-
minū: modō nominibus etiā aliis ipſum nominare po-
ſumus iuxta ſcripturā, quū ſint (vti diximus) multa va-
riatq; ipſius ſecundum multos eius effectus nomina:
quia tamen reverentia debetur nominibus dei ratione
rei signat̄, que eſt vna, ſcilicet diuinitas, nō ratione vo-
cum ſignificatiū, qua ſunt multæ, ideo notabiliter ait:
Non affumes nomē dñi dei tui in vanū, volens nullum
plane nomē ſumi vſupariq; debere a nobis, quod quo-
mo do ſignificet illud, quod vel ſingulariter ſuā eſt
deitatis, vel quod ab ipſa recipit sanctitatē, propterea
q̄ ſanctum et diuinum habetur, vel quod ei applicatur.

Quo quidem paſto non modō nomē dei eſt nomen
deus, oipotēs aeternus, dñs, ſaluator, creator, Iefus: ſed &
oīs vox, diſtio, clauſula, oratio ſacræ ſcripturæ, adeoq;
ipſa ſacra ſcriptura, ſacramenta, mēbra, vulnera, tormē-
ta, nomina Iefu Christi, & omnīū ipſius ſanctorū, quæ
vel ſingula & vniuerſa prohibentur in vanū ſumi per
hoc ſecundum dei p̄ceptū, dicens: Non affumes nomē
domini dei tui in vanū, quia ſunt & habentur omnia di-
uina & ſancta propter nomen dei, intuituq; ipſius vni-
ci dei, eiusdemq; ſanctorum, ex quo, in quo, &
per quē omnia ſunt, & in eum tendunt omnia. Quā ſa-
ne noſtrā ſententiā approbat vniuersus ille a deo magi-
ſter, quū ait: Neḡ per ccelum, quia thronus dei eſt: neḡ
per terrā, quia ſcabellū eſt pedum eius: neḡ per Hierolo-
lymā, q̄a ciuitas regis magni eſt. Neḡ per caput tuū iu-
taueris, q̄a nō potes ynū capillū facere albū vel nigrū.

T 3 Iam

Dani. 9

Ro. 11

Ioan. 3

Mat. 5

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

Iam vero, quum vanū dicatur & sit illud, quod nullum habet nec causam, nec necessitatem legitimā subiecto quens est, ut tum assumamus nomen dei, & quicquid singulariter eius est, in vanum, quando nominamus, assumimus, & usurpamus ipsum citra causam & necessitatem. Ista vero necessitas & causa legitima, est duplex, ut pro salute nostra & gloria dei, immo vel sol Gloria dei: quoniam nec salutem nostram debemus per nomen eius querere, nisi ad gloriam ipsius.

Intelligimus autem, nobis a domino deo duo precepta in hoc secundo suo precepto.

Primo, ut suum & quodlibet diuinum verbum & nomen necessitate causaliter & subsistente, assumamus.

Secundo, hoc ipsum non cogente causa nec necessitate, non assumamus. Nunc autem ignorari non debet, quoties causaliter & utiliter assumimus nomen dei, tales etiam assumimus ipsum inutiliter & in vanum, contra hoc secundum praeceptum.

Primo autem recte utiliterque assumimus dei nomen & eius verbum, quando ipsum assumimus ad sanctificationē alieutus rei, ut videlicet ipsa per nominationem illius sanctificetur & purifetur: quandoquidem omnis creatura bona sit, &

i. Tim. 4 sanctificetur, teste Paulo, per verbum dei & orationē. Id quod in primis fit, quā nomine dñi benedicimus chum & potum ante mensam, post vero ipsam gratias agimus, ut accipiamus omnia cum gratiarū actione. Id quod dñs fecit, ac suo nos exēplo docuit, dicens: Exēpli dedi vobis, ut quādmodū ego feci, ita et vos faciatis.

Hoc ipsum quoq; fieri solet in omnibus, & praesertim sacramentis baptismatis & poenitentiae. Ipse enim

Mat. vlt. baptizans ait: Ego te bap̄tizo in nomine patris & filii & spiritus sancti, qui sane tres vnu sunt; id est, unus ve-

Ioan. 5 rus deus in esentia, triinus autem in personis. In ipso au-

v. Cor. 6 tem baptismate nos sanctificari per nomen domini, te-

statutus Apostolus, inquit: Abluti estis, scilicet per ba-

p̄tismum, sanctificati estis in nomine domini. Et ipse

quoq; absoluens in poenitentia, dicit: Ego te absoluo in

nomine patris & filii & spiritus sancti. Quæ quidem

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. **150**
temptio nominis dei viderur expressa quondam, vbi dictum fuit sacerdotibus veteris testamenti. Vos ponite nomen meum super filios Israel, scilicet inuocates in collatione sacramentorum, & ego benedicam eis, scis licet conferendo virtutem & effectum eorum.

1. Cor. 11

Primo proinde peccat cōtra secūdum hoc dei præcep-
tum, qui nomen dñi nō ad sanctificationē, sed de lec-
tione sumūt: cuiusmodi sunt, qui sacramēta cōferunt vel
accipiunt scienter in peccato mortali, nō cōtrito, iudicū
sibi sumētes ad ēternā damnationē: quādoquidem talia
sunt vniuersi: sacramēta, quali vel corde vel cōscientia
sumūt. Cuiusmodi quoq; sunt, qui sacris nominis
bus & verbis vtuntur in superstitionibus & incētatio-
nibus, nō ad salutē animę, nec ad gloriam dei, sed ad curio-
scatę suā, ad pactum daemonū in signis, verbis & gesti-
bus horribiliter peccantes, similes eis, qui sacris vesti-
bus, officiis diuinis aptatis, ad choreas, spectacula vel
bella procederēt, & iocū huiusmodi ex eo serio facerēt.

Secundo recte utiliterque dei nomē assumimus & eius
verbum, quādo assumimus vt cōfitemur, vt prædice-
mus & doceamus, quādmodum propheta regius ait:
Confitemini domino, & inuocate nomen eius, annun-
ciate inter gētes opera eius. Sic de Paulo scriptū est, Vt
portet nomē mēū corā gētib⁹ & regib⁹ & filiis Israel.

Psal. 104

Act. 9

Secūdū proinde peccat cōtra secūdum dei præceptū,
qui nomē verbū dei falsant, vel additione, vel adem-
ptione cōtraria, aduersus scripturā dicentē. Non addes: **Deu. 4**
tis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: **Deu. 12**
qui sacram scripturā falsis enarrationibus aut interpre-
tationibus descendat, & eam ad suam ipsorum (vt ait **2. Pet. 3**
Petrus) perditionem depravant: qui eandem ad impi-
am opinionem tuendam detorquent: qui rudes animos
nouis & à fidei præscriptis alienis dogmatibus imbū-
unt: qui sanctorum patrū sacrosancta Concilia & statu-
ta cōtemnūt, quasi illi patres in spiritu sancto nomineq;
Iesu congregati, in fide nihil haesitantes, nō acceperint fa-
pientiā a deo postulatā, quasi paracletus nō suggererit

Jac. 1. r.

Ioan. 14

illis omnia, neq; oīa docuerit vncitio ipsa, quasi deniq;
1. Ioan. 2

illorū

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Lue. vlt. illorum mentes non aperuerit Christus, vt intelligatur & intelligatur scripturas, contra Christi summae veritatis promisum, quum tamen Paulus suas & verbales & scriptiles (vt ita dicamus) traditiones tenendas voluerit, qui & olim Syriam et Ciliciam perambulans, ecclesias confiterauerit, praeceptiens custodire praecepta apostolorum & seniorum. Et scriptura quidem: Interroga maiores, inquit tuos, & dicent tibi. Tertio recte utiliterque sumimus dei nomen, quando ipsum vel per ipsum laudamus, iuxta dominum dicentes: Omnes qui invocat nomen meum, in gloriam meam creauit eum. Et Psalmista: Laudate nomen domini. Tertio igitur & vicissim peccatum contra secundum dei praeceptum, qui vel dei verbo, vel nomine abutuntur in scisma vel derisione, in rhythmis & cantilenis mudanis, & in loco maxime prophano, quo ipsum vilipendi plerisque incipiunt. Ita Rabi Iudeorum putant hoc praeceptum prohiberi prolationem nominis domini Tetragrammaton in loco prophano, vt quod debeat in templo, & quidem per sacerdotes, proferi. Quare cum aliás in Babylonie captiui rogareretur ab ipsis capientibus, vt eis canerent hymnum de canticis Sion, respoderunt, vt est in Psalmis: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Eheu, quomodo nunc peccant nostres, qui sacratissima scriptura sanctae verbæ etiam in lupanaribus sine deuotione & absq; omni causa sic usurpat, vt illa penitus deuenerint in despctum & contemptum, praesertimq; apud eos, qui nuper euangelicos se voluerunt cognominari contra catholicos, quibus etiā hac de causa potius sacra Biblia sunt in veraculum lingua peruersa, q; versa, quibus nunc leuisimi homines odiose abutuntur ad summam levitatem.

Itemq; peccant in hac parte, qui vel dei vel eius sanctorum nomina, sacramenta, tormenta, passiones, vulnera, membra vel blasphemāt, vel alio modo dehonestat & inhonorat. Id quod (proh dolor) nunc usq; adeo protritum est apud Christianos, vt plane verū fieri ceptum sit de nobis, quod ipse dominus conqueritur in Esaiā, dicens: Iugiter tota die nomen meū blasphematur, i. in honore,

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 158

honeste usurpatur. Siquidem in blasphemia deo ascribitur & eius verbo, sacramento, corporiq; & sanguini Christi, quod in eum non cadit, vt est infamare, perdere, dehonestare, cæcare, & id genus aliud male facere, quod deus nō facit, nisi quī peccatum, præsertim blasphemia, punit æterna morte, quemadmodum dubio processu puniet oēs blasphemātes, dicente scriptura: Maledicti psal. 36 centes ei, scilicet deo, disperibunt, ut pote variis modis.

Primo quidem temporalibus penitentia & multitudinis, quibus omnipotēs plerique punit horribiliter, scilicet bellis, pestilentia & fame. Quæ quidem mala nō absq; causas nos Christianos tantisper visitat, qui Turcis propter blasphemias longe sumus deterioriores; qui proinde hucusq; nos infestant sanguinolentis bellis, permittente deo, propter tot in ipsum blasphemias. Secundo, morte temporali, iuxta scripturā dicentes: Qui maledixerit deum suum, morte morietur, scilicet corporali, nimisq; per lapidationē. Quod et in veteri testamento serio seruatū est. Quum enim Moses interrogaret, quid peccatum esset irrogandum cuidam ex filiis Israhel, qui blasphemauerat nomen domini, responsum est a domino: Educ blasphemum extra castra, & lapider eum omnis populus.

Tertio, morte æterna, quoniā regnū dei non possident impenitentētes. Itemq; peccant in hoc præceptū, qui dei sanctos in coelo quoque modo vel in honorat vel blasphemant, negantes eos honorari debere, quos dominus pater, qui in celis est, honorificat, quorum deus & dedecus, quod ipsis infertur, redundat in ipsum deum, dicente ipso dño: Amen dico vobis, qđiu fecistis vni de iis fratribus meis minimis, mihi fecistis. Quos ipse dñs ita charos habet, vt in eorū nomine etiam portecto aque frigidæ calici mercedem dare promittat. Est proinde blasphemia in sanctos dei hoīes parvissimē vindicanda, quum deus aequo blasphemetur in eis, vt in ipsis laudatur & glorificatur. Itemq; peccant hac parte, qui proximo iuō per odii vel vindictam vel iniuriam, vel quoquo sinistro modo, ægritudinē, pestem, febrem, morbum Gallicū, pedis aut colli fractionē, & hoc genus

Hier. 14

Hier. 15

Leu. 24

Leu. 24

2. Tim. 3

Mat. 10

Ioan. 12

Mat. 25

Mat. 10

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- I. Cor. 6** genus aliud malū, mala mente imprecantur: quandoquidem nec eis modi maledici, teste Paulo, regnum dei possidebunt. Tacemus & plerūq; talia mala imprecata tendunt in finum propriū, hoc est, eius qui blasphemat & imprecatur, ut verū fiat quod dīcī solet, Incidit in fouē quam fecit. Est autem hoc blasphemia tanto grauius, quanto personam cui maledicuntur, magis diligere & reuereri debemus, cuiusmodi sunt parentes & principes. De parentibus scriptum est: Qui maledixit patrem vel matrem, morte moritur. De prætatis & principibus scribitur: Principi populi tui nō maledic.
- Psal. 7** Eheu q̄ nos nunc blasphemamus, qui citra causam, sed mera levitate & proteruitate, summos p̄tifices idola & antichristos: itē Cæsares, reges, principes, & id genus satrapas, & quidem falso, m̄cupamus tyrānos, fauōs, lictores, et id genus altis despexitissimis nominibus, & nō secus de ipsis perficta quidem frōte blateramus & obloquimur, atq; q̄busdā vilissimis helluonibus.
- Leui. 20** Id quod apud maiores nostros vspadeo alieni fuit, vt superiores ipsi non fuerint ab eis nominati, nisi cum honoris prefatione: & recte quidem, quū deus eos nob̄is velit honorādos, & seipsum in illis, qui sunt eius & ministri, et locum tenēt. Ideoq; Paulus alibi plurimum doluit, quia maximū sacerdotē (vtrcūq; infidelem) Anatnā, ignoranter vocasset parietē dealbatū, imprecans ei percussionē a deo, qm̄ cōtralegē iussicerat ipsum percuti.
- Mat. 15** Quarto dei nomen vtiliter recte vsparamus, quādo tribulati & angustiati, ipsum ad auxiliū imploratio nē & opem inuocamus. Ad quod ipse dominus in psalmis hortatur, dicens: Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Quia quidem inuocatio ne nihil efficacius, et deo nihil gloriosius. Ipse quidem per eam glorificatur, & implorans adiuuatur: id quod multis modis ostensum est, nec enim potest verbū dei mentiri, quod ait: Turris fortissima nomen domini: ad eam confugiet iustus, & saluabitur. Et alibi quoq; No men tuum inuocatū est super nos, ne derelinquas nos.
- Exo. 22** Quia vero plerūq; solemus post inuocationes addē-
- Act. 23**

DE DECEM PRÆCIP. LIB. III. 252

re vota, fieri solet, vt in primis quarto peccat cōtra hoc secundum dei præceptum, qui vane, hoc est, incaute volunt illiciteq; quomodo vout ipse leprose se oblateturū Iudic. 13 deo, quicquid primum sibi redeunti occurreret, quando primo occurrentem vnicam filiam mactauerit. Si quidem eiusmodi votum est portius refendēdum cum penitentia, q̄ cum scelere seruandum, quando scriptura teste) Deo stulta promissio dispiceat. Ita laudatur David, q̄ ad preces Abigail vxoris Nabal, non occidit Nabal, sicut in iracundia iurauerat se factum.

Item peccant, qui temere et inconsulte vount, prout olim Saul vout, neminem suorum virorum qui secū erāt,

aliquid gustare debere, nisi prius cōfecisset oēs hostes. Eiusmodi votum videntur quoq; facere sacerdotes incaute vanetq; qui perpetuam vount castitatem, & quidem maxime sub conditione, dicentes, quatenus per carnis infirmitatem possiat.

Sed quid si carnis infirmitas non admittat, et ipsi sint **Mat. 19** de iis, qui secundum Christum, verbū castitatis capere nō possunt, nec donū castitatis habere? Vtrum melius, **1. Cor. 7** vxorē dicere, an (quod absit) scortari, quod sub poena mortis a deo prohibitum est? Sed hac de re consulens **Ephe. 5** Hebr. 13 dū est Christus cum Paulo, & legis coelibatus utilitas, quum sit vtrq; coelibatus per se non utilis solum, sed & plante angelicus, vtpote virginitati proximus.

Itē peccat, qui precatioēs vanis illiciteq; cogitationibus sp̄tē cōquisitis acerstisq; interturbat, maxime quies officio ad eas oratiōes peragēdas obstringit, vt ecclesiastici, cōtra quos dñs in propheta dicit: Popu- **Esa. 29** las hic me labiis honorat, cor aut̄ eorum longe est a me. **Mat. 15**

Quinto, recte vtiliter sumimus & usurpamus dei nomen et verbum, quando sumimus ipsum ad confirmationē dictorum. Quæ sumptio proprie dicitur iuratio, quæ non est aliud q̄ dictoriū nomine dei, vel eo quod illo quoquo modo æquivaleret, vel suam recipit ab eo sanctitatem vel deitatē, in vadē interposito, cōfirmatio. Siquidem iurans, deum nomine suo, vel aliquid eius nominis æquivalens, quasi testem sui dicti inuocat, decla- rans

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

trans se verum dicere, hocq; vel illud seruare, vel non seruare: quandoquidem iuramentum est ordinatum ad confirmationem, Paulo dicente: Omnis hominum controuerse finis ad confirmationem, est iuramentum.

Heb. 6 Primo autem iuramentū esse licitum, iureq; diuino cōcessum, patet ex eo quod deus ipse iuravit, qui nullus est peccati autor, sed prohibitor, dicens ad Abramā: Per in memet ipsum iuravi, quia fecisti hanc rem, & nō peperisti filio tuo vni genito propter me, benedicam tibi, et multiplicabo semen tuū. Quum enim, inquit Apostolus, homines per maiore se iurant, ipse vero deus Abramā iurans, non habuit per quem iuraret maiore, iuravit per semet ipsum. Itē iuravit & ipse Dauid, de quo Psalmus ait: Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et, Iurauit dominus & non poenitebit eum.

Ioan. 10 Secundo, quia scriptura, quę à deo infusa solui nequit, mādat, vt iuretur, nēpe iusta causa cogēte, dicens: Domini num deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. **Deu. 6** **Psal. 62** Et Psalmus ait: Rex vero lætabitur in deo, laudabūtur omnes qui iurant in eo. Tertio, quia necessitas cogit, quum alioqui quis hoc non crederet, quod verum est, quodq; pertineret ad salutem: fieretq; propterea, q; veritas ex defectu iuramenti supprimeretur, & quidem maxime apud infideles, propter quos in primis iuramentum est admissum, vt patet ex eius origine.

Cum enim quondam mala creuissent, scribit Chrysostomus, & sursum & deorsum facta fuisse confusio, quum ad idolorū seruitutem declinascent: tunc, inquit, quum infideles iam apparerent, testem inuocabant deum, tanq; dignum dantes dictorum vadem. Hoc enim est iuramentum, morum infidelium vadimonium, vt non nisi cum sponsorē credatur, & spōsore quidem magno, propter multorum incredulitatem, exigentium non hominē sponsorē, sed deum. Quarto, quia deo iuramentū cedit in gloriam, quia per ipsum veritas inuocatur eius, qui veritas est, & creditur in eum ac propter eum, cui dein omne bonū quod sequitur ex iuramento, omnī

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 133

omnīs honor ipsi soli deo ascribendus est. Hinc nota **Deu. 6**. bishter cautū est, vt per nomē dei iuremus. Quinto, quoniam sequitur ex iuramento vero magna plerūq; pro repub. Christiana utilitas, quā nō sequeretur aliunde. Siquidem sic plerūq; pax & cōcordia iurātū, & destruitur ipsius diaboli opus, dissenſio scilicet & līs: quā doquidem ad confirmationē foederis initī aut pacis, inter dissidentes ab vtraq; parte præstatur iuramentū de cōseruāda integrē pace tacta. Ita quoq; iuramentū præstat in iudicio, vt Veritatē dicant de tīs, super quibus interrogantur. Et hoc est quod Paulus ait, iuramentum **Heb. 6** esse finem omnis controuersiā inter homines.

Sexto, quoniam recte iuranti promittitur introitus eccl. Dauid enim dicit: Qui iurat proximo suo, & non decipit, habitabit in tabernaculo tuo. **Psal. 14**

Quod vero sint ac iampridem fuerint, qui perhibet prorsus esse omni iure prohibitiū iurare, nec priuatim, nec publice sive solenniter, allegātes Christum dicentes: **Mat. 5** Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neq; per cōsum, quia thronus dei est: neq; per terrā, quia scabellum est pedum eius &c. non sane intelligūt Christum, quia prorsus iurare per ea verba prohibuisset, quod certe nec fecit, nec facere debuit: cum quia non venit soluere legem, quae inter cetera vult ac permittit iurare: tum quia ipsemet vna cum apostolis sexpūnērō per Vere, vel per Deus viuit, vel per Amen &c. in euangelio iurauit. Nihil autem Iesus more humano fecit, quod nos facere nollet, vt pote qui cōcepit facere & docere, cu iusq; actio, nostra est instructio.

Est itaq; sensus Christi longe alius insibi, q; isti putat, vimīrum sensus est ipsius, vt nemo iuret, nisi seruet ea, quae sunt seruāda in vero iuramento, quę deus pater seruari voluit, dicens: Et iurabūt in nomine meo in iudicio & iustitia & veritate. Primō vult deus, vt iurans, iuret in veritate, vt videlicet omnino credat esse verum, quod iurat: nec vtatur aut falsitate, aut fallacia: qui alios quin iurando scienter falso quacūq; via & causa, per Iūrus peccaret cōtra secūdūm dei præceptū, prohibete

V domis

Ibidem
Deu. 6
Ioan. 8
Ro. 9
Act. 1
Ioan. 13

Hier. 4

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Leu.7:9

domino & perhibente: Nō petiurabis in nomine meo;
Secundo, vt iuret in iustitia, vt videlicet iuret illud,
quod fieri seruari p̄q iustū sit & lícitum. nam si fecus fuit
iuratum, seruari nō debet, quia sit imp̄si & iniq̄i,
vt pote hominem occidere, non facere pacem, vel cu-
rare quicquam mali: quemadmodum Herodes impie
iurauit, se velle facere quod peteret filia, q̄ nec obliga-
tus seruare fuisset. Sicut etiā iurauerūt impie Iudei, qui
iurarant & vōuerant se non comeduros, nisi prius co-
cidissent Paulum. Hęc certe & hoc genus alia iurame-
ta & vota, sunt déploranda & rescindēda. Siquidem est
impia promissio, quę nō possit nisi cū scelere adimpleri.

Tertio vult dominus deus, vt iurans, iuret in & cū iudicio. i. cum discretione, & hoc sit in multis sane modis.

Primo, ne iuret ita pro re grāndi & seria, nō vili, nec
foco. Quo modo peccant institutores & mercatores, qui
iurando merces suas alii commandant, vt carius di-
dant. Hi omittendo peccant, etiā si veritatē ipsam iurādo
affirmant. Deum enim rēst̄ acercent propter rem va-
nam & temporalē, quam quū non debent amarc, pro-
pterea longē minus debent ob ipsam iurare volentes.
Insuper, quū nō debent querere que sua sunt, longe mi-
nus propter ea iurare, quādo pluris estimare debet del-
nomē, q̄ sua. Secūdo, ne iuret indēliberate, velociter
& frequenter, iurare cōfuscentis. Siquidem scriptura
dicit: Iurationi nō assuecat os tuū, multi enim casus in
illa. Non innotatio vero dei nō si assidua in ore tuo, & no-
minibus sanctorū nō admiscearis, quoniam non eris im-
munis ab eis. Peccant igitur cōtra secundum dei prae-
ceptum grauiter, qui usque adeo p̄perā assueverunt
iurare, vt vix vñā proferant sententiam sine iuramento
& nominatione dei & sanctorū, quēmadmodū p̄cī-
pue faciunt lusores, q̄ rāto vel nūq̄ sunt absq̄ blasphemā-
tia, bis terq̄ peccantes. Tertio, ne iuret voluntarie
ad libitum suum, non ex causa compulsus, quēadmo-
dum olim Iudei perperam faciebant. Id quod Christus
prohibet, dicens: Audistis quia dictum est antiquis:

Mat.16
Ioan.12
1.Ioan.2
2.Cor.10.

Eccle.2:3

Mat.5 Non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua.

Ego

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 154

Ego autē dico vobis, nō iurare oīno. Q.d. Iudeis oīni
præceptū est, ne periurāt̄; iurare autem permisum est
ad libitū. Vobis autē p̄cipio, nullo modo iurare, neq̄
ad libitū iurare, sed iuadente legitima causa. Vult
itaq̄ Christus inibi, vt nullus voluntate sua iurare de-
beat vñq̄. Libidinē scilicet et voluntate iurandi propriā
prohibens: nō autē prohibens, ne quis exactus vi alter-
ius aut necessitate fratr̄s iuret. Ita enīm quis iurās, nō
ipse iurat, quia nō est sūe voluntatis, sed seruit per hu-
militarē alienā voluntati, vel per charitatem alienā ne-
cessitati. Cessantibus autē tīs causis, nullo modo licet
iurare, quoniam sī iurare est peccatū & à malo: sed suffici-
cit, vt fermo noster sit. Est est, ac Non non. Quarto,
ne iuret per creaturā sine intuitu dei, in cuius nō ē
eius intuitu vel solo cōuenit iurare, dicente dño: Dñm
deum timēbis, & per nomen eius iurabis. Et rufus: Et Deut.6
iurabis, viuit Dominus, in veritate & in iudicio & in
iustitia. Iam verò si solum iuraretur per creaturā, honor
creatori debitus, attribueretur creature. Sic Christus
noluit vt iuraretur neq̄ per cōlūm, neq̄ per terrā, neq̄
per Hierusalem, &c. Sed hac parte quāri solet, num
si quis per cōlūm, terrā, Hierusalem, caput, animā, Eu-
angelium, fidem, sanctos, itemq̄ per corpus sūū, & per
hoc genus creaturas alias iuraret, teneret seruare quod
iurasset, aut non seruās, esset periurus. Respondeo, quic
quid lícitum iuratum est, seruari debere sub poena pec-
cati mortalis, scriptura dicente: Reddes domino iura-
menta tua. Et rursus: Quod semel, inquit, egressum est
ē labiis tuis, obseruabis & facies, sicut promisisti Dño
Deo tuo. Iam verò quū iurans per creaturā, iuret in-
tuītū veritatis asserendā, quā veritas est ipsa, implícito
rēsumatur nō men dei, quām veritas aut bonitas aut
dei virtus inibi manifestatur: certū est, idē facere qui iu-
rat per ea, quā dei sunt vel ei applicata, quod facit q̄ iu-
rat per deū, ex quo, in quo, per quē oīa sunt. Ideoq̄ vter
q̄ iurans seruare obstringit, aut fit vterq̄ periurus.

Hinc quū fortassis essent oīli, qui quārerent effugitū
quia iurarent, sed non per nomen Dñi, sed per cōlūm,

Deut.4
Hier.4

Mat.5

Num.10
Mat.5
Deut.23

Rom.11

V 2 terram

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

tetram, Hierusalem &c: quasi ideo non essent regi perjurarent, nō tamen per nomen dei, quod reputaretur ipsi quasi non iurarent, dominus ipse Iesus obseruator legis ait cōtra ipatos: Auditis quia dictum est antiquis, Non perjurabis, reddes autē domino iuramenta tua; Ego autem dico vobis, nō iurare omnino, neq; per caelum, quia thronus dei est: neq; per terrā, quia scabellū est pedum eius: neq; per Hierusalem, quia ciuitas est magni regis: neq; per caput tuum, quia non potes vnu capillum album facere vel nigrum.

Matt.5

Prima proinde conclusio est ex omnibus fam dictis, posse quidē līcē iurari per nōmē dei, vel quod illi quo quō fīodo affine est, ita ut veritas semper afferatur int̄itū dei, qui summa veritas est & ipsissima, sed non nisi necessitate, vel vtilitate, vel charitate, vel alia legitima causa interueniente.

Ioan.14

Secunda, violare secundum dei p̄ceptum omnes, qui promissionē deo vel hominī factam de re līcita & honesta, infringunt: vt qui vota deo facta nō cōplēt, qui feedera pacis et pacta cū aliis inita corrumput & dissoluunt, qui deniq; aliquid sub sigillo secreti vel confessionis acceptum, contrā ius & fas reuelant in detrimentum famae vel salutis illius, qui tale secretū alteri cōmisit. In omnibus enī istis prōmissionibus & votis, est quqdā vis iuramenti, constringēt hoīem iure diuino ad satisfaciendū promissis. Iḡt̄r faciētes cōtra promis̄fa sua & vota, hoc etiā dei p̄ceptū pregaricantur.

Leu.19

Qz vero horrendū sit peccatū trāsgressio illius secundi p̄cepti, & maxime fractio iuramenti, multisfariā patet: Primo, quia scriptura detestatur ipsum vt horribile peccatum, dicens in persona dei Opt. Max. Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nōmē dei. Quod repetit dominus, inquiens: Dictum est antiquis, Non perjurabis. Secundo, quia deus mox post hoc secundum suū p̄ceptum subiungit seriam p̄cenā cōminationem sine promissione, dicens: Nec enim habebit dōminus insontem eum, qui assumpserit nōmē Domini Dei sui frustra.

Matt.5

Exo.20

Deut.5

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 158

Tertio, quia dñs non modo punire vult horribiliter qui falso periuratur, sed & qui frequenter & ex consuetudine, vtcung; nō falso, iurat, scriptura dicente: Vir inulum iurans, implebitur iniūitate, & non discedet a do illus plaga: replebiturq; domus illius retributione pessima. Quarto, quia ius pontificium censet eum perpetuo esse infamem, nec vñquam ad testificandum habilem, qui semel periuravit. Quinto, quia ius ciuium se statuit periurium etiam in corpore multitudinem.

Sexto, quia Deus iuramentum vult infidelibus & impīis ethnīcīs esse seruandū, vtpote ab Israēlīs ipsiſ Gabaonītis, à Sedechia ipsi Nabuchodonosor,

Septimo, quia Dominus deus etiā eos crudeliter puniuit, qui fregerunt fidem infidelibus. Nam quādō Saul Gabaonitas, quib; filij Israēl iurauerunt, percussisset, tandem omnis ipsius Saul familia, excepto Miphobeth, suspensa est sub rege Dauid, quādō propter tale periurium Saul, tribus annis non pluit in Israēl. Huius siccitatris causa cū per prophetam ipsi Dauid esset ostensa, cōtinuo omnes ex regis Saul familia superstites viros vsc; ad vñū Miphobeth, suspēdi fecit. Quid quod etiam propter vñū periurium totum regnum Iudeorū sit quersum? Quandoquidē Sedechias iuramētū dedit Nabuchodonosor, se in ipsius dominationē permansurum: sed postea defecit, & ad Egypti regē trās fugit: propter cuius perfidiam vastacum est totū regnum, maxime autē vībs sancta & deo dilecta. Quid, q; nec filii Beniamin alias suas dare sunt ausi propter iuramentum, & potius gentilem sanguinem permiserunt misericordi fraterno sanguini, quam iuramentum soluerent,

Sed quare, dicit aliquis, tam horrendum est periuri peccatum? Rēpondeo, quia iurans deum testim adhuc beat, & medium quo vniunt se se discordes, sequitur quod si periuratur, suo periurio deum falsum, mendacē, impostorem & vanum, quantum in ipso est, constituit, & ipsum esse alium quam iurat, quum sentiat aliud in corde, & suum velit crimen ac malum, Dei nomine tegere.

6.q.1.ca.
infames

22.q.4.
Si quis

2.Reg.22
2.Par.26

2.Re.22

Hiere.37
Hier.39

4.Reg.22
2.Par.36

Iudic.22

Ter

V. Causa.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Caveant proinde ex potentatibus aliqui, qui viscerā
deo nihil seruat, quod vel iurant vel promittunt literis,
vt mox infringant fidem, nacti quoquo modo occasio,
nem infringendi, dcum non timentes, modō perjurium
corā hoc mundo prætexere valeant. Siquidem non effu
gient tandem, quātumvis deo permittēte prosperentur
præ ceteris, quum fideles interim diabolus ita frequen
tius tentat, vt mali nihil recte sentiant de verbo dei,
quod rāmen certo manet in aeternū. Et hæc quidem dī
cta sunt super secundo dei Opti. Maxi. mandato, que
peruelim sic accipi & notari, quomodo per nos, nimirū
pī animo, ex sacris passim literis deprompta sunt.

De tertio præcepto.

Cap. X.
Memento ut diem sabbati sanctifices. Exo. xx.

AD huius tertij præcepti declarationē primo scien
dum duxerimus, diem, quā Latini serias dicunt, à
Germanis ab eo vocabulo Feyertag appellari, ab He
breis vero sabbatū vocari. Que quidem tria vocabula
significat idem. Sed quia prius horū fuit sabbatū, quādo
quidem prima fuit in terris Hebræorum lingua, descri
pturi primum sumus, quid sit sabbatum, & quorū, & à
quo primum fuerit institutum, unde cognosci poterit,
quid sit feriae, unde & propter quid fuerint institutæ.

Est autem sabbatū, ex vi vocabuli non aliud, q̄ dīca
quietis, & à seruili manuali, y opere cessationis: quādo
quidem sabbat Hebraice, est latine quies et feria. Vnde
tractum est germanicum vocabulum, feir, quod valer,
alaboribus vacatio, proprie, mußling von Leyplicher
arbeit. Atq; hoc sane pacto sabbatum nō dicit diem in
hebdomada determināam, prout Iudei diem Saturni,
quæ septima dies est septimanæ, numerando à die Solis
appellant sabbatum, sed norat quamlibet diem in septi
manæ, quæ dedicabatur in lege ad requiem & festiuita
tem, prout euidenter ex Leuitico colligitur, vbi dicit
lex: Mense septimo, prima die mensis, erit vobis sabb
atum memoriale, clangentibus tubis, et vocabitur san
ctum. Omne opus seruile non facieris in eo &c. Jam ve
ro constat, q̄ prima dies mensis secundum anni varia
tem

Psal. 118

Gene. ii.

Leui. 23

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 156

tem et secundum mensis initium variari potuit, vt ipse
hoc anno cadere in quintam feriam, vel in diem louis,
vel in tertiam feriam, id est, in diem Martis, ideq; fab
batum ad hunc modum non habebat certam diem.

Ex quibus modō colligitur, nō vniūm illis fuisse Iu
deis sabbatū, sed multiplicia, quum qualibet festiuita
rum quacunq; die cadens, sabbatum diceretur, qua fuit
ab operibus manualibus octiandum feriandū: mīq.

Vnum sabbatum dicebatur vñuale, quod immutata
biller apud Iudeos vñq; nū observatur septimo die cu
iustibet septimanæ, qui dies appellatur Saturni, vt pa
ter in libro Exodi. Cetera dicebantur sabbata menz
strualia & annualia, quæ & ipsa sumebant initium su
um in fine alicuius septenarij. Ipsum quidem sabbatū,
id est, festum nouarum frugum, quod Pentecoste appell
ari solet, præcepit dominus celebrandum in fine septi
mæ hebdomada post pascha, velut constat ex Leuitico
& Numeris. Sabbatum item Tubarum & expiatio
nis & tabernaculorum, præcepit idem celebratum iri
in septimo mense, vt in loco præallegato claret.

Sabbatum terre præcepit celebrandum anno septi
mo, vt est in Leuitico.

Sabbatum vero iubilei, celebratum iri præcepit in fi
ne septimæ septimanæ annorum, qui dicitur annus quin
quagesimus & sabbatum generalis remissionis, vt pā
te: in eodem Leuitico.

Sed quare, querit quispiam, deus ipse Max. omnia
sabbata legalia præcepit in veteri testamēto celebrāda
in fine alicuius septenarij. Dubio procul, inquā, nō sine
magno mysterio, nimirū q; ipsa significarēt, præfigura
rentq; aliquā requiem in aliquo futuro septenario. Quia
enim sabbatū non est aliud, q; requies, & datum ad fan
ctificationē, nec propter se, sed propter aliquod signum
figuratum, semperq; fuit præceptū in aliquo septena
rio futuro, quod populus ipse Iudaicus non aliud esse
tempus censuit, q; totum tempus Messiae: cōsequens est,
oia illa quādam Iudeorū sabbata præfigurasse nōnullā
requiem in tēpore Christi Messiae, in lege promissi, fu
turam.

V 4 turam.

Exo. 20
Exo. 31

Leu. 23
Nu. 29

Leui. 23

i. Cor. 10

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

turam, in qua sabbata legalia prorsus essent cessatura.
Et ut quicquid huius est rei, paulo reddatur intellectus, scitu dignum duxerimus, totum mundi discurrem ad doctoribus quondam Hebreis Rabinis in septem dies (sive status & aetates) diuisum.

Gene. 2

Gene. 8

Gene. 12

Gene. 14

Heb. 7

Gen. 17

Exo. 12

3. Re. 6

2. Par. 3

3. Eld. 5

3. Eld. 6

4. Re. 25

2. Pa. 33

Luc. 19

Mat. 21

Iose. lib.

6. 67

Prima quidem dies et aetas, fuit ab Adam usque ad diluvium, quem vocat diem primi mundi. Secunda dies fuit diluvio usque ad Abraham, quem vocat diem secundi mundi, in quo homo ambulauit in lege naturae cum sacrificiis aliquot, & maxime cum oblatione panis & vini. In qua quidem aetate fuit Melchisedech sacerdos dei excelsi, qui obtulit panem & vinum pro Abraham.

Tertia dies fuit ab Abraham usque ad exitum Israel aegyptio, quem vocant diem circuncisionis, quoniam tunc homo ambulauerit per circumcisioinem cum lege.

Quarta dies fuit ab exitu Aegypti usque ad Salomonem, qui templo primi redificauit, quem vocant diem tabernaculi, quoniam tota illa aetate populus seruaret et exhiberet deo latriam in tabernaculo, velut euidetur patet in libro Iudic. & Reg. Quinta dies fuit a constructione primi templi usque ad secundum redificandum per Zorobabel, quem diem Iudei appellant diem & tempus primi templi.

Sexta dies fuit totum tempus a relaxatione captivitatis Babylonicae usque ad destructionem secundi templi, factam per Titum Vespasianum. Quod tempus appellant diem secundi templi. Septima denique dies mudi, est totum illud tempus post destructionem secundi templi, usque ad finem mundi, quem appellant diem & tempus Messiae, in quo futura erat generalis remissio peccati, generalisque quietes, prout in expositione sabbati visualis, de quo nominatum datum est tertium in ordine praceptum, clarius speramus intellectum iri.

Porrò pro maiori huius tertij pracepti de sabbato sanctificando intellectu, res paulo fusi, & quidem in hunc modum est reperenda: Deus in veteri testamento, ut genus humanum dirigeretur & conservaretur ad viam veritatis & iustitiae, quo tandem haberet vitam aeternam, tria dedit pracepta, quae generatim a veteri Mo-

sa

DE DECEM PRÆCEPTIS. LIB. III. 157

fricabili lege nominari coepit sunt, à nostratisbus vulgariter vocabulo Legalia. Siquidem pracepta Legalia, erat vel moralia, vel ceremonialia, vel iudicialia.

Moralia erat de iis, quæ pertinēt ad bonos mores & virtutes, quæ et rationi conueniunt, semper et ubiq; seruanda. Cuiusmodi est praceptū de diligendo deo et proximo, et quæ decalogō continetur, quæ nec in novo testamento sunt sublata, ut ppetuo duratura et seruanda.

Ceremonialia pracepta erant de quibusdam cere- moniis exterioribus ad colendum Deum, quibus ipsa quasi signis quibusdam quæ fieri spiritualiter debebant in novo testamento, quoniam prefigurabant, quæc vo- luerunt etiam ut tum spiritualiter seruātur, secundum hoc quod foris secundum literā designabant. Atq; hinc est, quod etiā ceremonialia veteris testamenti secundum literā cessare prorsus debeant in novo testamento, ser- uari tamen debent secundum moralem intelligentiam & expositionem perpetuo, secundum quā mutabilitas tunc nesciunt, quum moralibus iuxta eam videantur an- nexa. Quod olim ceremonialia erat, ne quis ludorum velceretur carnis porcinis, iuxta literā nunc in novo testamento seruari non debet, quoniam creatura quilibet sit bona, nec sit cibi quo ad hoc delectus: seruari tamen debet secundum spiritū et intellectum spiritualem, qui est, ne simus ut porci, lascivi, luxuriosi, immundici, quales caro porcina significabat. Reuelata proinde nō per ve- ritatem figura, non est ut seruetur nisi ipsum figuratum: quandoquidem ipsa ceremonialia figurauerunt primo & per se, nimirum figuratiua eorum, quæ pertinebant ad cultum dei & mysteria Iesu Christi.

Iudicialia vero pracepta in lege veteri erant, quæ non solum pertinebant ad lites iudiciorū, sed & quæ perti- nebant ad ordinationem hominū ad iniicem, quæ sub- est ordinationi principis alicuius seu officialis, quæ or- dinabat statum populi Iudaici secundum iustitiam & equitatem, veluti patet passim in libro Exo. Reg. Iosue et aliorū. Quæ quidem pracepta judicialia erint nunc in novo testamento sunt, ut ceremonialia, plane mortua,

Luc. 10
Mat. 22
Deu. 6.

1. Mac. 1
2. Mac. 6. 7
Leui. 11
Deu. 14
1. Tim. 4
Col. 2
2. Pet. 2
Pro. 26

V 5 quoniam

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

quoniam figuralia quodam modo fuerint, & essent populi a deo electi, cuius status erat propheticus & figuralis, ut cui contingebant omnia in figura, tamen non fuisse mortifera sicut ceremonia; quandoquidem haec principaliiter fuerunt instituta ad figurandum Christi mystria, sicut futura, quae si modis seruarentur, esset protestaria contra veritatem fidei, ac si nondum essent implera.

I. Cor. 10. Id quod est cōtra diūnum Ioannis, dicentes: Lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ipsa autem judicialia, licet sint mortua, quoniam euatora ab obligatione Mosaica per aduentum Christi, tamen non sunt mortifera, si quis eis vteretur, nō tamē

**Lib. 5. de
cret. sub
multis ti-
tulis** ut in lege Mosaica contentis & inde obligatoriis; sed quia pro sua nunc republica, consentaneis & utilibus prout ecclesia nō parum multa sumpsit ex judicialibus legis Mosaicae praeceptis, quibus vtitur ut suis, quatenus obligant ut statuta ecclesiae, non ut mandata legis Mosaicae, sicut sibi solet, quando statuta alicuius ciuitatis in nostram ciuitatem transferimus, ut eis tanquam nostris, non ut alienis, vt amur.

Ideo enim judicialia nunc sunt mortua, & non obligant more Mosaico, quia quam insituta esse ad dispositionē status illius populi, qui ordinabatur ad Christum, mutato illo statu populi, Christo adueniente, ipsa judicialia non obligant. Siquidem ipsa lex, olim fuit pädagogus, ducens ad Christum.

Sed quia (sicut diximus) eiusmodi praecepta nō ordinabantur principaliiter ad figurandum Iesu Christi mysteria, sed ad aliquid faciendum iuxta iustitiam, ideo ipsorum observatione nō ita praeiudicat fidei veritati absolute, nisi quis vteretur eis, quia mandata essent in lege Mosaica. In hoc enim praeiudicaret veritati fidei, quoniam per hoc videretur sentire, quasi status prioris populi adhuc duraret, & Christus perinde non venisset, quū constet omnino, teste Paulo, quia translato sacerdotio, necessarii esset, ut legis etiamē fiat translatio, scilicet quo ad totam. Id quod totū, deo fauente, facilius intelligemus ex declaratione tertii decalogi praecepti, quod nobis in manu

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 138

enīmib⁹ est, propter quod dicta sunt, quae diximus. Ceterum quia tertium præceptum domini potissimum est de visuali sabbato iudeorum, unde cetera deinde queunt intelligi sabbata: nō iniuria quisquam posset hac parte rogare, qualenam sit ac fuerit præceptum de sabbato visuali sanctificando. Cui respondemus, ipsum sabbati præceptum nec esse merē morale, nec merē ceremoniale, nec merē iudiciale.

Primo quidem ipsum est partim iudiciale, quia more aiorum iudicium apud iudeos obligabat ad peccatum transgrediores, quodq; datum fuerat sub cōminatione mortis, ut patet in libro Exodi propterea postū inter judicialia deus toties repetit, præcepitq; lapidari colligētē ligna in ipso sabbato. Quo nimirum pacto nobiscum hoc præceptum est mortuum, noui autem mortiferum, si ecclesia sui sabbati, hoc est, diei domini, ei contemptorem parvissime morte plectendum ceneret, non intuītu veteris, sed suę, hoc est, euangelicę legis intuitu, ab illa tanquam mutuo accepta.

Secundo partim est, & quidem maxime, ceremonia ierūquia fuit præceptum propter memoriam duarum regum a deo gestarum, quae præfigurarunt alias res duas, quae debebant fore verae in septenario futuro, tempore videlicet Messie futuri.

Primo quidem fuit præceptum in memoriam creationis mundi, à qua dominus deus requieuit die septimo, qui postea dicebatur in septimana sabbatum, id est dies quietis & cessationis operationis, qua deus sex diebus præcedentibus mundum, et quicquid in eo est, creaverat, iuxta Mosen ex voluntate domini dicentem: Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operabis, & facies omnia opera tua: septimo autem die sabbatum, id est, quies, domini dei tui est &c. Sex enim diebus fecit deus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit septimo die. Idcirco benedixit dominus diei sabbati, & sanctificauit eum.

Iam vero constat, illam materialem mundi creationē fuisse figurā spiritualis humani generis recreationis, & per

Exo. 31.35
&c;
Num. 15

Gen. 1:

Exo. 20
Deu. 5.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Heb. 5 per Iesum Christum futuræ redēptionis. Sicut enim Gen. 1 deus pater verbo suo æternō i. per filium Iesum Christum sex diebus ccelum & terrā materialiter creauit, & die septimo ab ea creatione quieuit et cessavit, ita ipse per filium suum æternū, verum deum et hominem, spiritualiter mundum, hoc est, humānū genus recreauit, ille Ihesus salutem et redēptionē operatus est sex diebus, incipiens die dominica Palmarum, et die septima, quae fuit dies sabbati, ab ea operatione corporis & recreatiōne cessauit & quieuit, iacens in sepulchro, prout suo tempore, deo dante, dictū sumus.

Dominica quidem Palmarū, dominus ipse nostram incepit redēptionē operari tam manifestis argumentis, vt non potuerit non intelligi rex ille Messias Christus, in lege prophetisq; promissus, qui nos sua morte creaturus et redēpturus esset ex morte æterna ad vitā æternā, quam statim post creationem mundi, peccato

Esa. 53 protoplasti prorsus amiseramus. Primo, quia sponte sua secundum Esaiae oraculum, processerit ad suos inimicos Hierosolyma, ciuitatem regiam, ubi mortem

Zac. 9 subiiturus erat in cruce. Secundo, quia humillime venerit, iuxta prophetam, sedens super asinū, quanuis hoc ipsum, telle Ioanne, discipuli primum non intellexerint, qua fieret ratione: postq; tamen dominus Iesus glorificatus fuerat, recordari sunt, quia scriptū fuerat hoc ipsum

Mat. 21 de eo, qd; populus eidem iuxta prophetas tantum impendisset honorē. Atq; hoc est, quod aliis Evangelista dicit, hoc totum de sessione scilicet asini esse factum, ut adimpleretur quod dictū esset per prophetā Zachariā, dicentē: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinū & pullum filii subiugalis.

Tertio, qd; ei turba puerilis & iuuenilis vna cum senili populo acclamauit hymni verba, quae propheta David cōposuerat synagogis, vt ipsæ per ea futurū Messiam laudarent, & à patre in excelsis, eius nomine salutē et redēptionē peterent. Id quod turba spiritu sancto actore in die Palmarū fecit, proclamās ad eū, et de verso rege Messia dicens, Ossanna filio Dauid. Benedictus

qui

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 159

qui venit in nomine domini. In quibus sane verbis alius quot notatu digna clamauit, et ad salutem necessaria cre dedit. Primo, ipsum Christum esse dei filium et hominem, esse natum de stirpe Dauidica, ex qua Messias nasci debuit iuxta promissionem à deo factam Dauidi regi, secundum illud: Iurauit dominus Dauid veritatem, et nō frustrabatur eum, de fructu ventris tui ponā super sedem tuā. Hinc quū alias interrogaret Christus à phariseis, cuius ipse filius esset Christus, responderunt: Dauid. Sed per quē modum fuit ex stirpe Dauidis? Népe quia natus est ex Maria, quae fuit ex progenie Dauid, ex familia Dauid. Id quod angelus totū deprompsit in salutatione, quā detulit Marię gloriose virginī, dicens: Ecce concipies et paries in vtero filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Jacob in æternū, & regni eius non erit finis. Secundo, ipsum esse eum Messianum verum, quem pater coelestis mittendo mundo per prophetas promisisset, vt suo nomine veniret. Id quod dominus ipse corā Iudeis confessus est, inquiens: Ego nō veni à meipso, sed à deo processi, ac ille me misit. Et rursum: Ego, inquit, veni in nomine patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

Tertio, ipsum esse vnicū mundi saluatorē, per quem deus pater esset traditurus humano generi salutem & vitam æternā, quādoquidem ipse tanq; verus rex Messias, esset motte & passione sua principem mortis superatus, et ab eius captiuitate & seruitute redēpturus omnes peccatores, quos pœniteret suorū peccatorum,

Ethoc est, quod angelus in eius nativitate pastoribus dicebat: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudiū magnū, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in cuius tate Dauid. Id quod & ipse dominus deinde confessus est humillime, dices: Venit enim filius hominis, quare et saluum facere quod perierat. Sed quia præcipue fuerat

Psal. 23

Luc. 2

Nu. 16

Luc. 6

Ioan. 7

Ioan. 8

Ioan. 9

Heb. 8

Luc. 2

Luc. 19

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mat.15 Fuerat missus ob oves, à domo Israel desperitas, ideo clamauit omnis turba: O pater in excelsis, osanna, id est, ah, salua nos filio, id est, per filium David, id est, Iesum Christum, verū Messiam nostrū, qui venit in tuo nomine nostram salutem operaturus, quā hodie operari ccepit.

Et recte nimirū, quādoquidēm Christus die dominica Palmarū suam ex parte ccepit passionē, qua finita tandem est in die Parasceues, quum usq; ad eo post dñi die Palmarū dominica ingressum propter eius in templo doctrinā, et expulsonem vendentium & ementium, persecuti sunt ipsum Iudei, ut eum omnino quereret ad occidendum, nec esset qui auderet eum per noctem hospitio suscipere: atq; ideo quum esset iam hora vespera, **Mar.11** Christus egressus Hierosolyma, profectus est cum **Luc.19** discipulis in Bethaniam.

Quod sane initium passionis eius ecclesia considerās, et mœstitudinem tantam post tantam gloriam ponderans, statuit die dominica Palmarū duas habere processiones, omnino contrarias, vnam letam, de Christi susceptione & in Hierusalem deductione cum laudibus diuinis, atq; ramorum & vestimentorum ornatum in via.

Aliam tristem & flebilem, qua facta est feria deinde sexta in Christi educatione ad crucifixum. Cuius quo

Mat.16 q̄ causa legitur ea die passio domini secundum Mattheum. Ex quibus duo docemur: Primo, vt discamus in

nullam vñq; esse huius saeculi letitiā confidendum, scientes nullum esse gaudium in hoc mundo tam ingens, quod vel non interturbaret mœstitia, vel cuius extrema non occuparet dolor, propterea mundum non esse diligendum, nec ea quæ sunt in mundo, quum transeat mundus

Pro.14 & omnis cōcupiscentia eius. Secundo, q̄ ubi voluerimus habere gloriam cœlestis patriæ, quæ repræsentatur per primā processionē, operæ premium est; vt prius

z.Ioan.2 eamus illuc per viā passionis, quē admodum Christus illuc venire nō potuit, nisi per viā suā passionis et mortis, quā nobis salutē, redemptionē et æternā gloriam cœpit operari primum die dominica Palmarū, die sexta ante sabbatum Paschæ solennis, quæ dies erat quietis.

Feria

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 160

Feria secunda.

Quo pacto dominus Iesu humani generis recreatio[n]ē, hoc est, redemptio[n]ē ab æterna damnatione diabolica, q[uod] captiuitate per suā passionē incep[er]it die Palmarū dominica, quæ fuit sexta dies ante sabbatum solennis Paschæ, dictum est: nunc audiamus, quo modo tandem operatus est redemptio[n]em per suam passionem diē quinta, quæ nobis est feria secunda, vel (vt dicere solemus) dies Luna.

Atq; sane licet Iudei ea die dominū nos occiderint, ramen nihil obmissunt, quod in ipsis fuit, quod potuissent eum interficere, sed non potuerunt: tum quia non fuerit in eorum potestate, sed in voluntate Iesu Christi,

qui sicut mortis horam habuit à patre deputatam: tum quia non audebant præ turbā, quæ ipsum propter vitā

doctrinæ sanctitatem, & propter diuina miracula nō fecerunt habuit, atq; eum prophetam, qui promissus erat

mundo, i[n]no ceu mundi salvatorem. Et hæ sane fuerunt

d[e]c[u]re potissimum causa, propter quas summi sacerdotes, scribæ, pharisei, principesq; Iudeorum, voluerunt ipsi

sum interficere, & quidem die quinta ante sabbatum Paschæ magnum, quæ nobis est feria secunda.

Primo quidem, quā veniſſerit die Palmarū Hierusalem, et ingressus ſet t[em]plum, e[st]eſſiſſetq; ē templō vēdiſſores & emptores, c[on]ſiſſetq; docere mirabiliter, altera

post diem Palmarū, venerūt ad eum docētē principes sacerdotū & seniores populi, dicentes: In qua potestate

hac facis? & quis dedit tibi hanc potestatē? ipse vero

respōderet illis inter cetera cum parabola de vinea locata agricolis, ac ipsi fentirent quia diceret de ipsis, mox

quaſſuerūt (inquit Mattheus) eum tenere, sed timuerūt

turbas, quoniam sicut propheta habuerunt eum. Marcus vero ait, q[uod] quaſſuerint eum perdere, sed timebat eum,

quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrinā eius. Lucas aut ait, quia nō inuenierint quid faceret illi.

Omnis enim populus suspensus erat, audiēs illum: quoniam sermo ipsius potestate plenus erat, nec docebat ut

pharisei. Ex q[ui]bus patet ipsos Iudeos Christū dūtaxat occidisse

Ioan.10

Joan.7
Joan.8

Luc.7
Ioan.7
Deu.18
Joan.4

Mat.28
Mar.15
Luc.19
Joan.12

Mat.28
Mar.15

Luc.4

FRID. NAV. IN CATH. CATECHIS
occidisse ex inuidia , quam isti conceperant ex eius de-
cetra & fama & gloria. Secundo quidem, quia re-
fusciato per ipsum Lazaro , magnus ex omni parte
populus adcurreret, cum quia Christum, cum quia La-
zarum viderent : illico collegerunt principes sacerdotum
& pharisei concilium , conludentes quomodo posset

Ioan.ii eum opportune tradere morti, dicentes: Quid facimus?
quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic
omnes credent in eum. Et singulariter pharisei dicebat
ad semetipos: Videntis quia nihil proficimus. Ecce mū-
lus totus post eum abiit. Quapropter nō solum ipsi co-
gitarunt, quomodo eum interficerent, sed et mandatum
dederunt, ut si quis eum cognosceret, vbi esset, indica-
ret, ut comprehēderent eum: immo, quod plus est, quum

Ibidem viderent quia multi propter Lazarum , quem susci-
uerat à morte, crediderant in eum, et abserant; cogita-
runt ut et Lazarum interficerent.

In cuius memoria feria secunda Palmarū legitur Eu-
gelium , quod differit de cœna Christo faœta in Betha-
nia , cui Lazarus interfuit, quanvis historia Euangeli
non facta fuerit feria secunda, sed in vigilia Palmarum.
Ex quo quidem Euangelio docemur aliqua:

Exo.21 Primo, quomodo Iudas Ischarioth ex mera avaritia,
Deu.16 quæ prorsus excusat hominē, cœperit occasiōne vēden-
Eccl.20 di et tradēdi Christum pro. xxx. denariis, quos putabat
Mat.26 se furari potuisse ex trecentis denariis, qui poterant ha-
Mar.14 beri, si fuisset venditum vnguentum preciosum, quo
Magdalena domini pedes & caput vnxerat.

Secūdo, Christianos et quidem simpliciores, nō esse
molestandos, sed pie excusandos , vbi cœmonias etiā
superfluas deo vel sanctis eius offerunt, quoniam & eas
Cor.13 sibi vult fieri. Christus corporaliter ex charitate , quæ
nec in vita, nec in morte excidit, immo quæ maior est &
syncerior post mortem, quum & eas facerent illi corpo-
raliter, si corporaliter ipsum haberent.

Non proinde sunt ridendi nec reprehēndendi, qui bo-
no zelo sanctorū corpora, ossa, vestimenta, & id genus
reliquias eorū, aliquo honore vel adſciunt, vel osculan-
tur.

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 161
Alioqui reprehendendæ fuissent tres Mariæ, quæ in Mar. vii.
die resurrectionis venerunt dominum vngere mortuus
unus ex quibus fuit ipsa Maria Magdalena, quæ propte-
re laudatur a domino, q̄ fecerit in vita sibi, quod factu-
ra fuerat in sepulchro, si inuenisset ipsum, dicente ad Iu-
dam Christo: Sine illam. Qd. Sinas luda nunc Mariam
facere, quod saceret mihi in sepulchro, si valeret: sed nō
poterit, quia tunc resurrexi. Atq̄ ideo Matthæus ait, q̄
ip̄a praeuenerit vngere corpus domini in sepulturam.
Nostrum, charissimi, erit, vt (docente Paulo) Christum
vngamus odore & vnguento bonorum operum, qua-
tenus ei simus bonus odor , qui adſcendat ad eum, nos
illi gratificaturus.

Feria tertia.

Sicut feria sue die secunda post Palmarum, Christus
dominus ideo per suam innocentem passionē gene-
ris humani redēptionē operatus est, q̄ multas infidili-
tas a Iudeis passus sit, qui quæsierit eum duntraxat occide-
re ex inuidia, quam partim propter illius mirabilem di-
uinamq̄ doctrinam, veritatis & iustitiae plenam, quam
isti ferre non potuerūt: partim ex miraculosa ipsius ope-
ratione cōcepérunt, quum ipsius gloriam ægre ferrent:
ita fata hodierna quoq; die tertia post Palmarum , per
suam passionem operatus est humani generis redēpti-
onem , quando pares infidias , contumelias & iniurias
passus sit a Iudeis in templo, quas præcedenti die susti-
nuit docendo populum, disputandoq; sanctis literis cō-
tra ipsos fummos sacerdotes, principes & seniores, qui
propterera voluerunt eum interficere , quibus proinde
ostendit inter alia futuram plagam, clamans & dicens:
Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, et lapi-
daseos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare
filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos su-
os sub alas, & noluit&c. Ecce domus vestra &c.

Mat.21
22.23.
Luc.20.22

Mat.23
Luc.13

Feria quarta.

A Deundem quoq; modum quarta post Palmarum
die dominus noster humani generis redēptionē
operatus est per suam passionem , quæ ea die nimirum

X **Vfç**

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Vsq[u]adeo appropinquabat, vt in ea ip[s]a, quæ fuit quarta feria, v[er]editus fuerit ipse dominus ab Iuda Ischarior[um], qui quum eset excæcatus ex auaritia illicitoq[ue] desiderio pecuniae, quā putabat se amississe ex vnguento, quo Maria Christum vñxerat, statim cogitauit, quo pacto posset se suamq[ue] maledictam auaritiam vñdicare, peccuniamq[ue] quam poterat ex furto habere vnguentum, recuperare. Profectus est itaq[ue] testibus Euâgehiis, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi cōstituerunt ei triginta argenteos, (ita quidem prophetatū) quos ipse Iudas furari potuisset, si de trecentis denariis, quibus vnguentum Mariæ vñxundari poterat, semper vnum denarium recipisset: à decem.

Feria quinta.

ITa quorū dominus statim feria quinta Palmiarum, nō minus q[uod] diebus præteritis, humani generis redēptionis operatus est per suā passionē, de qua v[er]quadeo Iudæi, præfertim summi sacerdotes, scribæ, pharisei, & seniores, solliciti fuerunt, vt ipsum innocentissimum dominum, quia venerat eius passionis hora, tradidit Iudeæ triginta denariis argenteis, sero per Iudeæ traditionem cōprehenderint in horto, vbi sanguineum sudore emitens, profecto satis euidenter operatus est humani generis redēptionē et salutem, quā primo amiserat in horto. Quam quidem passionem mox deinde feria sexta in ara crucis finiuit.

In die feria sexta parœcues.

Diximus, charissimi, sabbatum vñuale, & de eo sanctificando præceptum, à deo figuraliter esse institutum, & quidem primo, vt populus Israeliticus recordaretur in eo creationis totius mundi, quem dominus deus creauit sex diebus, & ab ea creatione requieuit & cessauit die septimo, qui est sabbatum, quod sibi propter ea dominus benedixit & sanctificauit.

Diximus deinde, quod illa realis mundi creatio, fuerit figura spiritualis recreationis ipsius mundi, hoc est, totius humani generis redēptionis. Quemadmodum

Mat. 26
Mar. 14
Luc. 22
Hiere. 11

Luc. 22

Gene. 2
Exo. 20
Deut. 5

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 162

quoniam enim dominus ipse realiter h[ab]uic mundum creauit sex diebus, & ab actu creationis cessauit septima die, quæ vocata propter ea est dies sabbati, id est, quietis: ita etiam dominus idem spiritualiter recreauit, hoc est, redemit totum mundum, id est, totum genus humanum passionē sua sex diebus, incipiendo à die dominica, & septima die, hoc est, die sabbati, cessauit ab actu eius dē recreationis & redēptionis, quoniam mortuus requieuit eo die in sepulchro.

Quomodo vero sua passione, mundi, hoc est, totius humani generis, redēptionē singulis diebus ex parte à die Palmi Marti, quoru[m] quinq[ue] sunt, operat⁹ est, abinde diximus usq[ue] ad diem sextā, quæ dicitur dies parœcues.

Hac nimis dies Parœcues, est dies illa dierum sexta, in qua dominus Iesus in sexta mūndi ætate, qui humanus genus sexta die creauit in principio mūndi, sexta hora dicitur mundū ipsum, id est, genus humani recreauit & eius redēptionē passionē sua operatus est, & in ipsa oīa cōsummatu[m] prout ipse salvator noster expressit in verbo sexto, quod in ara crucis inter ultima verba, quæ loquutus est inibi, dixit, inquit: **C O M S V M A T V M E S T.** Q.d. hac hora diei sexta, & sexta die sex dierum, cōsummatu[m] generis humani redēptionē, & quicquid secundū legē, patriarchas & prophetas ad voluntatē patris mei pro ea redēptione facere debui mea passionē morte[rum] mea, sic in oībus perfeci, vt mea nitidū die septima sabbati requiesca per mortem meā in sepulchro, quam & propter ea, ô homo, memento ut sanctifices in veritate potius quam in figura. **I o a n . 1 9**

Cum quāta autē difficultate & fatigacione, cū quātuoq[ue] dolore & tormento, cum quo deniq[ue] modo & ordine eiusmodi generis humani redēptionem hodierna sexta die cōsummatuerit per suam passionem & mortem, quomodoq[ue] die septimo, qui sabbatum dicitur, requieuerit, nemo nobis & clarius et melius & verius narrare potest, & veridici quaruor Euangelistar[um], qui nobis eā sacra fanciū passionē et morte Iesu Christi luculēter veraciterq[ue] descripsérunt: Matthæus, cap. vigeſimosexto

X a & vii

PRID. NAV. IN CATH. CATEC.

et vigesimo septimo, Marcus decimoquarto et decimus quinto, Lucas vigesimosecundo & vigesimotertio, Iohannes vero cap. decimo octavo & decimonono. Quorum descriptionem, ut facilius et fructuosius, sineclogis superfluisq; ambagibus audire & intelligere possitis, ipsam diuidam in septem partes secundum septem gressus, in quibus dominus noster dilectissimus redemptionem generis humani consummauit.

Primo dicam, quomodo dolorosè transierit a cena ultima ad hortum, qdç fecerit inibi. Secundo, de horto ad Annam. Tertio, de Anna ad Caiphā. Quarto, de Caiphā ad Pilatum. Quinto, de Pilato ad Herodem. Sexto, de Herode rursus ad Pilatum. Septimo, aperto ad locū Caluarie, vbi sexta diei hora fuit crucifixus & deinde hora nona mortuus, & sepultus in novo sepulchro: vbi die sabbati requieuit usq; ad diem suę gloriosę resurrectionis. Ulterius quare in Concionibus Pragensibus.

Ioan. 19 **A**Vdistis modo charissimi, quanta difficultate & passione dominus noster Iesus Christus hodierna die sexta redemptionē nostrā consummauerit, eo ipso dicente in sexto suo verbo, quod in cruce protulit: **Cōsummatū est, id est, quicquid facere debui pro redēptione generis humani, nūc perfeci & consumui, superest, vt & ipsi cōsummemus, qd nos facere oportet, si voluntus nostrus redēptionis esse participes.** Id quod faciemus, vbi in vera pœnitētia pro nostris peccatis recolligamus devote summatimq; passionis dominice articulos, et agamus bonis operibus vscq; ad finē vitę gratias seruatori nostro, dicente: O Iesu saluator noster, & consummator gloriost operis, quod accepisti a patre cōsummādum, quicq; ipsum cōstanter multis laboribus & ingentibus doloribus cōsummatisti: da nobis, vt quicquid facere debemus pro nostra redēptione, quam nobis tam duriter tua passione & morte comparasti, sic consummare possimus, vt tecum in hora nostra mortis hoc verbum summæ perfectionis dicere valeamus. Consummatum est: & deinde tecum esse, vbi finis est omnia.

DE DECEM PRAECEP. LIB. III. 183
nis cōsummationis, vbi velis nostri corā patre tuo me Luc. 23 mor esse, sicut memor fuisti latronis in cruce, quem duxisti tecum in paradisum. Amen.

In die glorioſa et letabundæ resurrectio-

nis Iesu Christi.

Dicitur est à principio proptermodum declarationis huius tertij de sabbato sanctificando præcepti, q; ipsum sit ceremoniale, i. figurale: quoniam fuerit ob duas res datum & præceptū, quæ duas alias res, in tempore Messiae futuras, præfigurauerint, quibus per Messiam completis, necessario cessare deberet præceptum de sabbato Iudeorum, quod erat die septima in septimana seruandum.

Primo quidem dominus deus sabbatum dedit ac præcepit die septima seruandum, quod in ea recordari deberet populus Israeliticus ipsius realis totius mundi creationis, quæ figurabat spiritualē recreationē totius humani generis sive redēptionē, vt pote q; sicut dominus deus (testante scriptura) sex diebus creauit totū mundum, & septimo die requieuit ab omni opere quod patravit: ita quoq; dominus noster Christus Iesus, sex diebus, incipiens à Palmarum dominica die usq; ad diem parvæcues, totū mundum, id est, totū genus humanum spiritualiter recreauit, hoc est, redemit, & die septimo mortuus in sepulchro requieuit.

Id quoniam sic (testibus omnibus Euāgelistis) factū est, constat, quod sabbatū Iudeorum legale & ceremoniale, prorsus ex prima causa cessauit, nec ultra quo ad diem septimum, nec quo ad cetera ipsius legalia & ceremonialia sit obseruādum, quando totum fuit cū Christo sepultum & mortuum, nec ultra resurrectorum. Si quidem sole adueniente, recedit umbra: die veniente, recedit nox: & veritate præsente, discedit figura: præsentecq; signato, celsat signū. Id quod ipse dominus olim testatus est, inquiens & loquens de futuro tempore Christi Messie: Neomeniam & sabbatum & festiuitates alias non feram. Et rursus per alium loquutus est dominus prophetam, dicens de tempore futuri sui Messie:

Exo. 20
Deut. 5
Gene. 2

Mat. 17
Marc. 15
Luc. 23
Ioan. 19

Ioan. 2
1. Cor. 10
He. 7.10

Esa. 52

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- Osee. 2.** Cessare faciam omne gaudium eius, scilicet populi Iudei, & solennitatem eius, & Neomenias eius, & fabi-
batum eius, & omnia festa & tempora eius.
Id quod totum Paulus velut interpres confirmat, in
Col. 2. quicunque: Nemo vos seducat aut iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi & neomeniae, aut sabbatum, quae sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.
- Exo. 12.** Secundo dominus deus sabbatum & de sanctificando ipso praeceptum dedit, ut populus Israel in eo recordaretur ipsius exitus de Aegypto, qui prefigurabat exitum sanctorum patrum de limbo inferni, qui recte comparatur Aegypto, quia sit Aegyptus dici coepitus tenebrarum locus, qualis fuit ante Christi aduentum limbus patrum, dicente Mose: Observa diem sabbati, ut sanctifices eum, sicut praecepit tibi dominus deus tuus &c. & Me metu qd & ipse seruieris in Aegypto, & eduxerit te inde dominus deus tuus, in manu forti & brachio extento. Idcirco praecepit tibi, ut seruares diem sabbati.
- Iam vero** sicut teste sacra historia, Moses illa nocte sabbati expoliauit Aegyptios, et liberauit ex captiuitate Israelitas, ita Christus in illa nocte resurrectionis, quae sabbatum fuit sequuta praecedens, expoliauit infernum, qui figuratus est per Aegyptum, & liberauit patres, & (vt Apostolus scribit) omnes fideles veteris testamenti canentes in die resurrectionis propterea in persona libera torum ecclesia: Cum rex gloria Christus infernum debel laetus intrareret, & chorus angelicus ante faciem eius portas principum tolli praeiperet, sanctorum populus, qui tecubatur in morte captiuus, voce lachrymabilis clamabat: Adiuisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris, ut educeres vinculatos de claustris. Te nostra vocabant suspitia, te larga requirebant lameta. Tu factus es spes desolatis, magna consolatio in tormentis.
- Quum proinde & haec ipsa figura de exitu Aegypti, se implera per resurrectionem Iesu Christi, necessario cessavit & hac causa sabbatum ceremoniale: nec est ultra memoria creationis & exitus Aegypti more Judaico, sed resurrectione Iesu Christi gloriofa celebranda, dicente prophetae

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 164

pheta: Ecce dies venient, dicit dominus, & non dicetur ultra: viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti, sed viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra aquilonis, & vniuersis terris ad quas eiecit eos.

Ex his modo patet, Pascha ipsum & sabbatum Israe liticum, recte mutatum a nascente ecclesia, per spiritus sancti inspirationem in diem sabbati alteram, quae dicitur in Euangelio vna, id est, prima vel altera post sabbatum, quanquam recte per excellentiam vocamus a domino Christo Dominicam, et aliquot ob non vulgares rationes

Prima earum est, quoniam in ea Christus viraque surgit, tamen de creatione mundi, qd de exitu Aegypti compleuerit in sua resurrectione, ut pote per quam plene genus humanum redemerit, totumque mundum ad vitam reparauerit, mortisque nostram moriendo destruxerit, antea vitam resurgentendo reparauerit. Sicut enim Christus caput nostrum in ea resurrexit, & gloriam aeternitatis adeperit, ita & nos membra per ipsum certo resurgentem, & aeternitatis gloriam habebimus.

Secunda, quoniam in agnus dignitatis est dies dominica resurrectionis, ut pote quae non solum dies est dominica resurrectionis, sed & fuit prima dierum huius temporis, quae nox non processit, qua inchoata est mundi creationis, formataq; lux. Nam si a sabbato, quo dominus requieuit a creatione mundi, & eorum que sunt in mundo, computes ordine retrogradu, ut sabbatum sic dies septima, dies Veneris sexta &c. constabat, diem dominicam, qua Christus resurrexit, fuisse primam, in qua coelum et terra creata sunt, & in ea creatus angelus est, & ad deum conserfus, in qua & omnes resurgentemus. Atq; hinc est, qd passchalis ipsa prima dominica, quae nunc nostrum est sabbatum, propter excellentem dignitatem pro octauis habet omnes foto anno sequentes dominicas.

Circa cuius tempus cuncta eleminta, immo cuncta creatura suo congratulantur auctori, resurgentem Iesu Christo, quae fuerunt hactenus per hyemem tristia & mortua, in qd nec nos esse decet incestos, sed ex animo luctos, admoneete Marias tres angelo, et dicete: Nolite expauescere.

X 4 Iesum

Hier. 16

Mar. vte.

Heb. 2.

1. Cor. 15

1. Thes. 4

Gene. 1

Mar. 10.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Iesum queritis Nazarenum, crucifixum, surrexit, non est hic, &c. quandoquidem non sibi solum, sed nobis omnibus surrexit. Et hactenus de sabbato, & de eius pracepto, prout ipsum egeremoniale fuit, quod & plane cessauit. Tertio, praeciput de sabbato fuit morale in eo, qd duo precipit, quae natura dictante semper et ubique seruanda sunt, quae simul & quidem precipue sunt via cum ipso sabbato translata in diem resurrectionis dominicae, tanq; in ea & in ipsius dominicis octauis singulariter obseruanda. Primo, ut ipsum sabbatum sanctificemus, hoc est, sancte seruemus, non qd ipsum factamus sanctum, quod antea sanctum est a deo creatum, sed vt nobis sit sanctum. Id quod fit, vbi in eo sancta cogitamus, videmus, audiimus, loquimur, & facimus: si, quidem sanctificare nihil est aliud, qd declinare ab omni malo, & facere bonum. Atq; licet secundum hanc interpretationem quilibet dies sit sabbatum, & omne tempus nouae legis: quia semper oportet declinare a malo, et facere bonum: singulariter tamen oportet hoc ipsum nos facere in ipso die dominico, quod iam nostrum est sabbatum, quia singularia opera Christus in eo fecit, singulariter nobis in ipso beneficia contulit, & quidem pricipue, qd in eo resurrexit ad vitam eternam, nobisq; dedit suo tempore ad eandem vitam eternam resurgere, si sanctificauerimus hoc ipsum resurrectionis ipsius sabbatum, hoc est, diem dominicum. Cuiuslane sanctificationis dominica diei nobis exemplum primi reliquerunt tres Marias, quae (Marco teste) summo dominicae diei mane sanctificarunt ipsum sabbatum nouae legis, quas oportet spiritualiter, si corporaliter non eatenus licet, imitari.

Ad cuius intelligentiam scitu dignum est, per tres Marias intelligi quoscumque homines, maxime Christianos sive illuminatos, sicut Maria illuminata dicitur. Per aromata quae comparunt, bonas virtutes, orationes, piasque operationes, quae non secus ascendunt ad deum, atq; odor aromatum surgit in altum. Per valde mane, tempus sine mora citum. Per sabbatum, quietem et mentis tranquillitatem. Per monumentum, cor nostrum, in quo

Chris-

1. Tim. 4
Gen. 1

Psal. 18

Mar. 18

Psal. 40

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 103

Christus vult sub velamine latere, alias facie reuelata. ^{1. Cor. 11}
videndus. Per lapidem super monumēto, omnes peccatum, quod cor non secus atq; sepulchrum lapis claudit, ne inibi possit Christus conspicere. Per ortum solem, discussionē peccati tenebrarū. Per querere, quis reuoluet nobis lapidem a monumēto, ex animo desiderare a deo spiritu sancto, vt remissione peccati cor illuminetur, vt inibi Christus resurgens hic cum gratia, alibi cuncta gloria videri possit. Per sequi in Galileam Christum, transmigrare de tribulatione ad vitam aeternam.

Primo proinde sanctificantes sabbatum, queramus Christum in corde nostro, hoc est, vera deuotione, non ficta charitate, nec hypocrisi, ne ipse dicat: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.

Secundo, queramus ipsum bonis operibus, priusq; virtutibus, odoriferisq; precationibus, qui nobis remittat peccatum, quo cor nostrum clausum est, & profecto non erit nisi deus, Christus unigenitus, qui solus peccata remittit, solus etiam illuminat. Et profecto queramus, reuoluet lapidem, hoc est, peccatum a monumēto, i.e. peccato, prout reuoluit a corde Marie Magdalene & Petri.

Tertio, queramus valde mane, hoc est, cito sine mora, non procrastinantes, ne cito morte intercipiamur, cuius incerti sumus, dicente scriptura: Non tardes conuicti ad dominum, & ne differas de die in diem: subito enim venit ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te: me, mores, quoniam mors haud tardat. Quarto, queramus sabbato, hoc est, in pace & quiete, ab omnibus malis cogitationibus seclusi, sic vt non sit nobis propositum repeccandi, quando utiq; Christus alioqui non inueniatur in sepulchro, id est, corde nostro, in quo est conscientia propter peccatum irrequieta. Id quod totum dominus de cubiculo clauso orationis intellexit.

Quinto, sequemur exorto sole, id est, discusso peccato, Christum in Galileam, id est, transmigrationem, quo ipse nos præcessit. Id quod non est aliud, qd vt ea via sequamur eum ad patriam, per quam Christus illuc præcessit. At Christus illuc præcessit per tribulationem, passionem &

Esa. 29
Mat. 15

Mar. 2
Luc. 5

Luc. 7
Mat. 26

Ecc. 4.5

Luc. 24
X, denique

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Act.14 deniq; mortem sita & nos non aliter confidamus cum il
Rom.8 luc sequi posse, nisi tribulationibus &c. Tunc enim co;
regnabimus & conglorificabimur, vbi compatiemur.

Insuper & duo discipuli, qui in ipsa die Paschatis, hoc est, dñicæ resurrectionis, ex Hierusalè profecti sunt. Emautem, nos suo exemplo docuerunt, quibus rebus oportet sanctificare sabbatum, hoc est, diem dominii, cum, & quem neunc diem feriis dicatur. In primis enim docent, nos in sabbato, hoc est, in die festo, multos fariam debere sacrificare, id est, deo de rebus nostris in signum subfectionis & obedientiæ offerre.

Nu.28 Cuius argumèto quandam et in figura sabbato duo agni, et duæ decimæ similes oleo conspersæ offerebantur, aliis diebus tantum vnuis, nisi in solennitatibus et cœlestis, ad designandum, qd; sabbato abundantius deum laudare debeamus. Et sacerdotes in primis in sabbato metastabant et offerebant, cultui diuino instantes: argumèto quoq; vt sabbato diuinis rebus studiosus incubamus.

Quum proinde quicquid sumus & habemus, tribus constet, anima scilicet, corpore, & substantia terrena, oportet ut diebus festis de tribus eisdem sacrificemus, & sabbatum deo sanctificemus, vti sacrificari ut duo discipuli Emautem proficientes. Primo sanctificemus diem sabbati per oblationem animæ, quod facimus, vbi contristarnur de peccatis, formidantes ne per ipsa Chri-

Ro.8 stum dereliquerimus. Hæc enim est ipsa tristitia secundum deum, quæ peccantiam in salutem, Paulo teste, stabiliter operatur. Et est etiam sacrificium, sine quo vivi-

Psal.50 Leui.16 aliud deo gratum esse valet, Propheta dicentem: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicies. Hinc scriptura: Sabbatū, inquit, requietionis est, affligetisq; animas vestras, per contritionem videlicet, ut doctore Origene, tunc examinemus conscientiam, & doleamus de commissis. Ad quod videtur pulchre alludere nomenclatura diei dominicae apud Germanos, qui eam diem nominat Sonntag, ut in ea se reconciliant homines propter iniustitias suas cum sole iustitiae Christo, qui sol iustitig est, ac surrexit de

Mala.4 dñica

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 168

dhica sole oriente. Sic ea die duo discipuli tristes fuerunt, arbitrati ne forte propter eorum peccata Christus nols; let eis apparere, quñ ceteris apparuerit. Secundo sanctificemus diem sabbati per oblationem corporis, quod facimus partim, vbi diebus festis sobrie viuimus, casti gando per sobrietatem corpus, ut mens eō melius erigeretur se possit deuotionibus & contemplationibus, dicente Paulo: Exhibeatis corpora vestra deo hostiā &c. Hinc **Ro.12** summe peccant, qui die sabbati magis qd; aliis diebus, indulgent crapulis & ebrietatis: unde necessarium est, vt corda maneat sine deuotione. Cuius causa Christus **Luc.23** hortatur: Attende vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: partim, vbi proficiemus in ipso ad templum, & inibi laudes laetiorum offerimus, deuote precantes, deoq; cōfidentes & canentes, & orantes, Paulo hortante, quñ dicit: Per ipsum **Heb.13** ergo offeramus hostiam laudis semper deo i. fructuum labiorum, cōfidentium nominis eius. Ita sabbatum sanctificarunt gentiles isti, quñ (teste Ioanne) die festo quondam **Ioan.12** ascenderunt Hierosolyma, ut ibi in templo adorarent: partim, vbi inibi deo vel loquimur, vel audimus de ipso, verbo ipsius attendantes. Ita Christus sanctificauit **Luc.2** sabbatum, qud; non solum in ipso cum parentibus visitauit templum ad orandum ibi, puer adhuc, sed et ibi vir **Luc.8** effectus, plerunque semper die festo docuit. Quando hoc in templo fieri nequit, saltem domi vel alibi hoc ipsum faciamus, qud; non alia nobis est copia. Sic Iob in die **Iob.1** festo filios suos dicuntur sanctificasse, hoc est, bonis & piis disciplinis instituisse, deiq; deo cum ipsis differuisse. Sic duo euntes in Emaus, sanctificarunt diem dominis, **Luc.24** cam, quando in via loquuti sunt de Christi verbo, de eius passione et morte. Tertio sanctificemus sabbatum per oblationem substantiae terrenæ, quod facimus, vbi opera misericordia cōferimus in pauperes die sabbati, iuxta scripturam, dicentem: Mittere partes eis qui non præparauerunt sibi, id est, pauperibus. sanctus enim **Neem.6** dies domini est. Ita quodam Tobias sanctificauit sabbatum, qud; in ipso pauperes inuitabat ad prädium, **Tob.2** pau-

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

pauperesq; sepeliebat . Ita proculdubio sabbatum san-

Ioan. 13 cificauit Christus, autor sabbati & dominus ipsius, vt
patet in eo, q; quum Iudæ diceret in vltima coena, vt ci-
tius faceret quod esset facturus, putarunt discipuli q; ei
dixisset Iesus , vt videlicet ex more domini emeret ea, qui-
bus opus esset ad diem festum, vel egenis vt aliquid da-
ret . Ita diem sabbati, hoc est, diem dominicā sanctifica-
runt duo discipuli Emauatem profiscientes, quum do-
minum tanq; peregrinum coegerint, vt secum intraret
hospiū, nempe soluturi pro eo necessaria corporis per-
Luc. 24 noctem . Vnde meriti sunt secū habere, aduersante &
inclivante iam die, dñm sabbati, qui cōsolatus est eos, &
ipsi scripturam interpretatus, vt ipsum cognouerint.

Jam vero, charissimi, quum videamus nunc adtespe-
rascerē & diem, hoc est, tempus huius seculi multis mo-
dis ad interitum declinare: superest, vt hisce diebus sin-
gulariter sanctificemus sabbatum bonis operibus, pro-
ut duo discipuli, & per ea dominum sabbati inuitemus
& cogamus, vt nobiscum maneat sua gratia, nosq; con-
soletur & sanctificet , vt aeternum sabbatum , hoc est,
diem perpetue quietis habere valeamus.

Quibus rebus duo discipuli Emauatem profisi-
cetes, sabbatum iuxta dei preceptum morale de sabbati
sanctificarunt, nosq; ipsum sanctificare suo exemplo
docuerūt: isdem penē rebus sanctificarunt idem sabbati
caeteri discipuli oēs , vt de ipsis inter alia testatur
euangelium Luce de resurrectione dominica. Ipsi enim
in die resurrectionis sanctificarunt sabbati nouum ob-
latione animq; , vt pote quoniā tristes fuerunt, nec gauis-
donec dominū viderūt, & cognouerunt, & mirati sunt
pr̄ gaudio. Deinde oblatione corporis, quia moderate
sobrieq; vixerunt, vt ex eo claret, q; aliud ad manducā-
dum non habuerint q; pisces & fauum mellis, cuiusmo-
di cibaria delicata non fuerunt, sed rustica, quæ suis ip-
sorum artificiis & laboribus quasi rustici pescatoresq;
sine lucro noxio habuerunt. Postremo, oblatione sub-
stantiae, vt pote qui ex pescibus et melle Christo Iesu di-
stribuerūt, sicut diuites & habentes largiuntur pauperi-

Ibidem

Mat. 4.

Ioan. 1

DE DECÈM PRÆCEP. LIB. III. 167

& non habentibus. Insuper addunt & quartum, quo
debemus sanctificare sabbatum, vt pote pacem, in qua
singulariter oportet viuere sabbato, queadmodum pa-
cifice vixerunt discipuli, quum fuerint ita cōgregati, vt
in medio eorū comparuerit & steterit autor pacis ipse
Christus, qui dumtaxat amat esse inter pacificos, & ins-
tereos qui concorditer viuunt, ipso testante, quum ait:
Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo , ibi **Mat. 18**
sum in medio eorum. Quare Paulus hortatur, inquietus:
Pac habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscū. **2. Cor. 13**
Iam vero quomodo nos sumus congregati pacifice in
nōne Iesu , quomodoq; sanctificamus pacifice sabbatū,
declarant nostræ crapulæ, bibitiones, cōtentiones, & id
genus alia vitia, quibus ita singulariter indulgemus sab-
bato, vt non possimus non aliter videri cōgregati, q; in
& suam mercedem quotidie tribuit.

Ehactenus de primo, quod deus in suo tertio præcep-
to præcipit, vt videlicet ipsum sabbatū sanctificemus,
i.e. in eo ipsum , adeoq; Christum sua gratia toto corde
quaramus, de peccatis nostris peniteamus, deuote pre-
cemur, legamus & canamus in templo domini: sobrie
viuamus, dei verbum audiamus, & ipsum opere com-
plete studeamus: pauperibus contribuamus, et pacifice
deniq; concorditerq; viuamus in nomine Iesu, id est, in
eo quod confert ad salutem, quam pr̄ se fert nomen Ie-
sus: itemq; totum sabbatum diuino cultui applicemus,
totum laudibus diuinis peragamus.

Secundo præcipit dominus deus in suo isto tertio pr̄
cepto, vt sabbatizemus, vt patet ex vocabulo.i. vt va-
cemos, feriemur, & ab operibus, laboribus & seculari-
bus curis requiescamus, non tamen turpiter ocierimur,
qui multa malitia docuerit ociositas: sed vt corporali-
ter aliquātisper a laborando cessemus, vt hoc facilius &
comodius animo sabbatū sanctificemus, deoq; & ipsi
us reb⁹ vacemus. Id qđ alias nō æque fieret. Quā enim
corpus terrenū de sui natura terrena appetit, fieri solet,
vt homo secūdum illā partē, à qua cōmuniter deprimit
semper

Ecc. 33

Gene. 2

Sap. 9

Gene. 8

FRID: NAV. IN CATH. CATEC.

semper ad terrenatendat, nisi se conetur ab aliis eleuare.

Atq; hinc est, vt & sanctificatio hominis aliquod oporteat habeat certū tempus, in quo eum nō liceat ei vacare corporalibus operibus, derut ei materia vacādi spiritualibus. Sicut enim corpus indiget aliquo tempore ad refectionē sui, quæ fit per somnium, comedionem, & id genus alia, quod alioqui deficeret in operando & vivendo: ita & anima indiget aliquo tempore ad refectionem spiritualem ne deficiat, quæ fit per orationes, oblationes & similes res. Hoc est, quod dominus per Mosen ait: Observa diem sabbati, vt sanctifices eum, si cūt p̄cipit tibi dñs deus tuus. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septimus dies sabbati est, id est, requies dñi dei tui. Nō facies in eo quicq; operis, tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla, bos & asinus, & omne iumentum tuū, & peregrinus qui est intra portas tuas, vt requiescat seruus tuus & ancilla tua, sicut & tu.

Sic sane vt in ceteris rebus omnibus dñs deus habere tempus certū voluit, ita & in sanctificationibus nominis sui. Sic Apostolus voluit, vt etiam cōiuges ob opus orandi ex consensu, ab opere & debito coniugali absenserent, vt certo tempore vacarent orationi. Quo quidem pacto & hac ratione nemo sanæ mentis reprehendet ecclesiam, q; definierit aliquot per annū dies, in quibus diuinis rebus homini commodius vacare liceat, quum fuerit ab operibus manualibus liber: imo qui obligat ad huiusmodi definitum tempus, quanquam alioqui paul & alios dies possit, imo debeat sanctificare, vt totum tempus vita, sit tempus sanctificationis.

Vsq; adeo aut̄ ecclesia pensi habuit duas huius tertij precepti res, quas in eo dñs deus p̄cipit, vt aliquot exteriores ceremonias (cum moderatione tamē) in diebus festis p̄mittat, vt per eas veræ sabbatizationis et sanctificationis paulo ante dictę, paulo tenacius admonemur.

Ocium liberalius, & quidem corporale, significat ocium spirituale, vt videlicet cessemus & ociemur a cupiditatibus & cogitationibus malis, vt esse capaces possumus verbi dei, quod requirit vacuam animam. Ocius,

Deu.5

Ecc.3

1.Cor.7

DE DECBM PRÆCEP. LIB. III. - 168
res igitur diebus festis, recordemur quanam causa occia amur. & sic monumentum & memoriale habeamus, q; vacandum sit nobis ad deum audiendum.

Ornatus vestū paulo splendidior, nō modo permititur in decus & honorē ecclesie, quaē diebus festis nostra secus atq; ad cœlestes quasdam suprias cōuenit, sed & vt per ipsū admoneamus honorū operum, quasi pulchrorū vestimentorū, vt pote verbum dei & Missam audire, orare, elemosynas elargiri, & hoc genus operam facere, vt Christus alibi contra phariseos docuit.

Victus paulo lautior, significat meditari & legere beneficiū dei, passionē Christi luminare & verbū dei, pecatūq; propria recēdere, proq; eis dolere. Qui proinde totum decus seriarū simpliciter statuit in ornato vestium & victus splendorē, & ocio laboris, nec seruant potius mysteria, q; in hec tria repräsentantur: nō ille aequē faciunt, q; in Iudaica solennitate obseruāt, & non nisi prouocata sunt libidinis & vitorū. Nam ventet repletus & anima ociosa, deinde obiectis ornamentis corā oculis, quid faciant, nō ut in luxuriā ducent et mala desideria. Siquidem hoc ipsum sabbatizare posset quilibet mere trix, hoc posset & quilibet Turca & paganus, imo sus & equus, si comedere, bibere, & deinde ociali, & pōpo se adornari. Tam itaq; demī colligimus, quemadmodum due p̄cipue deus Max. in hoc tertio suo præcepto p̄cipit, vt pote quiescere, hoc est, cessare & abstine re ab opere seruili & manuali, nimirū mercatorē à mercatione actuali, agriculturæ, & quē cuncte deniq; artificem à sua artis mechanicæ exercitio: deinde bonis operibus ipsum sabbatum sanctificare: ita bifaria peccatur mortaliter contrā hoc ipsum deus præceptum: Primo quidem peccat, qui diebus festis contra ecclesie confuetudinē & constitutionē manualiter aut ex cupiditate aut ex parvipensione laborant, vt pote qui videntur deum & eius ecclesiam contemnere, suamq; salutem negligere, plusq; corpus & propriū commodum, q; & animam & deum curare.

Quapropter deberet publicē mercaturæ et foræ, quæ diebus

Mat.12

Mar.2:2

Luc.6:13

Ioan.7

Ioan.9

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

diebus festis tenentur in urbibus & pagis, autoritas episcopi & rectorum reipub. prohiberi, in aliumq; diem transferri, ne palam publicitusq; cōmitteretur tam aperta transgressio huius praecepti in mercaturis & foris, præsertim vbi raro vel nunq; defunt varia peccata & scelera, quæ maxime sunt opera seruilia.

Quia vero nunc in novo testamento obseruatio sabbati non est figuralis, ut in veteri testamento sit, ut prohibiti operandi in eo tam non sit vngadeo arcta, ut nō solum facilius in novo testamento dispensetur, sed in veteri testamento: (quia figura pertinet ad præstationem veritatis, quæ nec in modico præterire oportet: opera vera secundum se considerata, immutari possunt pro loco & tempore) sed & multas ob causas, citra etiam dispensationem, laborari possit in eo manualiter.

Primo quidem laborari posset in sabbato citra peccatum mortale, quin labor præcipue foret in dei cultum & honorem, qualis esset candelas cereas efficere, tapetas excutere, lucibula et id genus alia mundare. Sic quia alijs sacerdotes in templo victimas immolarunt, tauro mactarunt, non soluerunt sabbata. Nec q; homines in eo circuncidebatur, nec quādo sacerdotes arcam domini circa Hiericho circumulerunt septem diebus, sabbatum transgressi sunt. Id quod accipiendum ducimus de omni spirituali exercitio, quale est, pro republica ecclesiastica studere, legere, scribere, docereq;.

Secundo, quando labor attineret ad opus pietatis & misericordie ad proximum, adeoq; ad animæ salutem, qualis esset, medicinas pro ægroto præparare. Sic Christus non peccauit, q; in sabbato hydropticū sanarit: quia doquidem sabbatum propter hominem est factum, non homo propter sabbatum. Præterea si lex iussit feriari in sabbato, ut & iumenta à labore quiescerent, & sic in eius misericordia exerceretur, quare non homo miseretur hominis male habētis? Tertio, quādo per eum laborem vitari possit, quod alioqui necessario adficeret personam nostram, qualis est repugnare hostibus. Ita Magi chabæi non peccarunt, quādo pro sui defensione in sabbato

Mat. 12

Ioan. 7

Ios. 6.

Luc. 6

Mar. 3

Exo. 20

Mat. 12

Mat. 2

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 169

heto pugnarunt, qui alioqui perirent ut priores. Ita 3. Re. 19 hec Helias fugiens a facie Iezabel in sabbato, peccauit, quanvis alioqui non liceret ultra mille passus in sabbato ambulare. Quarto, quando labor ordinaretur ad imminens periculum, seu damnum rei exterioris, quod per laborem vitari posset: qualis esset, liberare bouem vel asinum ex fouea, in quam incidisset ille.

Quinto, si labor esset, quem necessitas rerum necessarii cogeret. Cuiusmodi sunt victimæ & amictus, qui bus pater noster fecit nos indigere ad vitam sustentandam. Sic nō peccarunt discipuli, quoniam die sabbati per latentes et esuriétes, spicas euulserint & manducauerint.

Ex iis itaq; colliguntur tria, quæ permitunt in die se sti laborare citra peccatum. Primum quidem necessitas est, legem nō habens. Ita mercator fortasse nō peccaret, si in die festo vederet aut emeret, quod altera die vel hora nō sine magno damno emere vel vendere posset: ut pote q; ipse venditor aut emptor sit transitorius, expeditare nō volens, quii nec opus nec lucrum quisierit, sed oblatum acceperit, ut damnum caueret: alioqui nō factus rus ex intentione, malens quod alio tempore offerretur.

Ita nō peccat, qui die festo parat ad victimum necessaria, coquēs ea: cōtra Iudeos superstitiones, qui die sabbati non coquunt, sed vorant, rapulantur & luxuriantur.

Ita non peccat, qui necessitate cogente, sabbato vas vini vel ceruissæ cellario inferret: sed peccant, qui tot modiis & cantharis educunt & ebisunt, & inebriantur.

Ita non peccat, qui animalibus sabbato prouideret pa bulando, sternendo, pascendo, curando, mulgendo &c.

Ita nō peccat tabernarius, lanarius, pistor, piscator, & id genus alius artifex, qui pro victu & amictu aliorum necessario laboraret, nisi per hoc ebriosis & ludentibus patrocinaretur, et auxiliaretur, & faueret.

Ita nō peccat, qui pro cōmuni utilitate reficeret pontem, prohiberet fluum, repugnaret hosti, incendiū extingueret, et id gen^o aliis publicis necessitatib^z prouideret

Ita nō peccat medicus, cursor, nuncius necessaria fensis, faber equos ferrás, molendinat, & qui id genus

Mat. 12
Luc. 14

Mat. 6
Mat. 12
Mar. 2
Luc. 9

X aliis

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

alius aliquid ageret, quod necessitas suaderet.

Ira nō peccaret, qui sabbato nūdinas quereret, quū nō posset alio tempore, quū ecclesia sustinet ac tolerat eas.

Secundum est modicitas vel paucitas operis aut laboris, vt pote si farror pannū scinderet ad conficiendam vestem, vel tibialia refarciret, aut si mercator aliquid venderet, quod non exposuisset venale. Theologi volunt, qđ eiusmodi modicitas laborantem excusaret.

Tertium est pietas, vt pote quum quis sabbato pauperibus & indigentibus, item ecclēsīs aliquid operis faceret: nēpe frumenta veheret & ligna, potum & cibū & hoc genus alia, non peccaret, quia pietas excusaret.

Caterum queri solet hoc loco, peccent ne, qui sabbato labores faciunt, in quibus nec pietas, nec necessitas animaduertitur, vt pote qui exercet eo die artem ballistarum, arma ostendunt, qui luctātur, qui iaculantur, qui currunt in stadio, cateraqđ id genus exercitia faciunt, quae possent aliis diebus fieri. Respōdemus eos fortasse non peccare, si seruāt quae seruari debent in laboribus omnibus, qui permittuntur sabbato.

Primo, si prius attente diuinis officiis interfuerint,

Secundo, si talia faciunt, vt artus & corpora reddat ad laborandum & sustinendum agiliora.

Tertio, quo possint peccata, vt pote ludos, choreas, bibitiones, comediationes et ebrietates, & hoc genus alia vitia, eo facilius vitare, quae fortassis alioqui ocosi perpetrarent: quū sint, vt mox audiemus, maxime vītāda.

Quarto, si non facerent hoc ipsum vel ex avaritia, vel superbia, vel temeritate quadam.

Secundo peccant contra hoc tertium de sabbato preceptum, qui sabbato crasse ruditerqđ peccant, ipsum de honestantes & defecrantes, vt pote luxuria, ebrietate, iudis, ira, maledictis, homicidiis, rapinis, insidiis, fraudibus, dolis & similibus peccatis, vt pote qui vel chorizant, vel nepotantur, vel quid alius faciunt perperā, quod simpliciter est contra hoc de sabbato preceptum in quo Deus præcipit, vt sabbatū bonis operibus sanctificemus, & malis operibus haud desanctificemus.

Ad

DE DÉCEM PRÆCEP. LIB. III.

Ad quos ipse Dñs Deus alioqui sit dicturus: Dispergā Malac. 2 super vultū vestrum sterlus solennitatum vestiarum, & assumet vos secum: Vides quia sterlus vocat, solennitates peccantium sabbato. Et alias: Odi & proieci Amos. 5 festiuiores vestras.

Insuper queri quoque solet, nunquid ecclesia recte post dies dominicos peragat alios quoqđ dies festos, vt potē dei sanctorū. Recte inquā, nec paucas ab causas.

Prima, quoniam in iis quae religionis sunt & fidei, ecclesia non erret, nempe habens spiritum veritatis, co-lumna & firmamentum veritatis. Ioan. 14. 1. Tim. 3

Secunda, quod eadem causa militat in feriis sanctorū, quae in feriis dierum dominicorum. Siquidē sabbatum studio pietatis sanctificamus, dei opera & beneficia recēsentes, et gratias agentes. Id quod & ecclesia facit in feriis sanctorum. Prēterea dei gratiam sanctorū ipsorum in feriis recolit. Et quur ecclesia non faceret in natalibus diuorū noui testamenti, quod synagoga suis temporibus fecit, nimirum recolens gratiam dei, quae Hester, Judith, Machabæo, & aliis contigit? Sane tantis oblatis occasionibus ecclesia rite dies natales diuorū in cultum dei, qui in sanctis suis laudatur, sanctificat, & gratiam dei in sanctis prædicat & admiratur, sese etiam exemplo bonitatis dei fouet, confortatqđ.

Tertia, quum contigerint omnia synagogae in figura, quur non veritas haberet, quae synagoga præfigurauit futura, vt fierent iuxta suam similitudinem, velut dominus Mosi dicebat: Vide, omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte Iam vero quia cōstat, nō solum in veteri testamento, adeoqđ in synagoga fuisse sabbatū, sed & alios dies festos, certe cōsequens est, vt & in novo testamento non solum sit dominica dies, sed & aliae solennitatis, quae figuratae sunt per illas, quo ad præcipuas, quarum quilibet in signis dies solennitatis, propter aliquid insigne in illa factum, discipula fuit.

Ex libro autē Numerorum colligimus, septē fuisse solempnites temporales in veteri testamento. Num. 28. Num. 29

X 2 Prima

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Prima fuit festum Paschæ, quæ propter eminētiā septem durabat diebus, primo quidem mīle in memoriā liberationis ex Ægypto. Cuius figuræ veritas in nouo testamento nobiscum habet festum nativitatis Christi, per quod genus humanum liberatum est dīa bolica captiuitate.

Secunda fuit sabbatum, quæ propter excellentiam semper in qualibet septimana suam habuit octauā, in memoriam creationis mundi. Cuius figuræ veritas nobiscum habet festum paschæ, tam sanctum, ut semper in qualibet septimana habeat diem dominicam prolungam octauam, in memoriam spiritualis creationis & liberationis humani generis, qua facta est per Iesu resurrectionem.

Tertia fuit expiationis, decima die Septembribus, in memoriam beneficij, quo deus propiciatus est populo Israel in adoratione vituli aurei ad preces Mosis. Cuius figuræ veritas nobiscum dīe habet ascensionis dominice, qua dominus ad patrem adscendit, ut nobis esset apud eum pro peccatis nostris propiciatio.

Quarta fuit pentecostes, in memoriam legis datae in monte Sina. Cuius figuræ veritas nobiscum habet festum spiritus sancti, dati in monte Sion cùm lege euangelica.

Quinta fuit in qualibet mense, ac cœpta dīci neomenia, in memoriam gubernationis rerum in nouitate lunæ, iuxta quam deus sua voluntate plerūq; semper hanc res inferiores gubernat. Cuius figuræ veritas habet festum multiplex gloriozæ virginis Mariæ, quæ non modo multas ob causas lunæ cōparatur & soli, ut in nostris Homiliis est videre & in Panegyrico, sed & quæ suis meritis & precibus in filio suo res huius mundi gubernat, vtpote quæ fuit mulier illa in cœlo visa à Iohanne, amicta sole, luna sub pedibus habens, & in capite coronam stellarū duodecim. Vnde ipsam angeli quondam admirantes, ad eā assumptā dixerūt: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora cōsurgēs, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt calrorum acies ordinata?

Sexta fuit Tubarum, prima die Septembribus, quæ erat quasi quedam inuitatio, vt præpararent se ad festū sequens

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 171

sequens, in cōmemoratiōne liberationis Isaac, quando Gene.aa Abraham inuenit arrietē, quem obtulit pro eo. Cuius figura veritas nobiscum habet festum apostolorum, qui quasi tubis prædicationum inuitauerunt totū mīdum ad supernum festum, quorum sonus exiuit in omnem terram, & in fines orbis terræ, dicens: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic saluus erit &c. In cuius signū pulsatur campana, quum legitur Euangelion.

Septima fuit Scenopegia, id est tabernaculorum, septem diebus & in eodem mense, in signum deductionis in deserto, ubi habitauerunt in tabernaculis. Cuius figura veritas habet festum angelorum, qui nos deducunt & custodiunt per desertum mīdi, sicut illos angelus domini deduxit & custodiuit.

Octauo autē die eius festi fuit aliud, quod dicebatur cœtus & collecta. Cuius figura veritas habet festum dedicationis & omnium sanctorum.

Insuper fuerunt et alia festa, sed non ira solennia, vtpote furni, & id genus alia. Quorum figurari veritas habet festa martyrum, confessorum et virginum, quæ statuit ecclesia celebranda suo loco & tempore, cui qui nō consentit nec audit, est vt publicanus & ethnicus, quū ipsa veritatis columna & firmamentum, nihil sine causa scripturis cōsona statuere solet, cuius ob id cōstitutio, sicut Iesu Christi, qui semper cum ea existit, est observanda, monente scripture, quū ait: Audi fili mi doctrinam patris tui, & ne dimittas legem matris tute, vt ad datur gratia capitū tuo, & torque collo tuo.

Est proinde hoc tertium domini dei præceptum, nō solum de diebus dominicis accipiendum, sed & de diebus festis dei paræ virginis, apostolorum, martyrum, confessorum & virginum, ex ordinatione ecclesie, maxime quod honor sanctis impēfus, referatur ad deum, qui sanctificauit illos in terra, glorificatq; nunc in celis, quorum memoria debet nos inducere ad imitatiōnem fidei, virtutis, & virtutum sanctorum, qua floruerunt ipsi, quum fuerunt adhuc in humanis.

Y 3 De qua

Exo.12

Exo.32

z.Joan.2.
z.Tim.2

Exo.19
Acto.2
Esa.2.

Apo.12

Cant.6

Gene.aa

Psal.13
Rom.10
Marc.14

Exo.26

Heb.1

Matt.18
. Tim.5

Prou.1

Ioan.12

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

De quarto præcepto. Cap. XI.

Honora patrem tuum & matrem tuam. Exod. xx.

Exo.20
Deut.5
Deut.9
Exo.31

Diximus hucvsq; de trib⁹ prioribus præceptis, & iis quidē primq; tabulæ lapideæ, que digito dei perscripta, pertinent ad dñm, nosq; in eum per ipsa ordinamus.

In quoru; primo iubemur, vt in dñm credamus, & illi profrus fidamus, ipsumq; ceu verum & supremum dominum & patrem nostrum timeamus, totisq; viribus amemus. In secundo, ne quoquo modo nomine ipsius aburamur, nec ad aliquod mendacium vel quodvis malum usurpemus, sed in eius solius gloriam, & nostram & proximi salutem sumamus.

In tertio autem iubemur, vt ferfas aut ipsius aut eius sanctorum, iuxta sacrosanctæ ecclesiæ ordinationem fieriemur, & bonis cogitatibus, verbis & operibus omnino sanctificemus.

Subsequuntur modo septem posteriora domini præcepta, et ea quidē secundæ tabulæ lapideæ, que digito dei pariter scripta, pertinent ad hominē, et eum ad proximos ordinat, simulq; præcipiunt, vt eis exhibeatur, que iure sunt debita, & nulla inferantur eis noctumenta. Sicut autem tria priora præcepta, que pertinent ad deum, summam dei dilectionem docent & suadent, ita quoque sepm sequentia, summam proximi dilectionem exigit, vt videlicet hoc modo summa sit, domino dicente, omnium præceptorū legis & prophetarū, dilectio.

Vendicat autē sibi primas inter hanc posteriora præcepta partes non immerito præceptū de honorādis parentibus, q; i; snt ac esse nobis debeant post deum primi. Sicut enim deus est principium omnium per creationem, ita parentes habent rationem principij respectu filiorū per procreationē: & sicut deum super omnia diligere iubemur, ita charitatis ordo postulat, vt parētes amore suprēmo prosequamur. Ad pleniorē verō huius præcepti intelligentiam profuerit scire, qui sint ac dicantur parentes, & q; multiplices sint, & de quibus propriētate hoc quartum præceptum intelligatur. Appellatione parentū, Primo veniunt i; qui nos carnaliter ge-

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 172

auerunt, proprietates carnales & naturæ parentes appellari cōperunt, deoq; vel ideo similes, quasiq; eius loco cōstituti, q; iis post deum debemus quod sumus, à parente dñcti, quia nos, deo creatore, pepererunt, de quibus propriis præcipueq; dominus deus hoc quartū in ordine præceptū dedit, vt accipimus ex scriptura dicente: Honora patrem tuū, et gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: memento, quoniā nisi per illos, natus non fuisses. Dein de veniunt i; qui nos spiritualiter et de simpliciter esse ad bene esse pepererunt, aut quotidiē pariunt in omnibus, quæ spiritū, mentem & animā concernunt, & dicuntur parentes similitudine officij paterni. Atq; i; sunt duplices. Aliquot enim sunt ecclesiastici, quales sunt sacerdotes, pastores & prædicatores. Ad hunc sane modum apostoli, et oēs qui nos fidem et fidei opera, quibus corpus et anima decoratur, beneq; parit, docuerunt, nos struerunt parētes, et nunc quoq; sunt, qui, quod illi, prestant. Ad hūc modum Paulus, vt pater, & Corinthios & Galatas, suos filios appellavit, inquit: Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Christus in vobis.

Aliquot sunt prophani, quos Iaicos vocamus: quales sunt ludimagistri & pædagogi, quos Quintilianus non corporū, sed mentium parentes esse scribit: & ipse quoq; luuenalis poëta, majoribus suis ornate honū precatur, q; præceptorem sancti voluere parētes. Esse loco, &c. quales sunt magistratus ciuiles, qui gladij potestatem habēt, quoniā vt in vna sola domo parētes sunt carnales, ita sunt illi in tota ciuitate vel regione parētes spirituales, qui ex officio conseruant que corporis sunt & animæ. Sic vt quodam Rōmani vocabant eos patres, familias & matres familias, qui domui & totæ familie presiderent, ita vocabant principes, patres patriæ, sicut est apud Titum Liuium, Salustium, & id genus alios historicos videre. Sic famuli Naaman principis, domum suum patrem vocabant.

Nec mirum, quando & famuli quondam pueri vocati sunt à dñs et magistratib; suis, vt scriptura testatur passim; quales sunt tutores & curatores, qui filiis im-

Ecc. 7

1. Tim. 8

1. Cor. 4
Gala. 4

Quin. lib.
2. ca. 10
Iu. saty. 7

4. Re. 5

1. Re. 22
Hest. 2

X 4 pubes

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mat.8 puberibus in locum & curam parentum succedunt, i.e. cōj̄ parentum etiam secundum leges ciuiiles habentur. Id quod Apostolus satis subinstauat, quā dicit: Quāto tempore h̄cē parvulus est, nihil distert à seruo, quām sit dominus omnīū, sed sub tutorib⁹ & actorib⁹ est. Iam verō quām isti succedunt in paternū officium, iustum est, vt & nomenclatura honorem ferant: quales sunt et senes, qui nobis nō annis solum, sed et virtutum exemplis haud secus atq; parentes præfunt, de quibus videretur dictum: Interroga patrem tuum, & dicet tibi: maiores tuos & annunciarunt tibi.

In summa, loco parentum habentur omnes, et ordine quodam hoc præceptum generatim porrigitur ad omnes, qui vel natura, vel ex officio quasi parentes nobis, siue publice, siue priuatim præfunt, quorum imperio paremus, et quos dominos appellamus, quos ex hoc quarto domini præcepto honorare debemus.

Honoris autem appellatione tria veniunt, quae debemus illis, amor scilicet, obedientia et reuerentia.

Primo proinde dicturi de naturalib⁹ et carnalibus parētibus, primo dicimus, eos oportere nos secundum deum supremo amore prosequi, qui nos genuerūt, nec simpliciter vt omnes proximos diligere debemus, sed singulari quodam modo. Sicut enim deum super omnes homines, adeoq; super nostros etiam parentes diligere debemus, quia primaria nostri sit per creationem causa: sic parentes diligere debemus super omnes alios homines, quia sunt secundaria propemodumq; instrumenta talis causa nostri per generationem carnalem.

Primo autē eiusmodi nostrum amorē erga ipsos affectu interno cōmonstrare debemus, hoc est, de ipsis tanquam perquā preciosissimis, magnifice sentire et loqui, sicut de his quos amare pene deperimus: nec quoquo modis contemnere, sint ipsi quantumuis viles, pauperes, deliri, morosi: nos vero vicissim clari, diuites, prudentes, & glorioſi, utpote qui post deum quicquid habemus claritudinis, acceptū oportet referamus parentibus, etiam ignobilissimis. Nam nisi illos habuissimus, ne in crea-

turis

Mat.10
Mar.14

Ecc.7

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 173

teris dei locum quidem iūsum haberemus, sileo alii quam dignitatum præcellentiam. Non igitur ultimare debemus, quales nostri sint parentes: sed potius quia sunt, deo procurante, nostri parentes, cuius in ipsis diuinam maiestas est attendenda, quę non dignata est ipsis in nostri creatione confortes habere instrumentales.

Peccat proinde grauiter contra deum, qui vel in cor de suos aut paruifacient aut contemnunt parentes, quā fortasse sint aliquo modo clariores, prohibente scriptura, dicens: Fili, suscipe senectutem patris tui, & ne confristes eum in vita sua: si defecerint sensus sui, da veniam ei, et ne spernas illum in virtute tua. Oculus qui subsanat patrem et matrem suam, corū eum effodient.

Secundo debemus nostrum erga parentes amorem verbo quidem cōmonstrare, cultuq; exteriori, nimis reuerenter illis loqui & respondere placide mansuetely locoq; cedere. Cuius eximium exemplum habemus in Salomone ditissimo & sapientissimo rege. Cum enim mater ipsius Berlabē venisset ad eum, dixissetq; petitionē vnā paruulam ego deprecor a te, ne cōfundas faciem meā: statim Salomon filius, matre nōdum loquente, sed visa dumtaxat, assurrexit in eius occursum, adorans uite eam: et posito illi throno ad dextrā, sedentiq; dixit: Pete mater mea: neq; enī fas est, vt auerrā faciē tuā &c. Si rex tatus hoc ipsum matri, quid ali⁹ debet parētibus?

Peccat proinde grauiter, qui parētibus quoquo modo maledicunt, aut corā hominib⁹ eortī erubescunt, quā fortasse sint clariores, sed vel etiā percutiunt. Siquidē dicit dñs: Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Qui percussit patrē suū vel matrē, morte moriatur.

Tertio debemus eiusmodi nostrum erga parentes amorem cōmonstrare ipso facto, illos videlicet modis omnibus adiuuare, si nostra indigent opera et ope, exhibere scilicet illis omnia opera misericordiae. Id quod diligenter est exequatus ille Tobias iunior, quando manus suarū labore patrem suum senē et luminibus orbū et cœcum educauit. Id quod et Christus dubio procul præstidit parentibus suis, quum yspadeo curam has

Mat.25

Tob.11

X § buerit

Ecc.3

Pro.30

Exo.22

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ioan.19 buerit de matre sua, vt ipsam, quo haberet, qui eam lo-
co suo pie sustentaret, in summo crucis supplicio, me-
mor in illam suam pietatis, Ioanni dilectissimo discipulo.

Mat.15 cōmendarit; qui statim recepit illam in suam. Qui vī-
ad eo voluit nos se ipsum se quī, vt propterea accrimine
increpauerit phariseos, qui auaritiae sue religionē pra-
texentes, filios à pietate in parentes auertebant, docen-
tes eos, mariti vel patri indigentibus ut dicerent: Cor-
ban, quod est, donum quodcumq; ex me tibi profuerit;
nec permittebat eos quicquam facere patri suo aut ma-
tri, rescidentes verbum dei per traditiones suas.

Peccant proinde grauter, qui parentes patiuntur
Mat.23 egentes esurire, nec eos pascunt, quum peccent, etiam q; extraeos non nutritant, quum debent ipsis, quod sunt
& habent. Quinimo tamē si matrem paueris, adhuc ei
nō reddidisti dolores, cruciatusq; quos pro te passa est,
nec reddidisti obsequia, quibus te gestauit, nec reddidi-
sti alimenta, quae tribuit tenero pietatis affectū, immul-
gens labris tuis vbera, nec reddidisti famem, quā prote-
illa tolerauit, ne quid, quod tibi noxiū eset, ederet;
ne quid, quod lacti noceret, sumeret. Tibi illa iejuna-
uit, tibi manducauit, tibi illa quem voluit cibum, non
accepit; tibi quem noluit, sumpfit; tibi vigilavit, tibi fle-
uit. Quando proinde paria referes?

Tob.4 Quo sanè respexit Tobias senior, quā moriturus, di-
xit ad filium Tobiam: Quum acceperit deus animā me-
am, corpus meum sepeli, & honorē habebis matri tuā
omnibus dieb⁹ vītæ eius. Memor enim esse debes, que
& quāta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cum
autem ipsa compleuerit tempus vītæ sute, sepelias eam
circa me. Et quur hoc ipsum Christiani noui præstare-
mus nostris parentibus, quum vel maius præstiterint
bestiæ, adeoq; ethnici, quibus longe præstare debemus?

Nonne aquilæ & ciconiæ, & id genus alia bruta, pie-
tatem seruant in suis parentes, quum eos senio conse-
ctos instar pullorum educare solent?

Vale.lib.5 Nunquid ignoras, quomodo filia quædam matrem
suā in carcere fame necandam, quotidie visitauerit, &
vberi-

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 174

ſheribus aluerit, quum alia non permitta fuerit alimen-
ta afferre per iudicem & custodem carceris, cui propte-
rea filia mater libera tandem donata est?

Hactenus de duobus, dilectione scilicet & reueren-
tia, quæ veniunt appellatione honoris exhibendi paren-
tibus, dictum est: subsequitur tertium, quod eiusdem
vocabuli appellatione venir, quod est obedientia, pari-
formiter parentibus exhibendum: utpote quibus post
deum in omnibus, quæ non sunt contra deum, obedien-
dum est, dicente scriptura: Audi fili mi disciplinam pa-
tris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur
gratia capiti tuo, & torque collo tuo. Cuius erga pa-
rentes obedientia, exempla sanctorum tot passim oce-
currunt, ut satius duxerim, vnum vel alterum referre ex
infinitis, q; frustra arenam numerare.

Nonne, quæso, parēti fuit obedientis Isaac, qui trigesi-
mum iam annum agens, patri, se colliganti non refutit,
imò et ad immolandum quoq; sē copiam sui fecit, quā
pis non sine divino instinctu, quā præfigurauerit Chri-
ſi obedientiam erga patrem, cui obedientis fuit vīp ad
mortem, mortem autē crucis: quā & suis humeris, sicut
Ilaac lignum, quo debebat cōburi, sua sponte gestauit?

Nonne magna fuit Rachabitarū obedientia, q; iusflu-
Jonadab patris, perpetuo facti sunt abstemijs? Sed que
maior & mirabilior erga parētes obedientia, q; Christi
Iesu, qui rex regum & dominus dominantium, imò fili
us altissimi, adeoq; altissimus ipse, & parentis parentum, **Apo.19**
Joseph & Marie, pauperculis parentibus non dedigna-
tus est obediere: docens, vt reliqua omnia, suo exemplo,
filios esse debere parentibus obedientes, quos alioqui
sit mansura non modō pœna æternalis, sed & tempora-
lis. Siquidem scriptura dicit, eum filium qui contumax **Deu.23**
& proterius est, imperio patris aut matris haud obedi-
ens, nec coercitus obedit, extra portam ciuitatis debere
iudicari, & à populo ciuitatis lapidibus obrui.

Et hac hactenus de triplici honore, scilicet dilectio-
nis, reuerentia & obedientia, quæ serio debemus parē-
tibus, quæ præcarteris quos recensuimus, mirè seruauit
in

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

in suo patre Joseph ille innocentissimus. Audis enim q[uod] fuerit insidianter ipse venditus in Agyptum, de i[us]q[ue] tam
Gen. 46 fuit prouidentia sublimatus, vt esset primus post regem
Gene. 47 quanto honore prosequutus sit p[re]t[er]re, descendente ad se
48 in Agyptum, quāta celebritate in Agypto defunctum ex-
tulerit, ac ad patres in terra Chanaan apposuerit, ac sepe
ligerit. Deberimus autē beneficiando diligendoq[ue] sic adfe-
cti esse parentibus, vt quātūm cuncte bene fecerimus ip-
sis, numq[ue] nos fecisse satis existimemus, quando propter
eorum in nos amorem & multiplex beneficium, non
possimus ipsis nec deo reddere paria vñquam.

Lūc. 14 At inquis: quur deus per scripturam tantopere p[re]a-
cipit nobis, vt honoremus parentes nostros vñquadeo,
quum Christus alibi dicit, eum non esse suum discipu-
lum, qui venit ad ipsum, et non odit patrem suū et ma-
trem, q[uod] venit separare hominem aduersus patrem suū
& aduersus matrē suam? &c. Respondendum est,
Christum seipsum inibi interpretari, & velle, ne homo
plus amet patrem vel matrem, q[uod] ipsum, adeoq[ue] deum,
quem non modo plus q[uod] parentes, sed & plus q[uod] vitam
nostrā diligere debemus, dicente ipsiomer Christo: Qui
amat patrem aut matrem plus q[uod] me, nō est me dignus.
Distinguit vñq[ue] dominus eo in loco gradus dilectionis,
quorū primus est ad deum adeoq[ue] Christum ipsum;
secundus ad parentes, & deinceps ad alios dirigendus.
Nam quur non plus q[uod] parentes, deum diligamus, quum
ei gratiam pro parentibus nostris debeamus? Dilige-
mus autem parentes plus q[uod] deum, quando eorum gra-
tia quid facimus cōtra deum et eius mandatū. Id quod
minime facere debemus, quum sit scriptū: Oportet deo
magis obedire quam hominibus. Quoties igitur pa-
rentes volunt nos a deo vel ab eius lege quoquo mo-
do auocare, tories debemus eos odio habere, non odio
persequitionis, nō crudelitatis, sed dissimulationis pie-
tatis: illosq[ue] modeste propterea alloqui, & cū Christo
dicens: Nescio vos, nescitis, quia oportet nos esse in iis,
qua[re] patris nostri sunt? Absit igitur vt vel cogitemus
quidem Christum docuisse vel voluisse, filios amarua-
lento

DE DECEM PRÆCIP. LIB. III. 575
 h[ab]ito odio parentes persecuti debere, qui de seipso di-
cit: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. **Mat. 11**

In primis debet nos ad amādum parētes prouocare
et cogere præceptū domini, quod nunq[ue] transgreditur
absq[ue] aeterna damnatione, si nō fuerit sequita poeniten-
tia, prout in frōti spacio declarationis decalogi diximus.

Secundo, ipsa promissio boni etiam temporalis, quā
deus singulariter p[re]cepto de honorandis parentibus
adiecit. Atq[ue] propter eam Paulus ait: Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in
promissione. Ante quē scriptura longe ante a dixit: Ho-
nora patrem & matrem, et superueniet tibi benedictio **Eccl. 3**
tua a deo, et manebit. Prima vero promissa benedi-
ctio, est q[uod] honorans parentes, exauditur in suis oratio-
nibus. Qui enim, ait scriptura, honorat patrē, in die orationis exaudiatur. **Ibidem**
Secunda, quia diu viuet in terra, et
quidem bene, dicēte dño deo: Honora patrē tuū & ma- **Exo. 20**
trem tuā, et eris longaeus in terra. Quē Moses sequēs, **Deu. 5**
ait: Honora patrē tuū & matrē tuā, sicut præcepit tibi
dñs deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in
terra. Quod deinde Paulus reperit, inquis: Honora pa- **Ephie. 5**
trem tuū et matrē, quod est mādatum primum in pro-
missione, vt bene sit tibi, & sis longaeus super terram. **Col. 3**

Tertia, quia iucundabitur in filiis, scriptura dicente: **Ecc. 8**
Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in
die orationis exaudiatur, et vita viuet longiore.

Tertio debet nos ad amādum parētes cogere ipsa na-
tura, quē nō modo gētibus, teste Valerio, tacitis virib⁹
charitatē parentū, liberorū pectorib⁹ infudit, sed et ip-
sis brutis animalib⁹, cuiusmodi sunt aquilæ et ciconiæ, q[uod]
suos parētes senio cōfectos, instar pullorū educare solēt

De gentibus iuffecerit scire pœnā, quā olim Scythe,
gentiū alioqui barbarissimæ, statuerūt in eos, qui parē-
tes inhonorauerāt, nēpe quos cōsuerūt in culeū, addita
simia et serpente, et in mare dimiserūt. Voluerūt enim
splos parentes fecūdum deos proxime venerādos esse.

Iam quur ipsi nollemus honorare pro cunctis viri-
bus parentes, qui debemus ethniciis, teste domino, mea **Mat. 11**
Mores

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

liores esse, quum legem habeamus & Euangelium.

Postremo debet nos cogere ad amandum parentes, & ad eos honorandum, non modo poena eterna, sed & temporalis: quodammodo benedictio, de qua paulo ante, quae fit parentes honoratisbus, vertitur in maledictionem eis, qui parientes inhonoran, dicente scriptura: Qui affligit patrem & fugit matrem, ignominiosus erit & infelix.

Pro. 19

Gen. 9

Pro. 30

Gen. 40

Ecc. 3

Tit. 1.

2. Rec. 3

Id quod præ ceteris apparuit in ipso Cham, qui quoniam patrem Noe obiter ex viuo, nuper incepto, ebrium factum, & denudatum deriserat, ita fuit maledictus, ut perpetuo cœperit esse exul et seruus; unde quoque volunt omnem cœpsisse seruitutem, quæ non fuerat antea. Quinimo scriptura subindicat, eum plerunque in furca suspensum iri, qui parentes inhonoran, quum dicat: Oculum qui subflannat patrem, qui despicit partum matris suæ, suffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ. Solent enim huius generis vorlices, in patibulo suspensis oculos primo effodere, canesque illorum deuorare, sicut olim contigit alteri eius, cho pistori Pharaonis, iuxta somnij interpretationem ipsius Iosephi incarcerati.

Ex iis modo colligimus, deum vix aliquid sub celo peccatum tuncum cum peccato abusoris sui nominis & adulterij puniri, & peccatum in honorationis parentum, quos propterea secundum ipsum deum proxime honorare delictum amore, reverentia et obedientia, scriptura dicente: In opere et sermone et omni patiencia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio a deo;

Interea vero paréntum quoque est, hoc ipsum quod debent, vicissim præstare suis filiis. Primo debent eos non modo diligere, quod naturale est, sed & recte diligere: qualiter diligunt, ubi nihil mali permittunt eis ordinatum erga ipsos amorem. Id quod non esset vere diligere, sed odio potius habere, quasique filiis gladii permittere, quo tandem sibi malum inferrent, & parentibus una: quemadmodum legimus factum cum Heli patriarcha & eius filiis, quibus quoniam ille propter inordinatam dilectionem plus nimio indulserat, ceperuntur

cum

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 176

etum tempore fieri rebelles, & contra patris voluntatem belligerari. Quibus in bello trucidatis, & allato de morte ipsorum nuncio, pater ipse ex subito macerore cadens est sella, fregit collum, & mortuus est.

Secundo debent eos per se vel per alios, ut pote pedagogos, maximeque catholicos cœcionatores instituere, et in duabus præcipue rebus. In primis, in recta erga deum fide & dilectione, & in fidei bonis operibus. Id quod primi parientes Adam & Eua, suos duos filios primi docuerunt, neque quatenus cœli numen veneraretur etiam cum sua substantia. Vnde factum, quod Abel, quia pastor erat, Deo agnos præcipuos obtulerit: Cain vero, quia fuerit agricultor, fruges terræ dederit eidem in holocaustum. Profuerit igitur in primis omnium, filios docere symbolum apostolorum, orationem dominicam, & salutationem angelicam, in qua describitur principalis articulus nostræ fidei, de incarnatione videlicet filii dei. Cuius & ipse nobis exemplum reliquit, quoniam natus duodecim annos, in templo sedens, legisperitos & doctores de rebus diuinis audiuit, et respondit, arguens, liberos esse primi docedos in rebus diuinis, cuiusmodi sunt, fides et opera fidei, quæ sine illis est mortua. Deinde debent eos dehortari a peccato, cogereque ut abstineant ab omni peccato: id quod est, omne quod cogitatur, dicitur & agitur coram deo et eius voluntate. Quod exequutus est ipse senior Tobias, ad filium dicens: Audi fili mi verba oris mei, Tob. 2 & ea in corde tuo quasi fundamentum construe &cæ. Omnibus diebus vita tua in mente habeto deum, & caue ne aliquando peccato consentrias, & prætermittas precepta dei nostri. Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deum, & rescelerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Prospicerit autem hac parte vehementer, ut filii doceantur de calogum, & verum huius intellectum. Ad quem dñs vbi & cohortatur, ut docuimus in præfatione huius libri.

Tertio debet parientes educare filios in omni disciplina et correptione, præbere illis donec indiquerint, alimenta, quibusque tegatur vestimenta, dicente Paulo: Educate illiges

Gen. 4

Luc. 5

Luc. 2

Jacob. 2

Tob. 2

Ephe. 6.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ecc. 7 illos in disciplina & correptione dñi. Nec enim verē dī
Heb. 12 legit filium (dicit scriptura) pater, qui nō corrigit ipsum
Tob. 8 Quarto debent eos statim ab infancia (vti Tobias se

cit) erudire, educare, & corripere, ne alioqui seniores facti, rebellionē postea indurati, nullo pacto flecti possint: redundetq; nō modo malitia eorum in ipsis, sed et habeant ab eis calamitatē et mœstitiam, à quibus debent habere gaudium et solatium, iuxta scripturā dicen-

Prou. 10 tem: Filius sapiēs lætitiscat patrē, et eius est gloria. **Arct.**

Pro. 29 hoc est, quod tantopere moner scriptura, inquietens: Fi-

Ecc. 7 lij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia eorum.

Pro. 29 Puer, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. Siquidem filij iam seniores et duriores in malitia facti, facilius frangantur et citius, q; corrigantr, quemadmodum videmus in virgīs, quas, cum tenerē sunt, facile quo volumus, flectimus: quas iam adultas, citius frāgimis q; reflectimus. Vtī quoq; videre est in equis, quos iuxta voluntatē nostram facile docemus, quum sunt iuuenes: nequaq; verō, vbi iam seuerint. Id quod si quōdam Heli, vir alioqui pius, fecisset cum filiis suis, habuisset eos viuens fortis, viuentes cum gaudio. Id quod etiam si fecisset David in filiis suis Absalon & Amon, nō vīgadeo per eos, deo permittente, propter ipsius conniuentiam, perturbatus fuisset, cordi loq; cōtristatus. Sunt igitur filij statim corripiendi et instituendi a parentibus.

Quinto debent ipsi parentes in eius modi correptione tam in verbis, q; factis, habere modē ramē, ne alioqui siant ipsi facilius infensati, pūfilloq; animo, q; meliores. Volunt enim nōnulli duci potius q; trahi, nonnulli verbis magis q; verberibus informari. Et hoc est quod Paulus ait: Vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, vt non pūfillo animo siant.

Sexto debet filiis sua bona non dilapidare, sive ludendo, sive crapulando, sive ociando, sive alio modo male viuendo: verum, teste Paulo, sic illis ea thesaurizare, vt post eorum mortem saltem habeat, vnde possint ad necessitatem habere, quo sustentari incipiānt, & eō honestius viuere. Quibus non existentibus, melius erit, ve-

omnia

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 177

emnia largiantur dei nomine in pauperes, quām thesau-
rize, quām locus esset alioqui psalmistæ dicenti: The-
saurizat, & ignorat cui congregabit ea.

Postq; diximus, quomodo oporteat filios honorare parētes carnales amore, reuerentia & obedientia, quid;

q; vicilim prestare parētes oporteat illis: ordo nunc ex-

igit ut dicamus, quo pacto oporteat nos honorare pa-

tres spirituales, inter quos dubio procul prīmū locum obtinent presbyteri, præsentim qui nos dei Verbo, quæ

vere spiritus sunt, sinceriter perdocent. Atq; nīmīsum quando sunt ij parentes anima, profecto nō modo sunt

aque cum carnalibus parētibus honorādi, sed hoc qui-

dem q; carnales magis, quo sp̄ritus est carne præstantis

or, & quo præstat anima corpore. Quām verō præstat

hēc illo, Christus aperto declarat, inquietens: Nolite ti-

mere eos qui corpus occidunt, animā autē non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animā &

corpus perdere in gehennā. Et paulopost: Quid prodest inquit, homini, si vnuersum mūndum lucratetur, animę

vero suę detrimētū pateretur? Aut quā dabit homo cō-

mutationē pro aīa sua? Si quidem bene cesserit anima, scit principalē: nō poterit male cedere corpori, tanq; suc

cessorio. Debemus igitur sine cōtroueria parētibus nostris spiritualibus, vt pote qui nos in spiritualibus

educant, quæ debemus carnalibus, amorē videlicet, re-

uerentiam & obedientiam. Primo quidem debemus eos p̄cipuo quodam dilectionis affectu diligere, pro-

ut Galata quondam Paulum, spiritualem parentem di-

lexerunt, qui (teste ipso) sic eum dilexerunt, vt etiam, si

fieri potuissent, oculos suos eruissent, & dedissent ei. Jam

verō, quum (teste Joanne) non debeamus lingua modo & verbo, sed & ipsa veritate, adeoq; re ip̄a diligere,

oportet vt amantes, in primis eorum necessitatī succur-

Luc. 11

Luc. 16

Psal. 36

Mat. 10

Mat. 16

Gala. 4:

1. Ioan. 3

2. Cor. 9

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- Euseb. 10**
Deut. 25
1. Cor. 9
- Eccl. 7**
- Lev. 27**
- 2. Cor. 9**
Mal. 3
- Malac. 3**
- Exo. 22.23**
Leu. 27
Num. 18
- Deut. 8**
- Matt. 9**
Luc. 10
- flum, maxime quod & lex vetus præcipit, nō alligantur esse os boui tritauranti. Id quod utiq; non de bobus, sed de hominibus dictum cōstat. Cuius causa dominus ipse iampridem disposuit, vt eis in vitæ necessitatē debentur sūg et decisio[n]e et primitio[n]e, per scripturam dices: Honorifica fæcerdotes, & da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis. Et quia etiā nō ex animo dederimus illis loco dei, quod non nostrum, sed dei est, maxime quod etiā parum est, vt demus eis temporalia, quum recipimus ab ipsis spiritualia, tēpore, talibus lōge meliora: præsertim q[uod] & ipse promittat de cimas soluentibus, pluviis & benedictionem in abundancia, fructu[m]q[ue] a periculo, & vincam a sterilitate se custoditum: fame vero se & penuria, terręq[ue] sterilitate, negantem decimas puniturum. Dicit enim: Iten te ornam decimas in horreum meum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit dominus: si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem utiq; in abundantia &c. Sed q[uod] multa Disponit utiq; ius diuinum, spiritualibus parentibus, vtpote fæcerdotibus, deberi decimas & primitias, & si quid est reliqui, iuxta morem regionis.
- Ex hoc sane nunc constare potest, q[uod] non modo contra deum & eius verbum peccant, qui tanto odio persecuturi presbyteros, vt nō modo non eis præstet quod omni iure debent, sed ab eis clam palamq[ue], quasq[ue] violenter, quod ipsorum est, eripiunt: sed & nocent toti commununitati, quae propter illorum peccatum in omnē non solum corporis, sed & animæ pauperiē et esuriē & famen vergit: quippe quæ nunc pene non habet, qui sibi ministrer cibum spiritualiem, q[uod] est sacramentum quod liber, adeoq[ue] verbum dei, unde vivit homo, nō solum ex pane hoc materiali.
- Futurum propterea veremur, vt rursum propter Ios verum fiat, quod Christus dicebat: Messis quidem multa, operari autem pauci. Sed quorum culpar? Utiq; corū, qui denegat eis que debet, vel certe falso præstāt.
- Secundo debemus parentibus nostris spiritualibus

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 178

non vulgarem, sed singularem reuerentiam, ob mutuus quidem et ministerium, quod in ecclesia gerunt: id q[uod] omnes homines oportet, vt summa cum veneracione & pietate venerentur: ac operantur, vt conserueretur ac ornetur, quod nihil sit nisi representatio eius ministerij, quod gelic̄ Christus, ipso testante quum ait: Si eut misit me viuēs pater, & ego mitto vos, qui audit vos, me audit; qui spernit vos, me spernit. Cuius causa Paulus ait: Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & qui presumunt vobis in domino, et monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate: hoc est summo in pretio.

Sed sunt qui dicāt: Veneremur utiq; oportet, qui nos docent dei verbum & eius voluntatem, quiq[ue] bonę sancti sunt conuersationis.

Respondeo, non modo prædicatores, sed & ceteros fæcerdotes venerandos esse. nec enim deus viñicum cōsultulit omnibus talētum, sed singulis singula dedit talēta diuinitatis singulis gratias iuxta viñiscutisq[ue] virtutem: quod & Paulus alibi confirmat. Atque ob id pleriq[ue] omnes sunt venerādi, dicente Paulo: Qui bene presunt presbyteri, duplīcī honore digni habeantur, maxime qui laborat in verbo et doctrina. Preterea tā boni quā mali sunt venerandi, non utiq; propter eorum personas, sed ob eum, scilicet Christum, cuius officio funguntur & legatione. Id quod vbi, pariterq[ue] exteriora signa, cultumq[ue] exteriorem cōsiderauerimus in fæcerdotibus, profecto facile pro loci temporisq[ue] ratione, præferendos etiam censuerimus ipsos fæcerdotes parentibus carnalibus, vtpote in quibus diuinam quoq[ue] maiestatem præsentissimā licet contemplari, quum omnis eorū functione nihil sit, nisi ipsius diuinitatis representatio, personæ Christi ipsissima exhibito. Quod enim dñs dixit, Qui vos recipit, me recipit: qui vos spernit, me spernit: non ad bonos solum discipulos, sed & ad traditorem Iudam, qui fur erat & auarus: nec solum ad tum præfentes, sed & ad omnes eorum ordinis futuros, dixit, sp̄o dicente: Quod vobis dico, omnibus dico. Mar. 13

Z 2 Et res

Io. 5.6.20
Matt. 10
1. Thes. 5

Mat. 25

1. Cor. 12

1. Tim. 5

2. Cor. 5

Mat. 10

Joan. 12

non

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Et recte nimirum: si enim dominus quæ loquutus est, dici volueret duntaxat suis tum discipulis presentibus, non etiam futuris, iampridem nobis nec eius fides, nec ecclesia, nec doctrina fuisset, quoniam dudum obierint mortem duodecim apostoli, in quorum utriusque locu[m] sacerdoti[bus] tesserunt[ur] episcopi et plerique sacerdotes omnes, qui sunt aequaliter honorandi.

Atque hoc est, quod Paulus haud parum doluerit, quod paulo durius alloquutus fuerat (& quidem ignoranter) Ananias principem sacerdotum, quanvis improbum, dicens: Ne siebam, fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principem populi tui non maledices.

Quam vero expedit colere sacerdotes, regibus in exemplis Iosas & Ozias fit perspicuum. Hi enim Iuda reges, tantisper pietatem coluerunt, donec obseruantur sacerdotes: quum primum vero a cultu sacerdotum defecerunt, a dei quoque cultu ad externam impietatem descenderunt, futuri denique pauperes et ingloriosi, quales non fuerunt Ezechias, qui Isaiam: & David, qui Nathanael et Gad, id est genus ceteros prophetas & sacerdotes summo per se charos habuerunt, quorum similitus fuit rex Iosaphat, cui propterea et populo suo deus singulariter propicius fuit.

A quibus haud alieni fuerunt in novo testamento Constantinus & Carolus Magnus, quibus intra aliquantum annorum vix alias Imperatorum & regum felicior fuit, tamquam ad eccl[esi]am, quam ad terrena. Atque hinc est, quod Christiana pietas voluit ita sanctum esse et inuiolabile sacerdotium, ut qui huic vim fecisset, priorem coetu excluderetur: parique cura datum, ut hic ordo primum inter homines locum sortiretur, magistratus & reges sacerdotibus loco cederent: nec nulli cogere vel capere fas esset, nisi pontificis permisso.

Iam vero vide, quam grauiter contra deum & hoc ipsius preceptum peccamus, qui sacerdotes non modo Iudeis, quibus nihil est sub celo magis impium contra Christum et uniuersam ipsius fidem, equiparamus: sed & eos in honoriatus quam Iudeos tractamus, principibus quidem viris conuentibus non solum, sed et ipsis hoc ipsum

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 179

sum perpetrantibus. Vide autem & est diuerso, quod passim incipiat eorum decrescere autoritas, opulentia & veneratio, ut quos etiam suorum pauci diligunt, nisi quoad oculum: nec faciunt, nisi coacti, quicquam ipsi interim nihil non a equouis exigentibus: nec quidem immerito, quoniam Deus mentiri nequit, alibi dicens: Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Et hactenus de honore sacerdotum & praedicatorum, parentum videlicet spiritualium,

Tertio debemus nostris quoque parentibus spiritualibus, utpote episcopis, parochis, pralatinis & praedicato[ri]bus, (uniuersaque quatenus eius se extendit autoritas & iurisdictio) prorsus obedire. Obedite, dicit Paulus, praepostis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi ratione reddituri de animabus vestris. Nec solum debemus ipsis qui boni sunt, sed & malis obedire, Christo de malis presbyteris ac docentibus ex officio, ad nos dicente: Quae dicunt, facite: secundum operam vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.

Iam vero sicut eccl[esi]æ praefides duplum clauem a Christo acceptam habere debent, potestatis videlicet, ac scientiæ seu discretionis: ita par est, ut ipsis, quod ad utramque clauem pertinet, pareatur. Si proinde publice criminosis, contumaces, ac eccl[esi]æ rebelles excommunicatione illigant, censura ipsorum non aspernanda, sed modis omnibus obseruanda est, donec in eccl[esi]æ gratia redant excommunicati, Christo dicente: Quod si non audierit eos, dic eccl[esi]æ: si autem eccl[esi]a non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. I. excommunicatus, ita nimirum, ut sit prorsus extra fidelium communionem, ut aequo nihil commercij cum eo sit habendum, atque quoniam Iudeis cum ethniciis, quibus Iudei non coabitatur.

Quinimo sicut ipse est in periculo salutis, ut fuit olim, quoniam fuit in arca Noe. Siquidem cum eo, Paulo teste, nec est sermo conferendus, nec cibus sumendus, nec hospitandus, nec salutandus. Quam quidem excommunicationem Paulus ex domini verbo seruavit, quando Hymenæum et Alexandrum hereticos, & eum qui publicus fuit for-

z. Re. 2.

Hebr. 13

Mat. 23

Ioan. 20

Mat. 18

Ioan. 4

Gen. 6. 7

1. Pet.;

1. Cor. 5

2. Ioan. 11

1. Tim. 3

Z. 3. nica

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

nicator, sathanus tradidit: quicq; hoc ipsum Tito māda uit, dicens: H̄ereticum hominē post vnam & alteram correptionem deuita, sciens q; subuersus est, &c. cum sit prprio iudicio condemnatus. Insuper non solum debemus obedire parentib; spiritualib; in iis, que deus euidēter in scriptura vel p̄cepit, vel prohibuit: sed & in iis, quæ ipsi dei loco, ad ecclesię decorem, disciplinam et tranquillitatem constitūnt & ordinant: quando quidem paria sint cum iis, que dñs p̄cepit, quæ admodum Paulus æque voluit iua statuta seruanda, dicens: Non enim hominē spernit, sed deum, qui spernit hæc. Hinc ipse perambulans Syriā & Ciliciam, & cōfirmans ecclesias, serio p̄cepit custodiri p̄cepta apostolorū & seniorū. In iis sanè omnib; haud humana autoritas, sed inobedientia nos peccato inuoluist, & ipsum quoq; scandalum facit violatores cōstitutionis reos, corā quidem deo. Id quod resciens gloriost. Imp. Theodosius, humillime suscepit excommunicationē et p̄cipientiam a S. Ambrofio, episcopo tum Mediolanēsi, nec ecclesiam intrare ausus est, donec ab ipso S. Ambrofio ingredi permisus fuit: quandoquidem peccauerat, quum ferē quin q; millia hominū iuferat interimi in ciuitate Thessalonica, quoniam orta seditione quidam iudices à populo fuerant lapidati: nempe non discernens nocentes ab innocētib;. Imp. alioquin vere sanctus et deo dilectus, prot. Claudianus poëta de ipso sic cecinit: O nimium dilects deo, tibi militat aether, Et coniurati veniunt ad classica vēti. Superest igitur, vt ex hoc quarto dei p̄cepto, non solum de patrib; nostris carnalibus, sed & de spiritualibus bene sentiamus & loquamur, eosq; reverenter amemus & tractemus, ac omni officiū genere vel hoc etiam magis q; paretes carnales prosequamur, quo melior est anima corpore, vitaq; æterna p̄stabilior vita temporali, quam per carnales parentes accipimus, illam verò per spirituales, vt pote quia nos per euā gelion et sacramentorum administrationē, in nouam generant infantiam, perq; dei verbū gignunt, quemadmodum Paulus ait se Corinthios genuisse per euange-

lium,

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 196

lium, quos ob id filios suos appellat.

Nunc verò vicissim spirituales parentes suis filiis spiritualiter p̄stare debent, quod illi magis carnaliter p̄stant. Primo debent eos non modo diligere, sed & recte & vere diligere, nihil illis malis permittere Esa.30 propter inordinatum in eos favorē & amorem: nec eis dicere placent, quæ carni videlicet nō spiritui placēt, qualiter facere solent pseudo euangelici, qui velut Pe- trus attestatur, magistri mēdaces, lectas perditionis introdūcti, per quos verbum veritatis blasphematur, & in auaritia verbis fictis de hominibus negociantur. Id quod ut subtilius aliquāto perpetrent, indiscriminatim permittunt omnia, non diligentes, sed odio prius suos habētes. Secūdo debent eos docere in rebus plane di- uinis, in fide vt pote in deum, & bonis operibus, quæ fi- des per charitatēm operatur erga deum & hominē, vni cuicq; dicere cum Davide prophetā Declina a malo, & fac bonum: & cum Christo simul, Hoc fac, & viues. Ita Tit.2 quidem Paulus, excelleens ille pater spiritualis, in perso- na Titi dicit ad vnuinq; p̄dicatorē: Tu loquere quæ decent sanā doctrinā: senes, vt sobrij sint, pudici, prudentes, sanī in fide & dilectione, in patientia: anus si- militer in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes, bene docētes, vt prudentiam doceant: adolescentulas, vt suos viros ament, filios suos diligant, curam domus habentes: iuuenes similiter hortare, vt so- brij sint. In summa debent eos docere per verbum dei verum, non adulteratum, quale docent harretici, peruer- tentes bonum illius sensum ad omnem malitiam, causa existentes tantæ nunc vbiq; levitatis & perfidiae.

Tertio dehent eos educare, spiritualiterq; nutrire & alere in oīnū disciplina & correptione domini. Nutrire, dico, debent eos, cibo videlicet spirituali, qualis est Dei verbum, quo vivit homo, nec in solo pane, nempe ad vitam æternam. Id quod proinde do, minus semini comparauit, quod sicut in semine pri- cipium est corporeæ vitæ, sic principium totius spiri- tualis vitæ, est in ipso dei verbo, sine quo nequit haberi

Z 4 fides

Deu.8
Mat.4
Luc.4
Mar.1
Mat.11
Luc.8

Gala.9
Psal.16
Luc.10

Tit.2

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ro.10
 Abac.2
 Ro.1
 Mat.15
 Mar.8
 Exo.24
 3.Re.19
 4.Re.4
 Mat.15
 Mar.8
 Ioan.6

 Esa.58

 Eze.3.33

 2.Tim.4

fides, qua viuit iustus, scilicet ad æternam vitam. Cuius argumento dominus aliquando virtute sui verbi non nullos aliquadiu sine terreno pane sustentavit, ut dubio procul auditores ipsius verbis senserunt, qui verbum dei deuotius audientes, aliquantis per haud esurierunt. Ita Moses dei colloquio sine cibo materiali creditur quod draginta diebus & noctibus esse sustentatus in monte Sinai. Ita quoque verbi virtute Helias totidem dies ac noctes creditur sustentatus usq; ad montem dei Oreb; & ipse quoq; Heliæus socios suos herbis agrestibus nutritus. Ita quoq; virtute diuini verbi quandam populus citra famam triduo Christum prædicatorem sustinuisse creditur. Nutrire proinde hoc verbi spirituales cibos debent ipsi parentes spirituales, sive spirituales filios. Deinde corripere in iis, quæ male vel cogitat, vel dicit, vel faciunt, nec ad ea connivere. Id quod illis tenderet in perniciem & suam & illorū, præcipiente ac dicente domino deo ad vnumquenq; prædicatorem: Clama, ne cesses, quæstuba exalta vocem tuā, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Fili hominis, speculatorē dedi te domui Israhel, et audies de ore meo verbum, & annuncias eis ex me. Si dicentes me ad impium, morte morieris, nō auncenciaueris ei, neq; loquitus fueris, ut auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniuriate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requirat. Si autem tu auncenciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in impietate sua morietur, tu vero animam tuam liberasti. Atq; hoc est, quod excellens ille præparator Tarsensis, adeo serio hortatur Timotheum, et in persona ipsius quemlibet episcopum et præparatorē, dicens: Testificor corā deo et Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, et per aduentum ipsius & regnū eius. Prædicta verbum: in ista opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, quādo sanam doctrinā nō sustinebunt, sed ad sua desideria coacerubunt sibi magistros, pruriētes auribus: Et à veritate quidem auditum auerterent.

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 188
 auerterent, ad fabulas aut̄ conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliste, ministeriu tuū imple, sobrius esto. Debent proinde cōcionatores & episcopi prædicantes, in reprehendendis criminibus vehementes & acres esse, quādo sint propterea cōstituti, quatenus annuncient populo scelera eorum: vtq; more honorū patrum familias, irascantur, et (docēte Dauid) non peccent. Id quod ut facere possint, obseruare debent aliquoc conditions. Prima est, ut peccantes odio perfecto (sicut David ait de se) odiant: id est, vitia, non personas, odio habeāt. Ita Christus lepe inuectus est in Iudeos, dicens tamen interim ad omnes: Venite ad me oēs qui laboratis, & onerati estis & ego reficiā vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Secunda est, vri personas, quarum crimina non sunt publica, veluti publica adulteria, non neque proprie, neque nōmina timi perstringant: sed inaintentur Christum episcopum, qui Iudam noluit publicitus corripere sui furti et traditionis. Sī personæ sint plane notoriæ in criminibus, nec ab eis cessare voluerint, tum dicere poterit ecclesiæ, domino dicente, & quidem publicitus & generatim peccata omnium recte corrigere, prout sapientiæ Chritus summis ecclesiastes fecit. Cuius causa Paulus ad Timotheum & quolibet præparatorē dicit: Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timore habeant. Sic ipse fornicatorē istum Corinthium, resipiscere nolentem, publice excōmunicauit. Tertia est, ut pro loco, tempore, materia, non habeant in corripiendo rationē per sonarū, nec in genere tantum turbam, sed & superiores ipsos, nempe reges, duces et principes, & id genus quæcunq; potestates, maxime presentes, peccati arguāt, modeste tamē & reverenter, ut pote qd̄ deus hanc illis dedit potestatem, dicens: Ecce, inquit, dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes & super regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Cuius memor Helias, quum prædicari do defensauerat prophetas, pro veritate & iustitia per Hier.
 Z 5 Iczæ

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

- Jezabel reginam ab Achab rege trucidatos, & ipse rex Achab indignabunde diceret ad eum: Tu ne es ille qui conturhas Israël? regem serio corriput, & dixit: Non ego turbaui Israël, sed tu & domus patris tui, qui de reliquistis mādata domini, & sequuti estis Baalim &c.
- Mat. 14**
- Mar. 6**
- Et huius quoqe memor Iohannes Baptista, non veritus est ad Herodem dicere: Non licet tibi habere vxorē fratris tui. Quinino & ipse Christus liberrime scribas & pharisaeos & principes sacerdotum & populi, arguens & increpans, inter extera va& eternum illis minatus,
- Mat. 23**
- ait: Va vobis scribae et pharisaei hypocritae, qui claudita regnum celorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare, &c. Ita nimis quanuis sit in arguendo periculum, nihilo secius tamen verbi ministros suo officio fungi oportet, ac omne corporale periculum veritati longe posthabere.
- Quarto parentes spirituales debent in corripientis filiis suis adhibere tam modestiam, ut benevolentia seueritatem vincant, parati dimittere peccantem modo septies, sed et septuagies septies: & cum Christo paratores esse ad absoluendum adulteram, ad frugem melioris vitae reuertentem, quod ad condemanandum: modestiusqe corripere quoscumqe iuxta eorum conditionem: quippe vt doctore Paulo, seniorem non increment, sed obsecrant vt patrem, iuuenes vt fratres, anus Exo. 22 cipes, vt eos quibus maledicere non licet: et secundum Mat. 23 quas praecipiunt & dicunt, facere non autem secundum opera eorum, si male fecerint. Quinto debent parientes spirituales suis filiis thesaurizare, non res illas caduecas et terrenas et trastitorias, sed plane cœlestes, diuinias et avenerias: cuiusmodi sunt prece nt virtutes et bona operationes, quas procedunt ex vera fide per charitatem, sola post mortem nobiscum mansuræ. Quas quidem debent eis colligere ex scripturis, ad quas propterea Christus remittit eos, dicens: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Debent enim ipsi docti illi esse scribae in regno coelorum tanquam patres familiæ.
- Gala. 4**
- Apoc. 14**
- Ioan. 5**

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 182
millas, qui proferant suis ex thesauro suo (id est, ex scriptura) noua & vetera: dego eodem thesauro, tanque boni Samaritani, proferant duos denarios, id est, doctrinas veteris et noui testamenti.

Deinde, et quidem maxime, debent ipsis suis eiusmo, di spirituales res et thesauros colligere & exhibere ex sua verè spirituali vita, id est, bona sancta conuersatio ne, sequentes eum, Christum scilicet Iesum, summum parentem spiritualem, in quo sunt oes thesauri sapientiae & scientiae, quas tam vita prius, quod doctrina deinde suis dispensauit, & suos post se dispensare sic voluit, inquisiens: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ipse vero, Luca teste, ceperit facere et docere. Id quod plerique omnes facere debent parentes, spirituales singulariter, quemadmodum Paulus 1. Tim. 4 vnumquaqe in persona Timothei hortatur, dicos: Attende tibi et doctrinæ, exemplum esto fidelium in verso, in conuersatione, in charitate, in fide, et castitate. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, et eos qui te audiunt. Reliqua que sunt parentum spiritualium, graphi ce docet idem Apostolus ad Timotheum & Titum.

Postremo, quoniam diximus de parentibus spirituibus, et iis quidem ecclesiasticis, quo modo debeamus eos honorare, & quid ipsi vicissim praestare suis obligemur: profuerit modo dicere et audire, quid debeamus ipsi laicis spiritualibus parentibus, cuiusmodi proxime & secundum sacerdotes, sunt magistratus ciuiles, Imperatores, Cesares, Reges, Duces, et id genus principes et gladij ministri: qui visque adeo parentes sunt spirituales, vt etiam excepti fuerint olim dici patres patriæ, quod vt patres tueantur nos vt filios suos in omnibus, quas sunt et spiritus & corporis, vim a nobis arcentes, vt tuti simus ab iniuria, efficientes.

Primo proinde diligamus oportet magistratus ciuiles, non verbo solum, vt de eis bene sentiamus & loquamur, vt de iis, quos deus suo loco voluit usque adeo delegatos esse in rebus illis ciuilibus, vt eos etiam dignatus sit altissimo suo nomine, dicens ad ipsos:

Ego

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Psal.8: Ego dixi, Dij estis; sed & ipso facto, vtpote vt praefla
Ro.13: mus illis ad eorum necessitatem tributa, & reliqua que
 sunt ordinata ipsis, vtpote sumptus necessarios. Atq[ue] te
 cte nimurum, quoniam sunt per quos ipse dominus no-
 bis haud vulgaria beneficia imparit, vñl[et] externa pa-
 cem, politica societate, tranquillitatem publica, legum
1.Tim.2: ciuilium (sine quibus vix Christiana respub. co[n]stare po-
 test) co[n]seruatione. Cuius causa Paulus adeo voluit eos
 a nobis amari, vt etiam velit nos pro eis orare, dicens:
 Obsecro primu[m] omniu[m] fieri obsecrationes, orationes,
 postulationes, gratiaru[m] actiones pro omnibus homini-
 bus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate consti-
 tuti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in
 omni pietate & castitate. Secundo debemus eis non
 externa tantum reuerentia significacione, sed & magis
 animi iudicio ac voluntate cohonestare, quasi illos in
 quibus dei est ministeriu[m]. Hinc Petrus ait: Deum time-
 te, reg[is] honorificate. Quos iuste reueremur nomine do-
Exo.22 minos, quum deus ipse dignatus sit eos nomine deos, di-
1.Cor.8 cens: Applica eos ad deos. Hinc Apol[tolus] ait: Siqui-
 dem sunt dij, multi & domini multi, quis vnu[s] sit tantu[m]
 dominus omniu[m] Iesu Christus, per quem natura sunt
 omnia, & nos per ipsum. Non est ergo vt dedignemur
 eos eorum titulis, iuxta temporis & loci ratione: quos
Act.5 vti præstare debemus ipsis, sic eos ipsi no[n] ambire debet
 ob humilitate. Tertio debemus eis in omnibus que
 non sunt contra deum supremu[m] dominu[m], obedire: quan-
 doquidem dominis & magistratibus propriæ debetur
 obedientia, velut accipimus ex verbo Christi, dicentes:
Luc.6 Quid autem vocatis me, domine domine, & non facitis
Mala.1 quæ dico? Et ipse dominus alibi: Si ego, inquit, domi-
1.Pet.2 nus sum, vbi est timor meus? Quare Petrus ait: Subie-
 citi estote omni humano creature propter deum: siue re-
 g[is], quasi precellenti, siue ducibus, tanq[ue] ab eo missis. Quin
Ro.13 imo Paulus adeo seuere præcipit de obedientia, vt do-
 ceat peccatu[m] esse criminale, no[n] parere magistratibus &
 eorum mandatis, inquiens: Omnis anima potestatibus
 sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi a

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 183
 deo: quæ autem sunt, a deo, ordinata sunt. Itaq[ue] necessita-
 ti subditi estote, no[n] solum propter iram, sed etiam pro-
 pter conscientiam. Q.d. Oportet obedire potestatibus,
 non modo propter iram, id est, propter p[ro]nam corpo-
 ralem, qua magistratus plecit non obtemperantes, vin-
 dex in iram ei qui male agit, sed etiam propter conisen-
 tiam, hoc est, ne conscientia coram deo rea fiat. Qui pro-
 p[re]terea serio Titum monet, vt admoneat suos Creten-
 ses, principibus et potestatibus subditos esse, dicto obe-
 dire, ad omne opus bonum paratos esse.

Debemus quoq[ue] non solum obedire bonis & mode-
 stis principibus, in his quæ non euidenter sunt contra
Dan.3 deum & eius verbum, sed & imp[ro]p[ri]is, dyscolis, malis &
 indisciplinatis, dicente Petro: Serui, subditi estote in omni
1.Pet.3 timore dominis, no[n] modo bonis et modestis, sed etiā
 dyscolis, propter ministerium quod gerunt æque ex dei
 ordinatione, velut accipimus ex sermone, quem domi-
 nus dixit Pilato, dicens: Non haberes potestatē aduersa-
Ioan.19 fuisse me villam, nisi tibi datum esset defuper. Qui præte-
 rea præcepit Cæsari, quamlibet infidelis, dari quæ Cæsa-
Mat.22 ris sunt. Cuius etiā causa fuit ipse potestati seculari obe-
 diens in iis, quæ non de buit rigore iuris, soluens tribu-
 tum. Sic legimus Baruch prophetā, et qui cum eo erant
 in Babylonia, captiuos, Iudeis qui residui adhuc erant
 in Hierusalem, scripsisse in hæc verba: Orate pro vita
Baruch.8 Nabuchodonosor, & pro vita Balthasar filii eius, vt
 sint dies eoru[m] sicut dies coeli super terrā, & vt det dominus
 virtutem nobis &c. Si viri tam sancti, pro tam im-
 piis potestatibus orarūt, quāto magis pro nostris Chri-
 stianis magistratib[us] orare debemus, & eis obedire, qui
 nos manuteneant in vera nostra fide et religione veterem.

Primo autem ad obediendum magistratibus ciuili-
 bus prouocare nos debet & cogere mandatum dei, qui
 mandat, vt audiuiimus, quo ipsi obediamus.

Secundo, q[uod] æque omnes grande pondus propter nos
 habent, quum de nostris animabus quoq[ue] ratione certo
 sunt reddituri. Tertio, quoniam nobis a deo sunt mi-
Heb.13 nistri, manutenentes nos gladio suo in religione, disci-
 plinis,

FRID. NAV. IN CATH. CAEC.

plinis, pace & tranquillitate publica, nos contra malos
defendentes, & malos facinorofosq; coercentes, vt finat
nos nostraq; bona in pace. Quod arguens Petrus, ait
Subiecti estote omni humanae creaturae propter deum:
sive regi quasi praecellent, sive ducibus tanq; ab eo mis-
sis ad vindictam malefactorum, laudem vero honorum,
Quem sequitur Paulus, inquiens: Ministri enim dei sunt,
in hoc ipsum seruientes. reddite ergo omnibus debita.
Psal. 148 Quarto, q; ratio etiam naturalis admoneat nos obe-
dientia, quia naturaliter, Deo naturam sive disponente,
creature irrationalib; et insensib; sibi mutuo obedie-
unt, vt in suo esse & ordine conseruari queat, quia alios
qui regnum omne in se diu sum, desolare tur. Ita videmus
Psal. 148 planetas minores obedire majoribus, solem ex domini
praecepto semper ire de oriente in occidente, splendescere
per diem, & lunam per noctem. Sic videmus mare ter-
minos suos non transgredi. Sic videmus terram producere
fructus suos, aues canere, & reliqua quoq; animatae sta-
tuto tempore & loco, deo et hominibus seruire: et alios
Mat. 8 quoq; legimus, Christo praecipienti paruisse ventos &
mare. Sic quoq; videmus unam autem cunctas ducere,
grues scilicet et sylvestres anseres, animalia quoq; cate-
ra irrationalib; et bruta suum sequi ducere, quippe apes
in ministerio regi suo diligenter obedire. Iam vero cha-
rissimi, si creature non solum irrationalib;, sed et insen-
sibilis, ex dei ordinatione videamus habere cui pareant,
quur ipsi minus obsequeremur nostris superioribus,
tot modis admoniti & instructi?

t. Re. 15 Quinto, quoniam deus optimus, cui gratior est obe-
dientia q; victimæ, benedicere dignatur obedientibus
Deu. 28 sibi et suum locum tenetib; per scripturam dicens: Si au-
Baruc. 1dieris vocem domini dei tui, faciet te excelsiore cunctis
Luc. 14 gentibus, et benediceris in agro. Nec mirum, quando
& 18 obedientis sit oportet humili. Iam vero constat, exalta-
tum iri eum, qui se humiliat. Sexto, quoniam non mo-
Gene. 3 do sit horrenda pena, et ea quidem aeternalis alibi, sed
et hic temporalis, omnibus inobedientibus futura, pro-
ut exemplis scripturae clarescit. Nonne, quia Adam fuit
inobe-

HÆ DECÉM PRÆCEP. LIB. III. 184

Inobediens, peperit sibi suisq; posteris omnibus perpetua
tuum exilium: quinimo & mortem temporalem, pari-
turus & aeternam, nisi redemptorem ex misericordia repe-
nisset Iesum Christum. Nonne (quæso) Chore, Dathan
& Abiron, cum suis omib; complicibus viui sunt a
terta absorti, viuentesq; descenderunt ad inferos, quia
fuerint Moysi & Aaroni superioribus potestatibus ino-
bedientes & rebelles? Quid multa! Nonne semper ma-
le cessit inobedientibus potestati, prout non sine cordo
suo vidimus in rusticis Lutheranorum tumultu, contra
potestatem & ecclesiasticam & secularem? Id quod &
eorum similibus esse futurum Moses arguit, dicens: Pe-
nitentia, si fueritis inobedientes. Et hoc est quod Paulus
ait: Qui resistit potestati, dei ordinations resistit. Qui au-
tem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Ita nimirum
rex alias Assuerus, voluit inobedientes gladio &
igne occidendos, vt non solum hominibus, sed etiam in
via bestiis in sempiternum pro exemplo essent cōtem-
ptus & inobedientia. Quapropter ex animo nostris
potestatibus in omnibus quæ contra deum non sunt,
obediamus nec solum bonis, sed & per se malis.

Sed queris: Nunquid tyrannū eorum et malitia probada
est, semq; ferenda, quia videamus multos magistratus
citra necessitatē suis quotidie nouas tributi seu censuū
aggravationes imponere, populumq; nouis exactioni-
bus spolfare, nec interim subditis suis oculos saltē beni-
gnos ab ipsis exhiberi, sed quidvis mali eis imprecari,
nec aliqua sarcina istos seruitute: &c. Respōdeo, bar-
barie et violentiā tyrannorū minimē probari, maxime
Mat. 20 Christianorū: ipsos tamē propterea non illico cōtemnen-
dos, sed patiēter ferēdos esse, ne videamur Euāgelion
t. Pe. 2 habere velamē nequitæ, sicut ait Petrus, ferēdam quoq;
et esse istorū tyrannidem, non laudandam, mustitandamq;
violentiam. Primo autem, vt istorū tyrannis aut tollatur,
aut certe nomine dei facilius feratur, profuerit, vt eccl-
esiastæ, præsertim qui sunt aliqua predicit autoritate, pro
loco & tempore per Dei verbum cum omni modestia
corripiant, erudiant, admoneant, arguant, increpant,
2. Tim. 4

Ro. 5

Nu. 16

Deu. 8

Ro. 13

Hest. v. 10

86

PRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ephe. 6 &c ad vitæ melioris frugem adducere pergent magistri
Heb. 13; tuis, cohorrantes ut remittant tyrannidem, memores &
 eos suum habere in cœlo dominū, cui certo sint redditu
 rationes non pro se solum, sed & pro suis: & quo pa-
 cto se gesserint erga ipsos. Qui nisi fuerint ethnici indu-
 ratores, nec de sua salute, neq; de dei mandato ratione
 habuerint aliquā, oportet ut nomine saltem dei verbi,
 cuius immensa virtus est, māsuiores fiant & benigni-
 ores, quum vel ethnici reges diuino verbo, quod pro-
 phetae detulerint eis, singulari quadam reverentia & re-
 ligione paruerunt. Inter quos Eglon rex facile primus
 est, rex Moab, qui quium audiisse ab Aioth iudice Ira-
 el, Verbum dei habeo ad te, o rex, statim ille surrexit de
 throno suo. Cyrus rex Persarū potentissimus, mox ut
 audiuit verbum domini ex ore Nehemias, remisit popu-
 lum Israeliticum, captum in Babylonie, Hierosolymā;
 & redditis vasis sacrī, templum iusfit extrui. Nabucho-
Dani. 3 donosor mox ut audiuit ex ore Danielis verbum domi-
 ni, ediro decreto, præcepit, ut omnis populus & tribus
Ion. 3 & lingue adoraret deum coeli. Rex Ninives maximus,
 mox ut audiuit verbum domini ex ore Ionē prophete,
 quo pœnitētiā ageret vnā cum suis de peccato: mox
 surrexit de solio suo, abficiens vestimentū suū, seq; fac-
 co cooperuit. Et ipse quoq; Pilatus, vbi Christum ver-
 bum dei eternū dicere audiuit de superiore diuinacō
 testate, q; magis peccasset qui tradidisset eum, q; ipse,
 cogitauit dimittere Iesum, maxime quā intelligeret eū
 esse filium dei, quāuis nō veri dei, sed ethnici cuiusdam.
 Secundo, si tot monitis scripturarū & exemplorum
 (quod absit) tyrannidem remittere noluerint, profuerit
 ut deum precerum pro eis, quo ad meliorē mentem re-
 uocētur. Id quod eo diligentius & libentius faciemus,
 si cogitauerimus, deum fortasse nobis eiusmodi tyran-
 nos dedisse propter demerita & peccata nostra, que sic
 per malos magistratus punire vult: quādoquidem Job
Job. 3:4 testatur, dominū sapientiō regnare facere malos &
 hypocritas propter peccata populi. Tertio, si fuerint
 tales magistratus, qui subsunt alij magistratui superiori
 ipsiſ,

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 185

ipsiſ, qualis erat centurio, cuius seruū dominus curauit,
 oportet ut configiamus ad eundem superiorem magi-
 stratum, supplicates ut opem ferat, quatenus succurrat
 contra tyrannidem. Qui si nec ipse (quod tamen ex offi-
 cio debet) succurrat, neuter tamen magistratus slico cō-
 temnendus, nec murmurandum, multo minus mouen-
 da sediō est, ne publica pax turbetur, ac in ea perturba-
 tione iustus pereat cura iniustis, ut factum est in perni-
 ciosissimo isto rustico Lutheranorum tumultu.

Vix remittenda ad deū est vltio, qui nouit & mo-
 dum & tēpus vltionis cum istorū detrimēto, cumq; no-
 stro cōmodo, dicens: Mihi vindictam, & ego retribuā
 eis. Cuius certe permisso fieri solet, ut quemadmo-
 dum nunq; finaliter bene cesserit seditionis, ita nec tyra-
 nis: quos vtrq; tādem sequuta est vltio mirabilis et hor-
 renda, vel certe de vita tyrañi sunt cito sublati, dicente
 scriptura: Multi tyrañi &c. et potentes oppresi sunt
 valde, et gloriost traditi sunt in manus alterorum.

Feramus igitur istorū mala patiēter, memores, bea-
 tose esse qui patiūt ob iustitiam. Hac est enim gratia, dicit Petrus, si propter dei cōscientiā sustiner quis tristi-
 tias, patiens iniuste: in hoc enim vocati sumus, quia &
 Christus passus est pro nobis, exēplum nobis relinqueſ
 ut sequamur vestigia eius, qui tāne peccatū non fecit.

Quem sequuti sunt discipuli eius, qui & ipsi perpeſſi
 sunt ferociſſimas tyrranorum perſequiōnes, et qui-
 dem patiēter, ne videlicet alioqui remorareretur fructus
 euangelicus: memores verbū domini, dicentis: Beati
 qui perſequiōnem patiuntur ob iustitiam, quotiā
 ipſorum est regnum cœlorum.

Quia perinde diximus hucusque, qualem dilectio-
 nem, reuerentiam & obedientiam nostris quasi spiritu
 alibus parentibus, magistratibus scilicet prophaniſ ſi-
 ue ſecularibus, debeamus: videndum modo erit, quid
 ipſi viciſſim nobis vt filiis debent.

Primo quidem, si nostri sunt ac dicuntur parentes,
 ediuſo debent ipſi nos, vt filios, recte vereq; diligere,
 nimis nihil nobis permettere, quod nobis obesse

AA quoq;

Mat. 8

Gene. 1:8
Num. 1:6

Deu. 32
Rom. 12

Ecc. 10:38

Mat. 5
Luc. 6
1. Pet. 2

Mat. 10

Mat. 5

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

quoquo modo possit, sed modis omnibus scelera corrī-
pere, et virtutes promouere, summatim nostrū; hō tam
tum suum cōmodum querere, damnum vero auertere.

2.Cor.10

Secundo, quemadmodū non obligantur nisi bene vi-
uēdo ipsi pro scīps publice nos docere, quod presby-
terorum est, ita tamen discere debent quā deus à quo
quam fieri velit, vt possint suos in vera fide & religiōe
bonisq; operib; contra lupos rapaces defendere, bo-
numq; promouere, malumq; cohībere. Cuius gratia di-
cit ad eos propheta regius: Et nunc reges intelligite, eru-
dīmini qui iudicatis terram. Quapropter, quū Moses
ex dei mādato populo Israel loqueretur de regis electi-
one, subiecit, inquiens: Postquam autem federit, scilicet rex, in solio regni sui, describet sibi Deuteronomij
legis huius in volumine, accipiens exemplar ā sacerdo-
tibus Leuitic tribus, & habebit secum, legētq; illud
omnibus diebus vīta sua, vt discat timere dominū
deum suum, et custodiare verba, et cāremonias, quā in
lege praecepta sunt.

Cūfus olim memores pī reges, fidemq; potentissi-
mis satrap; non modo diligenter et frequenter verbum
dei audierunt in synagogis et in templo, sed et discēdi
causa voluntatem domini ex scripturis, penes se dēctos
habuerunt, prophetas, scribas et Theologos. Dauid sa-
ne habuit Nathan et Gad, Ezechias Esaiam, Iosaphat
inter ceteros prophetas & doctores habuit prophetā
Iahasiel. Qui quidem pleriq; omnes exemplum relique-
runt succeſloribus, regibus & magistratibus aliis, vt
pra ceteris deberent audire dei verbum, vt possint re-
cte gubernare, quemadmodum Salomon, quum rex iā
factus esset, ita precabatur inter cetera: Domine deus,
tu regnare fecisti seruum tuum pro Dauid patre meo.
Ego autem puer sum parvulus, & ignorans egrēsum
& introitum meum, & seruus tuus in medio est popu-
li, quem eligisti, populi infiniti, qui numerari & sup-
putari non potest p̄ multitudine. Dabis ergo seruo
tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, &
discernere inter bonum & malum. Quis enim iudica-
re pos-

Psal.2

Deu.17

2.Reg.12

4.Reg.20

4.Reg.24

2.Par.20

3.Reg.3

DE DECĒM PRÆCEP. LIB. III. 166

et potest populum istum, populū tuū hunc multū &c.

Sunt igitur magistratus filiū diaboli, imitatores im-
pī Herodis, qui verbum dei non audiunt: quandoquī
dem iste habuit Christum triennio summa cum laude Joan.8
prædicantem, & in suo ipsius quidem territorio, & ipse Luc.23
sum tamen nunquam dignatus est audire: gauisus au-
tem, quando ligatus ad ipsum duceretur, cupiens ex
multo tempore videre eum, eo quod audierat multa
de eo, & sperans signum aliquod videre ab eo fieri.

Tertio debent ipsi magistratus, tanquam spirituales
parentes, non nutritre quidem suos subditos, sed tamen
eos apud eorum bona temporalia aduersus malos &
injustos manutene, quō possint in suo labore & fu-
dere pacifice vivere: similiterq; debent ipsos in omni
disciplina & correptione educare, quō mali puniantur,
boni vero conseruentur: quandoquidem ipsi sint, Pau-
lo teste, debentq; esse timori mali operis, proptereaq;
gladium portantes, vindices in iram ei qui malū agit.

In qua quidem correptione & disciplina debent esse
recti, iudicare secundum legis aquitatem, personæ ra-
tionem non accipientes, vti Iudei quondam summi
sacerdotes, scribæ & pharisei, qui in vna eademq; cau-
sa ferme Christum damnabant, Mosen vero soluebāt.

Ad quos propterea Christus aiebat: Nolite iudicare
secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Et re-
cte nimirum, quando dicat ad eos deus pater per scri-
ptrum: Diligite iustitiam qui iudicatis terrā. Vsquez
quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumi-
tis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem
iustificate, eripite pauperem de manu fortiorum eius,
de manu peccatorum liberate egenum. Et rursus poter-
stati dicit: Non facies quod iniquum est, nec iniuste iu-
dicabis: non consideres personam pauperis, nec hono-
res vultum potentis. Eheu, quām prorsus contemni-
tur hēc modo dei præceptio, fieri q; solet quod S. Jacobus
dicit: Si introierit vir, arueum annulū habēs, in veste Iaco.8
candida, introierit autem & pauper in sordido habitu,
& intenderitis in eum, qui inductus est veste præclara,

Rom.13

Acto.10

Ioan.7

Sapi.1

Psal.81

Leu.19

Iaco.8

AA 2 & die

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

& dixeritis, tu sede hic bene; pauperi autem dicatis, ut ita illic, aut sede sub scabellio pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipos, & facti estis iudices cogitationum vestrarum? Si enim personam respicatis, peccatum cōmittitis, redarguti à lege tanq̄ transgressores.

Et profecto quid sordidius quam magistratū accipere personam inter suos, vel corrūpi muneribus aut faubribus? Quām, queso, sunt alieni ab eo, cuius sunt locū tenentes, qui personarum non est acceptor? Si sunt subditorum parentes indiscriminatim, quare non aequē diligunt omnes, & que dignos dilectione? Quām putes indigne ferrent filij, qui discernerentur a fratribus vti spūrj? quantumvis non sint omnes in persona & gratia & dote pares, faciunt tamen aequē omnes quod quisq; pro sua virili debet & potest, quum vel bruta diligāt problem aequē omnē, licet conditione quandoq; diffimile.

Quarto debent ipsi magistratus in sua disciplina & correptione tale seruare moderamen, ne disciplina trāseat in tyrannidē & crudelitatem, et quidem vel ex odio, vel ex furore, vel sine causa, sed ex mera libidine et iniquā dominatione, non habētes etiam criminis rationem & circumstātiām, quāt profecto ponderanda est in omni vindicta & correptione.

Primo quidē debent esse memores, eis se esse locum tenentes, qui iustus est & aequis, nulli faciens nec iniuriam, nec violentiam, sed omnibus aequē hominib; paternitatem suam non nomine solum, sed infinitā etiam paternis beneficiis ostendens, deniq; dicens: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut cōuerratur & viuat.

Secundo memores esse debent, & seipso suis subditis esse ministros dei, quem pariter habēt in celo domum, cui coguntur suo tempore seriam reddere rationē de suis actib; bonis sive malis. Atq; hoc est, quod Paulus quum seruos & subditos admonuisset, vt fide liter suis dominis obedirent & seruirent, addidit, incivens: Et vos domini, eadem facite illis, remittentes miseras, scientes quod & illorum & vester dominus est in celis, & personarum acceptio non est apud eum.

Terci

Acto.16

Mat.5.6
Eze.18

Ephe.6

Acto.10

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 187

Tertio memores esse debent, q; corum tyrannidē dominus ipse cœli & terrę certo, nec solum aeternaliter, sed & temporaliter, est vindicaturus ad clamorē pauperum subditorum oppressorū, prout intelligimus eundem a domino, dicente: Deus autem non faciet vincitam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis: Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorū. Id quod in omnibus ferme tyrānis vel antea verum est factū: quippe in Saule, Abimelech, Herode, Hieroboā, Cambyle, Alexādro, Pherō, Tiberio, Caligula, Nerone, Domitiano, & in plurimis tyrannis id genus omnibus, qui propter eorū tyranidē suo loco et tempore (quando visum fuit deo) vel diu non vixerunt, vel humiliati fuerunt, vel male perierūt, vel nonnunquam a vilissimis etiam personis imperfecti fuerunt: quandoquidem nullum violētum perpetuum.

Non est igitur, vt magistratus sacerdant, tyrannizēt, & superbiant contra suos: sed meminerint, hoc se de Eccl.3 bere magis essi humiles, quo sunt statu maiores: perq; humilitatem magis apud bonos subditos promouere, quām per superbiam deo & hominibus odiosam, maximeq; subditis illis oppressis. Quorum causa dicit rex ille mansuetissimus Dauid: Dum superbit impius, intenditur pauper. Fitq; verum quod ait quidam: Metui volētes, oportet vt & ipsi metuant.

Quinto, et si non obligentur ipsi magistratus suis subditis colligere thesauros, debent tamen suos subditos contra violentos per gladium iustitiae manuteneare, cuius causa (teste Paulo) gladium portant, vt sint in iram ei qui male agit: quatenus possint manere in bonis suis temporalibus, quæ labore & sudore acquisuerunt, vel etiā hereditaria manu a suis antecesoribus receperūt.

Iam vero, si magistratus prophani tanquam parentes spirituales, obligantur suos subditos tanquam filios, una cum eorum bonis temporalibus per iustitiam manuteneare contra malos, ne vim faciant illis in eorum rebus temporalibus: quanto magis non debet ipsi subditos suos inique spoliare bonis eorum, causamq; eis da-

Luc.18

Psal.9

Roma.13

AA. 3 18

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

re paupertatis: Id quod iniquum plane foret, & ab officio paterno prorsus alienum: siquidem parentum est, filii (teste Paulo) thesaurizare, non dilapidare vel diri pere quod habent.

Debet itaque magistratus hoc in casu cauere, ne contra legem & Euangelion crapule, voluptati, ludo, pompe seculi, vanaglorie, rapacitati, ferocitati, et hoc genus vitiis aliis indulgeat: ne vel propterea plebe deinde, suosq; subditos iniquis exactiōibus in luxū suū contra fas agrauent, ad quas, legitima causa alia non extante, nullo rigore iuris obligantur: sed modò debent, ut ex Apostolo accipimus, necessitati eorum seruire, subditisq; esse.

Necessitas autem reputatur, quo non possunt ad conditionem & familiam suam sufficiādam, & ad submōuenda bella contra se vel suos iniusta, carere. Cuicunq; di necessitate vir bonus facile diiudicaturus est, ex laboribus & expensis necessariis ipsius magistratus, iuxta patriæ regionisq; morem estimaturus.

Iam vero esto, q; magistratus eiusmodi superfluas ex actiones pro luxu suo extorqueant, suosq; contra fas grauent, pēdendae tamē sunt, nō quia debeantur, sed ne publica pax (vt antea diximus) perturbetur. Quid autem faciendum sit in rāta tyrānide quorūdam magistratū, ne suo iniquo voto semper potiantur, paulo superius ad Iongū diximus. Et hactenus de magistratibus singulariter,

Quandoquidem diximus de praeceptis tribus parentibus, corporeis videlicet, & spiritualibus tam ecclesia sticis, q; laicis, quid pleriq; omnes sibi mutuo tam parentes q; filii ex praecepto debeant: sciendum est nunc, quic; quid hactenus est dictum utraq; ex parte, filiorum scilicet & parentum, deberi utriq; etiam iis, qui vice parentum & filiorum non absq; causa recensentur: cuiusmodi sunt patrini & ē fonte levati, tutores & pupilli, curatores & furiosi, praeceptores & discipuli, senes & iuniores, abbates & abbatissæ, monachi & moniales, & deanicq; pleriq; omnes qui praeunt & curam gerunt: & filii habentur, qui, natura etiam suadente, subduntur aliis, & sub aliorum cura viuunt & habentur.

Quum

1 Cor. 12

Ro. 13

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 188

Quum enim ij omnes mutuo habeantur & sint loco parentum & filiorum, merito quod utrūque est, utrisque praestant utrūque: ita ut spirituales filij, quales sunt levati, pupilli, furiosi, discipuli, iuniores, monachi & moniales, debeant dilectionem, reverentiam & obedientiam am patrini, tutoribus, curatoribus, preceptoribus, seni oribus, abbatibus & abbatissæ: & ij rursus illis vera dilectione, instructione, disciplina & educatione, defensione deniq; & quicquid est paterni officij. Et poterit ad omnes referri, quicquid est scripturarū, rationum & exemplorum, quod refertur ad ipsos parētes & filios spirituales: quanquā non desint palliū scripturæ, & in eis gnoma & sententia, que prorsus ad eos referitur, quas & ethni corum sententia & exempla comprobant.

Patrinorum esse poterat, quod fecerūt, qui Christo parvulos obtulerūt, ut eis imponeret manus, & oraret.

Tutorum & curatorū esse poterat, quod Paulus aiebat: Quanto tempore haeres parvulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est, utq; ad præfinitum tempus a patre.

Præceptorum esse potest et discipulorum, quod Paulus federit ad pedes Gamalielis, & didicerit veritatem patrum legis: quos utiq; voluit Quintilianus rhetor Romanus, tantum diligi a discipulis, quantum ipsa studia. Id quod testatus est Alexander rex ille, cognomeno Magnus, qui solitus fuit dicere, se non minus Aristotelem præceptorem diligere, q; patrem Philippum: quo etiam præceptore Philippus tam sibi visus est gaudere, quam q; sibi filius Alexander natus esset.

Seniorū est & iuuentū, quod præcipit Moses dicens: Coram cano capite conserve, & honora personā senis. Leui. 19

Ceteris omnibus spiritualibus parentibus & filiis sufficere potest ac debet exēplum Iesu Christi, qui (scriptura teste) subditus fuit non tantum Maria, sed & Joseph, qui nō alia ratione q; opinione ac cura, Christi parentis fuit: qui dubio procul illi iuxta humanitatem præstitit, quicquid præstare oportet pium patrem filio.

Supereftigitur, ut sub poena sempiterna & temporali

AA 4 pleria

Mat. 19
Mar. 19

Gala. 4

Act. 19

Luc. 2

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

pleriq; omnes subditi honorent eos dilectione, reverentia & obedientia, quibus quoquo modo subsunt, ita carente & præcipiente domino: Honora patrem tuum et matrem tuam. Quod vbi custodierint, merces erit eis non vulgaris, nempe vita super terram longeva. Sub qua quidem mercede non solum intelligitur vita longitudo, sed & ea omnia quæ ad vitam seu usum vitae pertinent: cuiusmodi sunt, tranquillitas, pax, rerum successus, victus, & alia id genus, sine quibus vita longa est inutilis. Vici sim qui dehonorat illos, habebunt aduersa omnia, locoq; benedictionis maledictione, veluti super dictum est. Exemplo erit Cham, qui deridens patris sui turpitudinem, in semine suo maledictus est, ac perpetuæ seruituti adductus. Ruben primogenitus, quia patri Jacob non satis detulit, maledictus est illi a patre ne cresceret, quoniam ascendenter cubile patris sui. Filiij Heli, quia monita patris non audierunt, ambo iuuenes & in florenti ætate ceciderunt in bello. Absolon, quia patrem persequebatur, non solum iuuenis, sed mala quoq; morte perire. Duo filij Sennacherib, quia parricidæ fuerunt, ad regnum paternum peruenire non potuerunt. Quos si sequerentur alii filij vel subditi, deo vltore, non modo priuarentur sua terrena hæreditate, sed & æterna cœlestis regno; quo nos suos filios sua gratia et misericordia ducat pater ille summus & cœlestis per filium suum, ab æterno viuigenitum, Iesum Christum dominum nostrum. Amen.

De quinto præcepto. Cap. XII.

Non occides, Exodi xx.

Ordo nimirum decentissimus est huius præcepti et eorum quæ sequuntur, ad præcedentia præcepta, quæ merito, quæ sequuntur, præcedunt. Quum enim tria prima præcepta ad deum Opt. pertineant, quo ut nihil melius est, ita nobis nihil charius esse debet: ac quartum ipsum præceptum parentes respiciant, quibus prima post deum reverentia & gratitudo debetur, velut sis qui perinde vicem dei tenent: quia verò sequuntur, ad priuatam proximi dilectionem spectant: fieri vix potest, quin homo facile, quæ proximo debet, omnino præstet, quum

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 189
quum se recte habet erga deū & eos, qui loco dei sunt, semper parentes & spirituales & corporales sive carnales; ediuerisq; vix fieri potest, quin is homo quiduis facile committat in proximū, qui neq; deum neq; parentes reueretur: & adeo quidem, vt merito transgressio nem priorum præceptorum veluti radicem quandam exterorum flagitorum, atq; adeo omnium malorum esse putemus. Quomodo enim non irrueret in omnia flagitia, qui desertus à deo, & sub domini maledictione (quam priorum præceptorum prævaricatio irrogat) positus, cacodæmonis effectus est mancipium?

Iam verò, quia nobis deus Opt. Max. in prioribus preceptis iussit, vt se & parētes nostros summe diligamus, et deinde proximos, adeoq; nosipso, nec possumus eos diligere, nisi modis omnib; caueamus eis malefacere et incōmodare, malefacimusq; maxime ipsis, quum laeditis eos, proinde quālibet proximi læsionē prohibet ex sequentibus præceptis negatiuus. Quia verò proximus maxime laeditur, quum laeditur in propria persona, utpote in eius vita & corpore, quæ possessio cuiq; chrysostoma est, ideoq; dñs ipse deus illico et ante cetera negativa præcepta dicit in hoc. v. præcepto. Non occides.

Ad cuius sane præcepti meliore intellectum, scitu dignum est, occisione esse quācunq; violentā corporis ab anima separationē, & oēm deniq; quæ tendit huc, voluntatē, occasiōne & actionē. Hac verò occiso, duplex esse dignoscitur: Vna quidem creaturarū viuentium, sed tamen insensibilium & irrationabilium, utpote arborū, herbarum, brutorū, & id genus irrationabilium animalium, de qua quidem occisione dominus hic non loquitur. Non enim prohibet occidere, quæ nobis in utilitatem nostram & potestatē creata & data sunt, quemadmodum falso docuit Manichæus hæreticus Pythagorizans, præceptū hoc de nō occidendo, etiam ad omnia animātia bruta extendens, quo pacto nec liceret oleribus vesci nec herbis, quū & ipsis sit sua vita, secundum Paulum, dicentem: Tu quod seminas, nō viuiscas, i. Cor. 15. nisi prius moriatur. Et propheta: Vites, inquit, eos

AA 5 rum

**Exo. 20.
Deu. 5**

Gen. 9

Gen. 49

Exo. 2.

Exo. 18

Exo. 32

Ela. 34

Psal. 8

i. Cor. 15

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

rum occidet in sanguine. Cuius causa poētæ singunt ab
boribus caput, corpus, pedes, sanguinem, carnem, olla,
medullam, cutem et capillos. Alioqui quomodo verū
erit vnḡ, quod dñs ait: Omnes pisces maris manui ve,
stræ tradidi, & omne quod mouetur et vivit, erit vobis
in cibum: quasi olera viuentia tradidi vobis omnia? Et
quomodo faciemus quod Apostolus ait: Omne quod
in macello vñnt, manducate: Vsq; adeo semper obca,
cati fuerunt, qui se segregarunt à comuni ecclesia et eius
sensu, vt etiam à sensu communi & naturali deerrarint,
vt in eis nostra quoq; tempestate comperimus.

Altera verò occiso, creaturarum est viuentium rati,
onabiliū, vt pote hominum: quæ propterea dici co,
pra est homicidium, quasi vel occiso vel necatio homi
nis: vnde homicida, qui occidit hominem. De huiusc,
modi occisione loquitur hac parte dominus, quamvis
haud omnem occisionē prohibeat dicens: Non occides,

Licitā est enim quædā occiso, vt pote vel de,
us, vel eius lex, vel potestas ipsius legis executor, occi,
dit hominē propter causam occisione dignā, q̄ p̄ pro,
pter maleficū. Ita Moses ait: Maleficos non patieris vi,
uere. Deus quidem se occisorē esse iustum testatur ipse,

Exo. 22 Deu. 33. dicens: Ego occidam, & ego viuere faciā. Paulus vero
Ro. 13 potestatē esse legitimū occisorē asseuerat, inquis de le,
gitima potestate: Dei enim minister est tibi in bonū. Si
aut̄ malū feceris, time. Non enim sine causa gladiū por,
tar. Dei enim minister est, vñdex in irā ei q̄ malū agit.

Deu. 17 Ita dominus alibi vult, vt inobediens, ex decreto iudic,
eis moriatur. Quam quidem occisionem vel iudici, vel
cūcunq; alijs legitime potestati vsq; adeo non prohibet
deus Max. vt eam potius præcipiat, sine qua nullum
scelus temporaliter puniretur, nec aliqua salua posset es,
se res publica. Atq; ob id magistratus nō peccat, sed dei
officium facit, si legitime solum mortis, occidendum
curat. Quo in casu vsq; adeo deum refert, vt & propte,
rea iudices dij coepit sint in scripturis appellari, peccan-

Hier. 48 Psal. 83. Joan. 10. Nu. 25. Sic Moses, quo nihil clementius fuit, percussit, Sic Phi,
neq;

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 170

nes sacerdos percussit, & cessauit quassatio. **x. Cor. 10**

Illicita est quædam occiso, et quidem vñq; adeo abo,
minabilis deo, vt ipse velit eam ratione prorsus vñdi,
car: et fit, quādo quis vel seipsum, vel aliū propria, quā
vocat, autoritate, prohibete deo & eius lege, occidit ho,
minē, dicente: Non occides. Contra quod quidem præ,
ceptum, si quis peccat, quicunq; modo hominem occi,
dens, omniō mortis est & temporalis & æternalis re,
us, dicente domino: Quicunq; effuderit humanū sanguis **Gen. 9**
nem, fundetur sanguis illius. Et alibi: Qui percusserit et **Leu. 24**
occiderit hominem, morte moriatur. Huius quidem le,
gis & scriptæ & naturalis rigorem approbat Christus, **Mat. 5**
dicens: Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. **Mat. 26**

Homicidij vero grauitas & horror, multis sanē mo,
dis appetat. Primo, q̄ lege etiam nōdūm scrip̄a, mor,
te fuerit punitum homicidium. Secundo, quia lex velit **Gen. 9**
etiam occidi bestiam, quæ occidit hominē. Tertiō, q̄ Ibidem
homicida tanq; occisus reputatur, vt patet ex verbis **Gene. 27**
Rebecca, dicētis: Cur vtrq; filio orbabor in vno die? **Exo. 22**
Quia si Esau occidisset Iacob, vtrq; se filiū perdidisse
arbitrabatur. Quartō, q̄ lex iubet homicidam indu,
striū, etiā euellendum ab altari, ad quod cōfugit, apud
quod tamē multis facinorosis vt apud asylium, libertas
erat ad tēpus. Quintō, q̄ deus propterea (Chrysost. te,
ste) sibi voluit offerri sanguinē brutorū, vt intelligere,
tur q̄ pretiosus esset sanguis hoīs, si tā pretiosum habe,
ret sanguinē brutorū, vt sibi veller illum offerri. Cuius
causa dixit ad Noe: Vindicabo oēm sanguinē effusum. **Gene. 9**
Sexto, q̄ ecclesia recenseat homicidium inter peccata,
que pro vñdicta clamitant in cœlū: qualia sunt, Merce,
dis laboris detentio, Sodomita libido, Oppressio pau,
peris, Effusio sanguinis humani, de qua dñs: Vox, ingr,
sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. In He,
breo legitur: Vox sanguinū. In quo intelligitur, q̄ om,
nes homicidæ sunt vna massa, & q̄ omnis innocētum
sanguis in vnum alueum confluit, & tanq; vno ore cla,
mitat ad dominū, vt tandem expurgescatur & exur,
get ad accipiendum de homicidis supplicium.

Atq;

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Atqe hoc est, quod etiam inter mille homicidas, vi*v*nus aut alter supplicium etiam temporale subfer*u*git: quinimo semper ad finem cadit in rete, vt etiam seculi poenam subeat, atqe utinam nou*a*eternam luat.

Iam vero intellecta grauitate horreda homicidi*g*eneratim, modo sciendum est, homicidium fieri trifari*a*.

Primo quidem cor*a* deo fit maxim*e* ipso solum animo, qu*u*n*q* quis ita deflagrat odio, vel inuidia c*o*tabescit, vel ira subferuet, vt eum quem vel odit, vel cui inuidet, vel irascitur, omnino quantum in se est, velit occisum, eo*q*y perseveranter cogitando tendit, qu*u*avis aliquo modo pr*æ*peditus, sui vel animi vel desiderij compos esse nequierit. Id quod n*o*s solum est in nouo, sed et in vetero testam*en*to, quamvis olim scribe*&* pharise*i* secus senserint, credentes eum esse solum homicidam, qui manu occideret, ignorantes sapient*e* qui ait: Alius alium per inuidiam occidit.

Atqe proinde Christus ipsius legis haud abrogator, sed c*o*summator, ait ad ipsos: Dicitur est antiquis: Non occides: qui aut occiderit, reus erit iudicio. Ego aut dico vobis, quia omnis qui irascitur fratre suo, reus erit iudicio. Quod & Io*an*nes intelligens, ait:

Omnis qui odit fratrem suum, (i. sine iusta causa) homicida est: qu*u*adoquid*e* qui cuius*p*ia zelo iustit*e* vel ob peccatum irascitur, homicida n*o* est, qu*u*n*q* n*o* person*e*, sed peccato*pro*pt*ri*e irascitur, prout irascebat Dauid, dices: Iniquos odio habui. Qui propterea distinguens odium, dicit: Irasci*m*ini, et nolite peccare. Christus proinde vim huius precepti declaravit, vt omn*e* deponamus affectum, in proximi*la*esion*e* procluem. Atqe hoc etiam n*o* est, quod tam serio Paulus pr*æ*cipit, inquiens: Sol non occidat super iracundiam vestram. Item: Omnis amaritudo, ira, indignatio, clamor, & blasphemia tollatur a vobis. Nec miru*r*: quando enim pr*æ*cepta secunda tabula pr*æ*cipient ac velint a nobis proximi*dilectione*, profecto certum erit, eum non diligere proximum, qui sic nulla causa male vult illi, quo velit ipsum prorsus occidere.

Ex hoc colligi modo liquet, q*u* tametsi magistratus et carnifex ipse leg*e* dei, cuius loco est hoc in casu, exequ*es*

Mat.5

Sap.14

Mat.5

z. Io*an*.3

Psal.118

Psal.4

Ephe.4

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 198

occidendo quempiam, reus homicidi*n*on sit: si tamen n*o* simpliciter, sed affectu quodam sinistro, utpote quodam odio, vel lucri causa, vel in alteri*o* odii vel amore, occidit, huius*e*st pr*æ*cep*tr*i tr*æ*sgressor, animo salt*e*, licet non ita ipso opere, quod ei ex officio licuit. Quia proin deus tuto p*ra*ter oper*e* odit effusion*e* sanguinis, suferim eri*a* magistratus, vt prorsus agat caute ea qu*u*e sanguine ag*u*t*ur*, utpote ne quid male affectus agat, quod alioqui n*o* ageret, prout Pilatus & ceteri Iude*i*, qui, Crucifigatur, clamarunt, malefecerunt, rei mortis Iesu Christi.

Mat.27
Mar.15

Potestas iigitur in negotio sanguinis iudic*as*, semper satagat, vt rite recte*e* iudicet, iuxta domin*u* dicentem: Iuste, quod iustum est, exequaris. Sic Iosaphat suis pr*æ*cep*tr* iudicibus: N*o* homin*e*s exercebitis iudicium, sed domini*e*: et quodcum*q* iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor domini*e* vobis*u*, & cum diligentia cuncta facite. Tum vero recte*e* iudicat, qu*u*n*q* ex p*ra*scripto legis tang*e* dei minister, zelo iustit*e* maleficium pun*it*. In iuste aut*e* corrupte*e* iudicat, qu*u*n*q* vel legibus ad priuat*u* odium c*o*mmodum*e* abur*it*, vel ex cupiditate, aliove quocum*q* malo affectu, vel cu*m* acceptione personar*u* iudicat, vel maiore poen*a*, q*u* lex, infligit. Is certe iudex homicidi*u* patrat, etiam si noc*es*, vt dixi, morte dignus sit.

Deu.16
a. Par.19

Secundo fit homicidi*u* verbo, qu*u*n*q* quis vel tale quid loquitur, quod ad homicidium prouocat: vel imperio, vel c*o*nsilio, vel persuasion*e*, vel impulsu*r*, vel dissuauitatione, vel quoquis modo consentit in alterius morte*e*, lege prohibete*r*. Siquidem c*o*sentiens, & que cum faciente reus a Paulo c*o*setetur. Atqe hoc est, quod propheta linguas iniquorum gladio c*o*paret, & sapiens homin*e*, qui loquitur contra proxim*u* fallum resti*u*on*u*um, sagitt*e* acute*g*. Ad hunc quidem modum Iude*i* quondam sucllamant*es*, Crucifige Crucifige Christum & que occiderunt, atqe qui manibus eum crucifixierunt. Quod vsq*u* adeo vererum est, vt eti*a* Marcus dicat, Christum hora tertia crucifixum, quum reuera*r*, testibus aliis Euangelistis, hora sexta fuerit crucifixus. Oportet proinde intelligi, quia linguis venenos*is* fuerit hora tertia, manibus vero sansguino*s*,

Ro.8
Psal.63
Pro.25

Mat.27
Mar.15
Luc.23
Io*an*.19
Mar.15

FRID. NAV. IN CATH. CA CE
guinolentis hora sexta crucifixus. Et ita quidem utrius
homicida fuerunt, resque pariter sanguinis innocentis,
tam qui verbo, quam qui manu crucifixerunt ipsum.

Tertio sit homicidiū ipso facto, quoties aliquis ina
nu, vel gladio, vel ligno, vel lapide, vel quoconque aliō
instrumento, sua autoritate occidit, de quo Icx: Qui per
cussit, inquit, hominem, volens eum occidere, morte
moriatur. Item: Quicunque effuderit sanguinem hominis
effundetur & sanguis eius. Item: Dement pro dente, an
mam pro anima. Quibus sane omnibus ritè intellectis,
Mat. 5 aliquot deinde colligi posunt veridicæ conclusiones.

Prima earum est, eum peccare contra quintum dei
præceptum, adeoque esse coram deo homicidam, qui ma
lo affectu eodemque constanti, vult hominem oceſum.
Gen. 37 Ita homicide fuerunt fratres Ioseph.

Secunda, homicidam esse consilio & persuasione. Sic
3. Re. 21 fuit Iezabel occidit Naboth, Herodias Ioannem Ba
Mat. 14 ptistam, & Dauid Vriam. Tertia, homicidam esse,
Mar. 6 qui propria autoritate occidit hominem ipso facto rea
2. Re. 11 li, studio vindictæ, quæ non sibi, sed deo, vel potestati
eius loco debetur, quem dicat: Mishi vindictam, & ego
Deu. 32 retribuam. vt fuit Cain. Quarta, homicidam esse, nō
Ro. 12 solum qui sua autoritate alium, sed et eum, qui seipsum
Gen. 4 vel animo, vel verbo, vel facto occidit. Quid nō? quum
septem posteriora præcepta nobis præcipiant charitatē
erga proximū, profecto præcipiant eandem vinciri erga
seipsum, quando iuxta prouerbium, charitas ordina
ta incipiat a semetipsa, vsq; adeo, vt ille dixerit ex natu
Mat. 12 ræ præscripto, Proximus esto tibi, sed longe rectius di
Mar. 11 uina lex, Diliges, inquit, dominum deum tuum ex toto
Deu. 9 corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.
Leu. 19 Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum
autem simile est huic: Diliges proximū tuū sicut teipsum.
In iis duobus mandatis vniuersa lex pendet & natura.

Iam vero charissimi, quomodo homo diligit seip
sum, qui, quod absit, seipsum vel cogitatione, vel ver
bo, vel facto occidit, vt pote qui perseueranter diabolis
eo instinctu cogitat, quomodo sibi mortem conciscat,
qui

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 172
qui sibi semper malam, eademque violentam mortem Mat. 27
precatur & optat, quive denique sibi mortem quasi def. Act. 1.
peratus, more Iudaicæ lacharior, infert?

Quid multat qui sibi morte cōsciscit, est quo quis homi
cida peior & horribilior. Nā quid aliud est sibi manus
infere, quam vel de dei gratia desperare, vel legi creatoris
repugnare, & quod maxime, quod qui despiciat animū, mo
ritur decernit, quod apud ethnicos cōmune fuit in spiritu
tum sanctū peccat, quatenus desperat, & simul in legē
creationis sue naturæ peccat. Creatus enim est homo,
vt viuat, eo quod melius est esse quam non esse: propter vita cōser
vanda quidvis ferat, modo quod ferat, non sit cōtra deū.

Quid praeterea magis esse possit naturæ rationique cō
trariū, quam vt quispiam sibi morte quoconque modo cōscilcar,
quando creator optimus tantam voluerit esse amicitiam in
ter corpus et animam, vt homo natura nihil aequre abhorre
at, atque separationem animæ et corporis, quae non aliud est,
quam mors ipsa, quanihil terribilis est inter oīa terribilia.

Insuper si leges, vt at ille in suis Tusculanis questio
nibus, vetat vincula carceris rumpere, malintque viri boni
& sapientes per magistrum solui, quamque violenter erumpere
et aufugere, habeaturque corpus pro custodia & carcere:
profecto non debet anima exire, nisi a deo auocata, qui
non vult, vt sine iussu demigremus est vita, quoniam posuerit
vincula terminos vitae, quos non vult transgredi, quoniam
ex causa nonunquam permittit vt quise eos transgrediar. Job. 14

Quām verò sit ignominiosa mors, quam sibi quispi
am conciscit, vel inde est cognoscere, quod ethnici quoniam
dexteras huiusmodi mortuorum abscederint, quæ
fuerant in seipso armatae: quoniam vt corpus ab anima,
sic manum a corpore alienam esse debere ratio sunt. Ius
dai eos qui seipso occiderant, inseputos proiecerunt,
quos & indignos sepultura iudicant Christiani, com
burentes ipsis apud furcas. Id quod a mundo condito
summitate fuit ignominia, sicut honoris est summi glorii
osa sepultura, quæ cordi quoque fuit Christo regi res
gum, multisque sanctissimis in veteri & novo testamen
to hominibus, quanquam illam, sicut alia honestissima
quaerat

Esa. 13

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

quæc, negligunt nunc nostrates apostatae & hæretici,

^{2.} Re. 17 Estq; interim sciendum, non modo suisplius esse homicidiam, qui manu vel quoconq; instrumeto sibi mortem consciit, prout Achitophel se laqueo suspendit, ty-

pus Iudeæ proditoris, qui seipsum quoq; desperatus la-

quoq; suffocauit: sed & iste, qui crapulando, porato, lu-

xuriando, libidinando, idq; genus alio modo seipsum co-

ficit, & ægrotans deinde moritur, prout multi, testante

scriptura, propter eruplam pereunt, & in escis variis et

multis infirmantur, cuius causa, post scripturam, domi-

nus à crapula nos dehortatur & ebrietate.

Addi, ne illum quidem satis excusatum esse, nec pror-

sus tutum, qui propriæ fragilitatis & cōplexionis sue

conscius, sibi letalem aliquem morbum superstitionis,

re quadam seruitute contrahit, ut pote plus æquo absti-

nens & continens & laboras, ut cunq; nō iniqua pror-

sus intentione, præsertim quādo contingat hoc ipsum

facere vel lucri vel vanæ gloriae studio, quēadmodum

castitatis ardore fecisse traditur Origenes, qui semetip-

surn emasculauit: quādo quidem Paulus obsequiū nos-

trum rationabile esse velit, nec sui sit quisq; mēbri dñs,

ut natura repugnante, mutilem ipsum sine causa vitandi

mali peioris & majoris. Primo aut̄ hac parte queri

poteſt, an quispiam pietatis, castitatis, aut alterius virtu-

tis tuendæ gratia, vitandiq; sceleris et peccati causa, sibi

cogat inevitabilis necessitas, morte sibi consciē pos-

it, aut saltē excusat⁹ esse, si propterea manus inferat sibi

Respōdeo, deum maximū generaliter prohibere ho-

micidium, quādo dicit: Non occides. Ideoq; nō facile di-

DE DECĒM PRÆCEP. LIB. III. 193

rentur infirmi. Sic ab ethniciis laudatur Cato, quia ma-

luerit sibi consciē mortem, q; venire in manus tyranni,

Sic ab eisdem, & (meo quidem iudicio) iustius, commē-

datur Socrates, qui iussus potionem cicutæ hausit, ut se

vnum deum & animæ immortalitatē credere testa-

retur. Ita quoq; commendatur ab iisdem Lucretia, q;

zelo castitatis & honestatis seipsum interemerit: quam

ramen diuus Augustinus damnabilem censet, q; adhuc

honestate salua, se se occiderit.

Ita apud Hebreos scriptura nō damnitat Samsonem,

q; spōte sua mortem oppetierit. Ita quoq; scriptura nō

reprobat, sed cōmendat Eleazarū, q; sē elephantō, mili-

tibus & bellica machina onusculo, subiecit, & quamvis se

isthac mole suppressum iri sciret, quia ramen zelo diu-

ne legis se pro patria deouit, ac illi victoriā præbuerit,

laudandus potius q; damnandus, multis videtur.

Ita quoq; scriptura celebrat Rasam, venerabilem

senem & patrem Iudaorum, qui quum propter legem

dei ab hostib; in ædibus suis insc̄ptaretur, gladio se pe-

tit, ac dein ē fenestra se præcipitem dedit, mori malens

q; subditus fieri peccatorib; & contra natales suos in-

suriis indignis agi.

Sic apud Christianos cōmendantur Leo papa & Ani-

anus episcopus Alexandria, quorū alter sibi manū am-

putauit, quia per illam, libidinis ignē ad animū sibi sen-

it prospere, postq; eam pulla quædam esset deoscula-

ta. Alter, cōspicata et cōcupita foemina, oculum sibi eru-

it. Ita Niceta martyr lingū suā mōrdicus abscondit, et in

os scorti cōspuit, a quo prouocabatur ad Venerem, ut

vel ita libidinis imminentem pestem repelleret.

Iam verò tamē ſi prorsus eos censeo damnabiles, qui

sibi ipsiſ vel desperatiōe gratiæ dei, vel desponsione ani-

mi, vel impatiētia vitā abrūpunt, haud tamē eos omnis-

no ſaluādos arbitror, qui quoconq; zelo virtutis et pie-

tatis studio sibi mortē confiscunt, iuſti manifesto sancti

spiritus argumēto et ſuā ſuā videretur adducti, prout p̄c-

dīcti fecerunt: quorum exemplum non arbitror tam fa-

cile trahendum in consequentiam, quando rarum tale

Aug. lib. 8
cap. 19. de
ciuit. dei.
Iudic. 16
Heb. 11
1. Mac. 6

2. Mac. 14

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

sit, malens ipsos ab aliis, utpote persequitoribus; qui a seipso quasi desperatis, interfici: prout maluit illa fan-
ctissima Susanna potius absque opere vel adulterij vel
proprij homicidij, incidere in manus hominum, quam
peccare vel adulterado, vel se interficiendo in conspectu
domini, malest etiamnum legis ordine manibus aliorum,
quam suis, interimi: quam pleriq; omnes propheticat
tyresq; sequuntur sunt, expectantes horam supplicij mor-
tisq; sibi a deo definitam, nec ipsam suis manibus preue-
nientes. Quanquam in iis omnibus non illibet stete-
rim ecclesiae iudicio, cui me semper subiectum velim.

Secundo queri solet, an suis ipsius reus sit ut proprius ho-
micide, q; vel amentia vel mania laborans, sibi manus
infert. Respondeo, quando verum homicidium perver-
so pro rorsus affectu committi soleat, haud quanquam co-
mitti homicidium per eum, qui vel amētia laborat, vel
mania, quem morbus sit, omne iudicium mentis adi-
mens, nisi vel factus esset, vel q; amentiam praecessisset
mala voluntas: & quidem maxime, q; olim interficeret
tur bestia, quæ fecerat homicidium, quamlibet ratione
carens.

Tertio, quid de eo statuendum, qui casu, non data
opera, hominem occidit? Iuris civilis consultos respon-
deo dare hanc distinctionem: Si occidit hominem, rei il-
licitq; utpote in publica via sagittando, iaculando et lu-
dendo, dans operam, reus est homicidiū sine controuen-
sia, maxime qui percutit grauidam mulierem, & ea de
in abortiat, profecto reus erit abortiu percussor: itē
qui bombardā, per se pleriq; pila demittens, quempiam
non opera data, perimit, homicide est.

Ideoq; reprehenduntur hoc loco tam leues percusso-
res & peremptores. Si quispiam dans rei licita oper-
am, utpote arborem incidente, foveam fodiendo, an-
busculas in arcum curuando ad feriendas feras &c. oc-
cidit, homicide reus haud est, quem sine voluntate pec-
catum personale non committatur.

Arcq; hoc est, quod lex ait: Qui percusserit hominē,
volens eum occidere, morte moriatur. Quismodi per-
cussor

Dani. 13

Sapi. 5
Hebr. 11

1. Reg. 21

Exo. 21.

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 194

cassores sunt plerumq; prædones, raptore, & infida-
tores. Et rursus: Si quis per industriam occiderit proxī-
mum suum, & per infidias, ab altari meo aquelles cum,
ut morte moriatur. Hinc etiā dominus misericors omni-
bus, praeterquam homicidis spontaneis et malitiosis,
ad suum alarare configentibus, libertatis copiam facit.

Num. 35
Deut. 4
Iosue. 20

Ita tamen, ut etiam in licitis rebus occisores probē-
tur diligentiam adhibuisse, quoniam oportet ut secus
viam arborem succidens, aut tectum reparans, clamet,
viamq; obseruet, reus aliqui occisi futurus.

Quarto, quid de potestatis et militantibus, bellis-
gerantibus & prælianibus? Respondeo, eosq; non ne-
cessitate adacti, necq; reipu. studio, ob priuatos affestus
bellum suscipiunt, aut non legitime gerunt, vel fidem
fallunt, tot homicidia committere, quot homines in eo
bello vel pereunt, vel ad famam adiguntur.

Insuper & eos affirmamus esse homicidas, qui vel
odio vel spe prædæ currunt ad bellum, etiamsi nemine
occident, coram deo tamen homicidæ sunt; non enim
voluntas defuit, sed voluntati defuit occasio.

Id vero bellum iuste legitimeq; (præsertim cōtra in-
fideles & haereticos pro fide & religione) suscipitur &
geritur, ante quod & in quo seruatūr subsequentes ex
scriptura desumpta conditiones.

Deut. 19
Roma. 13
Coactio

Prima earum est, quod coacte suscipiat belligerans
bellū, id est, nō nisi quū nulla sit spes alia pacis, iustitiae,
trāquillitatis publice, patriæq; tuendē et defendendē, fe-
ditionisq; comprimendā. Atq; proinde non est in bel-
lum descendendum, nisi modis omnibus et iustis cōditi-
onibus pax hostibus offeratur, atq; illi pacē dare nolint.

Secunda, quōd non aliud quam pacem quærat: qua Pax
parta, conquiescat omnis strepitus.

Tertia, q; suspiciatur publica autoritate, hoc est, per Autoritas
missu supremi magistratus, qui nobis Cæsar est aut rex
Romanorum, qui cunctis principibus & satrapis pros-
hibere potest ac debet, ne belligeretur, legitima quāuis
aridente causa, modo ipse proponat singulis partibus
viam et ordinē iuris, sēq; cuilibet ministraturū iustitiam.

BB 2 Quar

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

malum
maius

Quarta, q̄ propter minus malum non cōmittat p̄s ius, id est, q̄ parcat in s̄ontibus, nimirum agricolis in bellibus, operi instantibus partens, ac eos promouens protegensq; hostibus ipsis etiam pacem recusantibus, fidem feruans, abstinenſ ab eis, sine quibus viuere dū est, vt pote frugib; arborib; vineis, calulisq; rusti- cis, ne vel supprimantur, vel exurantur.

contētatio
Luc.3

Quinta, q̄ cogat milites ante & post suum seruare pr̄scriptum, quod Iohannes Baptista pr̄seripit eis, vt ipsi videlicet neminem concutiant, nemini calumniam inferant, sed suis sint stipendiis contenti. Sed heu quā nihil apud nostrates horum seruatur, quum vulgo nunc fieri videamus, quod ait poeta:

Quicquid delirant reges, plectuntur Achiuui.

2. Reg.24
1. Par.23

Id quod rex ille maximus Dauid non fecit, qui maluit pestilentiam, quam vel famen, vel bellū cum hostibus, quippe, quo cum subditis æqualiter esset in discrimine vitæ & rerum.

Insolentia

Sexta, q̄ post victoriam non infoleſcat, indulgens etiam, quoad fieri (salua iustitia) potest, nocētibus, vel cōtentus mulcta sive supplicio autoris eius, ob qđ vel bellum vel seditio fuscitata est: quandoquidem crudelitas omnis abesse debet, maxime apud Christianos: nec saeuendum est in totam communitatē innocentē ob culpam vnius aut alterius.

2. Reg.19
16

Qua in te principes & bellatores exemplū Dauidis imitari debent. Ille enim eti contra filium Absalonem iustum mouisset bellum, quia ipsum ē regno seditiose expulerat, adeptus tamen contra ipsum victoriam per Ioab parua manu, retinuit exercitū suum à persequēdo Israeſ, volens parcere multitudini fugienti, quam usq; ad unum delere & interimere poterat. Neq; ipse post cedem misit ad occidendum eos, qui filio in ea factione fauerant, qui in bello contra se gesto fuerant duces, tribuni & centuriones. Quin & Amasæ, qui seditiosum exercitum duxerat, dixisse legitur: Nōne os meum & caro mea es? hæc faciat deus, & addat, si non magister militiæ fueris coram me.

Inſuſ

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 195

Insuper idem Dauid ipse, quū non multo post, Siba vir Belial, factionē similem cōcitasset, ac tuba cecinisset Nō nobis est pars in Dauid, necq; hereditas in filio Isai, et iam cum cōiuratis in Abelam venisset, Ioab cum exercitu sequutus, vt expugnaret Abelā, interpellatus per mulierē, quer p̄cipitaret hereditatem dñi? Respōdit: Abst hoc, tradite mihi solum Sibā, qui leuavit manum suā contra regem. Quod quā factum esset, et projectū per murum abscissū caput vidisset Ioab, haud deprēdatus est seditiosam vrbeim, nulla spolia retulit, sed absciso capite autoris motæ leditionis contentus, receptui ceſinit, ac abiit.

Ex iis igitur omnibus abūde satis fit perspicuū, in quā to corā deo et hominibus periculo sīt, qui nōnunq; ob tā leuē causam bella gerūt cū dispēdio totius reipu. cōmunisq; patrī: imò qui aliquoties nullā habet causam, sed eam quoq; colore fingunt, p̄texentes nescio qđ, cōtra quos nemo contēdit, sed optimi quiq; in pace esse velint: cuiusmodi sunt, qui prohibente etiā Imperatore & rege Romano, seditionem fuscitare molitur in imperio, p̄texentes falso causam religionis, euāgelij, fidei qđ, quum nihil minus cordi habeant, q̄ eam causam: sed potius cōtendunt de meo, tuo, cō modum priuatū modo querētes, nullum dantes locū iustitiae, q̄ recusant alle gantibus ipsam. Id qđ vergit ad omnem iniquitatem.

Summaq; si quid ad vorum eorū bene cedit, nihil ex eo utilitatē venit ad inopes, sed totū ad autores. Si male cedit, totum ē diuerso venit ad pauperes, vt summo dolore vidimus in rusticō tumultu, cuius damnum ne nunc quidem superauit Germania, nec adeo statim superatura: profecto qui talia tentant aut perpetrāt, cōram deo homicidē sunt omniū eorum, qui quoquo modo pereunt in huiusmodi tumultibus, seditionibus, bellis et p̄ficiis. Sileo q̄ interim cōtra Christianos inualescant Turcē, quibus ob intestina odio resisti non potest.

Quinto, quid de iis, qui vim vi repellere coacti, occidunt? Respondeo: si talis est vis, quae certā intendit morrem, nec est aliud effugīū, eos haud esse homicidas

BB; secūs

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

secundum aliquos, maxime iuris ciuilis consultos: cum quia naturale ius euangelium non tollat, nec legis naturalis ordinationem, sed duntaxat format affectus ac animum, quem Christus vult ab omnis vindicet cupiditate multo alienissimū esse: tum quia eo in casu certo quo, dām ordine & modo, quem lex prescribit, magistratus vim vi pellere concedat, videbitur inuadens hoc ordinē & modō occisus. Quia verò plurima sunt, que ad obseruandum hunc ordinē & modum requiriuntur, et primō quidem, ut omnis affectus iedendi inuisorē, penitus absit, atq; is affectus in conflictu nō facile retineatur, & effusio sanguinis tam sit inuisa deo, mihi tutius videretur inuasis, vt in tanta angustia præ omnibus dei auxiliū imploret, quod saepe propinquius est q̄ credimus, quī tradat historia, draconem eius, cuius olim fuerat alumnus, clamore excitatū, adcurrisse, & a latronibus liberalis se. Si verò interim deo visum nō sit, inuasis præsens afferre prædictū, malintq; n̄ occidi q̄ occidere, certe credi par est, tales Christianorū hominū officio functos, quippe sequitos exemplum Christi, noleentes vt etiam in diuinum criminis præsentissimo vitæ Petrus se vel vindicaret, vel occideret, in horto inuentus: potius, si occideret, ipsi sum fore capite, scut homicidam, plectendum, quū dīcebat ad eum: Conuerte gladium tuū in locū suū. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt: vt pote qui prius quoq; dixerat: Auditis quia dictum est, oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis percuaserit te in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

Sextō, quid de iis, qui spōte causam dant abortioni, siue ne prorsus aliquis cōcipiatur aut prodeat fructus siue partus, prout fieri intelligimus? Respondeo, prorsus esse eos corādeo homicidas, & quidem maximos, quī non modo corpus, sed & animam, n̄ fiat aut viuat, contra legem dei, volentem vt homo procreet hominem, proptereaq; coniugium seruari iubentem, præpediant.

Septimō, quid de iis, qui quum proximum in vita vel bona valetudine seruare possint, non seruāt: aut pauperem

Mat. 5

Mat. 26
Ioan. 18
Exo. 21
Deu. 19
Mat. 5
Luc. 6

Gen. 1

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 196

perem sic suis facultatibus per fas & nefas, exuunt, vt inops fiat, atq; quidog; propterea cū suis fame pereat? Respondeo, oēs eos, qui periclitanti, sine suo capitali periculo nō succurrūt, openq; ferunt, esse homicidas, quū mortē probentur infligere, qui hanc, quum possint, non excludunt. Quir enim nō tuetur, quod Ioānes ait: Quoniam ille (sicilicet dñs) animā suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas nostras ponere. Sub indicat etiam eo in loco Ioānes, eum esse homicidam, qui habens substanciali huius mūdi, & videns fratrem suum necesse habere, claudit viscera sua ab eo. Cuius causa Ambrosius dicit: Pasce fame morientē. Quisquis enim hominē pascendo seruare poteris, si nō paueris, fame occidisti. Et recte nimis, quādo scriptura dicit: Pannis egētiū, vita pauperis est: & qui defraudauerit, vir sanguinū est. Et alia scriptura dicit: Erue eos q̄ ducitur ad mortē, & qui ducitur ad interitū, liberare ne cesses. Homicidæ proinde sunt avari & diuites, qui pauperes non modo deserunt, sed caristiam faciunt, aut de ea gaudent. Homicidæ quoq; sunt nobiles & potentes, qui suis non defendunt contra hostes, & sinunt eos vel occidi, vel captiuos abduci. Homicidae sunt & illi, qui vel ipsis non succurrunt, vel succursum impediunt.

Ecc. 34
Pro. 24

Mat. 5
Luc. 6

Summatim concludens huius quinti præcepti declarationē, dico homicidam esse, peccareq; contra hoc ipsum præceptū non modo eum, qui re ipsa sponte quempiam vel seipsum propriā autoritate occidit, sed & qui vel verbo vel factō vel consilio dar occasionē, vt quispiam eo modo occidatur, aut qui constanti animo cupit aliquem vel occidi vel occidit. Estq; opera preciū, vt huius præcepti seruator sit humanus, mansuetus, humilis, pacificus, patiens, mitis, benignus, bonus, longanimis, & erga inimicos etiam beneficus, quos à nobis vult dominus amari.

De sexto præcepto. Cap. XIII.

Non mœchaberis, Exodi xx.

Et si septem posteriora, secundæ videlicet tabulae, præcepta generatim velint, vt proximū diligamus. I

BB 4 VI

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

vt ei nequaq; noceamus, sed eius vti nostrum commodum quaramus, et incōmodum submoueamus et auer tamus, ipsa tamen à deo Opt. Max. supra q; dici potest, ordinatim posita sunt, vt pote quæ ordinis sui ratione non careant, vt vel ex hoc sexto præcepto singulariter intelligere conuenit. Quum enim deus in proxime præcedenti præcepto prohibeat, ne proximum lēdamus in propria ipsius persona, vt pote ne separemus animam eius à corpore, id quod est iniuria longe maxima, modo prohibet in hoc sexto præcepto, ne lēdamus ipsum in ea persona, quæ vſq; adeo eius personæ proxima est, vt ipsa possit ac debeat cum sua persona propemodum eadem reputari. Sed quæ talis est persona? nimur coniugis sive vxoris, quæ sic cum viro confinis est, vt (vel Christo teste) qui liber cum coniuge non duo, sed una caro sit, quēadmodum protoplastus Adam, quum deus ex eius costā creasset ei vxorem Euam, confessus est: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Atq; propterea fieri solet, vt proximum lēdere magis haud queas, q; si vel interficias ipsum, siveq; in eo homicida, vel eius vxore defœdes adulterio, id quod homicidio proximum est peccatum, sed grauiore etiam supplcio dignum. Quapropter dominus ipse omnipotēs, statim post præceptum negatiuum, Non occides: posuit hoc præceptum pariter negatiuum, Non mœchaberis,

Iam vero, licet hoc ipsum sextū in ordine præceptū, proprio prohibeat adulterium, & sit adulteriū proprio quod cum nupta committitur, siveq; singulariter datum Iudeis, apud quos qualibet olim cogebaratur fieri coniugalis, eratq; maledicta sterilis, quñ putabatur spernere primū dei præceptū, Crescite & multiplicamini, & resplete terram: nec patiebatur scortatio, vel qualibet simplex, domino dicēte: Non erit meretrix de filiabus Israēl, nec scortator de filiis Israēl: apud quos ideoq; cōmunitior libido fuit adulteratio: quia tamē apud nos et illos sentina est omnis libidinis et scortationis, fit vt hoc ipsum præceptum prohibeat omnē libidinis speciem extra matrimonium, & in ipso matrimonio, dicens: Non

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 197
 mœchaberis, id est, nullum Veneris actum committes extra legitimū matrimonij foedera, prout Tobias filiū suum docebat, inquiens: Attende fili mi ab omni fornicatione. Id quod in hunc fermē modum Paulus arguit, dicens: Fornicatio autē & omnis immunditia, nec nominetur in vobis. Hinc eti Graci mœchia nomē ad significandum adulterium frequentius accōmodent, hoc tamē loco mœchia appellazione, cōcubitus omnis illici tus atq; illegitimus membrorum vſus venit, nec id omnino quidem contra vocabuli rationem. Ut enim adulterari Latinis, ita κοιχητης Gracis verbum est generale ad omnem corruptionem: quādoquidem monetam dicunt adulterare, qui virtiant eam: verbum dei adulterare dicuntur, qui corrupto affectu tractant illud. Hinc adulterina signa, adulterina litera, claves, & id genus similia, quæ ficta vel non vera pro veris substituuntur.

Mœchatur autē homo trifariam: sive solutus cum soluta, sive soluta cum soluto, sive alter cū alterutro. Si quis dem fœmina mœchatur, quum habet virum, & alteri sui copiam facit, etiam si ille non habeat vxorem. Vir quoq; mœchatur, concumbendo cum ea, quæ non est vxor eius, eti virum non habeat illa &c.

Primo quidē opere sive facto mœchatur homo mulieriam: Mœchatur, & in hoc præceptum grauiter peccat, qui in seipso Venerē exuscitat, quē Paulus mollem vocat, et eum dei regnū nō possessorū affirmat: Mœchatur, qui alterius sexus & eiusdem species cōiugio Venerē experitur, sed extra honorabiles nuptias & thoruū immaculatum: qualis est scortator, meretrix, stuprator, incestuosus, & omnis qui simplicem cōmittit fornicationem. Scriptura enim dicit: Nec erit meretrix de filiabus Israēl, nec scortator de filiis Israēl. Item: Si puellam virginē despōderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & cōcubuerit cum ea, ambo educti lapidibus obruentur. Item: Omnis homo ad proximā sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpititudē eius. Qualis erat Herodes, ad quem dicebat Ioannes Baptista: Non licet tibi habere vxorem fratri tui, qualis quoq; erat, de quo Mar. 6

BB 5 Paulus

Mat. 19
Ephe. 5
1. Cor. 6
Gene. 2

Deu. 7
Gen. 1
Deu. 23

Mat. 5
Rom. 13

Tob. 4

Ephe. 5

1. Cor. 4

1. Cor. 6

Deu. 22

Deu. 22

Mat. 14

Mar. 6

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- p. Cor. 5** Paulus scribit ad Corinthios, corripiens eos, qd talis omni
nino audiatur fornicatio, qualis nec inter g̃etes, vt vxo
rem patris sui quis habeat, qualis erat Amon, qui Tha
e. Re. 13 mar sororē suā cognovit. Moechatur deinde, qui libi
dinatur in eodem similiq̃ sexu, vel in iisce mēbris, quæ
huic operi natura nec aptauit nec destinauit, cuiusmodi
Ro. 1 moechus plane nefandus est, quales erant olim gentes,
quas (Paulo teste) deus tradiderat in desideria cordis eo
rum, in immundiciam, vt cōtumelias afficerent corpora
sua in fēmetipis: tradideratq; in passiones ignominiae,
quando fēminæ eorū mutauerint naturalem v̄sum in
eum, qui est contra naturam, similiter & masculi, relicta
naturali v̄su fēminæ, exarserunt in desideriis suis in in
uicem, masculi in masculos turpitudinē operantes, qui
x. Cor. 6 regnum dei possidere nequeunt, quos & mortis reos, et
Leu. 18 sanguinem eorum super eos esse scriptura testatur. Qua
les fornicatores quia fuerint Sodomitæ, igne sulfureo
Leui. 20 de cœlo misso crudeliter perierunt. Moechatur præ
rea, grauissimeq; peccat in hoc sextum dei præceptum,
Gen. 19 qui extra speciem humānā, vtpote cum brutis animati
bus libidinatur, haud dubie peruerstissimus omnī, bru
to qd homini similiō. de quo lex: Qui coierit, ait, cum iu
Leui. 18 mēto aut pecore, morte moriatur: pecus quoq; occidite.
Leui. 20 Atq; recte nimisq; dici cōceptū olim est à patribus, hoc
peccatū, sicut & precedens, contra naturā & mutum,
qd & ipsum natura abhorreat, & de ipso apud promissi
cuam plebē potius omnino silendum sit, vel certe pro
fus sobrie loquendū, ne lēdantur aures innocentes.
Secundò moechatur, & in hoc grauiter peccat præce
ptum, qui verbo vel gestu sibi ipsi vel alij quoq; etiā
modo vel consilio p̄g̃bet occasionem ad actu moechan
dum, qui vel conuinet, quales sunt lenones & prostituti
tores puellarum & mulierum: quiq; sibi vel alii ludunt
& iocantur pro fornicatione suscitanda verbis impu
dicis, lascivis historiis, spurcis cātilenis, imaginib⁹ ins
decoris, osculis, tactibus, ornatibus, crapulis, ebrietati
bus, desidis, ocis, somnis, & rebus deniq; omnibus,
quæ prouocat ad fornicationē. Atq; hoc est, quod Apa
stolus

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 198
filius vult, vt etiam ab omni specie mali abstineamus. **i. Thes. 5**
Tertio moechatur, & in hoc sextum præceptū pec
cat, qui vel mente cogitat ad actu moechandum, quan
tum in se est. Hinc est quod Christus ipse dominus eo
dem quidem modo interpretatur de nō moechādo præ
ceptum, quo præcedens est interpretatus, docēs eo sub
moueri non tantum externum adulterium, sed & om
nem penitus adulterij causam arcq; radicem, atque adeo
omnes affectus, qui huc tendunt. Quia dictum est (in
quit) antiquis: Non moechaberis. Ego autem dico vo
bis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscenti
am eam, iam moechatus est eam in corde suo. Quemad
modum enim ira mater est homicidij, sic concupis
centia adulterij, quod ex concupiscentia nascitur.
Is ergo nunq; radicitus sustulerit adulteriū secundum
legis mandatum, nisi præciderit etiam omnem concu
piscentiam, iuxta Christi præceptum ac spiritum. Sicut
enim qui fratri irascitur, reus est apud deum homicidij,
vtpote qui non tam opus qd affectum considerat: ita nō
mirum qui concupiscit mulierem alienam, iam moecha
tus est eam in corde suo. Atq; licet hoc non sit apud ho
mines, apud deum tamen est, qui magis voluntatem ra
dicatam respicit, qd opus: qui etiam quacunq; precipit,
toti precipit hominī: qui corpore constat & animo.
Quando proinde lex diuina dicit, Non moechaberis:
hoc sanè vult, ne vel animo vel corpore te conspurces
adulterio, ne videlicet corpus libidine astuet, neve
mens foeda concupiscentia inardescat.
Peccat igitur in hoc sextū dei præceptum, & quidem
grauiſſime, qd animo & corpore cōmittit adulteriū, vio
lans alterius thorū, sive uterq; in cōiugio sit, sive alter tā
tuim. Talis adulter erat Dauid, rem habens cum Vrīz
vxore. Peccat in idipsum, qui stuprū cōmittit. I. vir
ginē corrumpit, sive virginis pudorē tērat. Qualis adul
ter erat Sichem, filius Emor, principis Sichimorū, qui
Dinam constupravit, violenter eam rapiens.
2. Re. 12
Peccat in hoc ipsum præceptū, qui matrimonio abu
tens, in Venerē impietuosam ac illicitā cum cōiuge ruīt
qua

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

quales erant mariti septem isti, quibus nupserat Sara filia Raguelis, quos Almodæus cacodæmon interficeret propterea. Peccat in idem præceptum, qui uxorem suam despicit, aut non ex animo diligit, prout ad Ephesios docet Paulus.

**Ephe. 5
Col. 3
Mat. 5
2. Cor. 7**

Peccat, qui cōtra coniugē est amarulentus, qualis ne sit. Apostolus hortatur. Peccat, qui cōiugem repudiat, quī debitā benevolentia denegat.

Peccat deniq; in hoc ipsum præceptū, quicunq; buscunq; modis, vt pote verbis, ēatilenis, cōspectibus, tactibus, osculis, libidinem vel prouocat, vel fouet in seipso, vel in alio. Cuius causa damnatur, vel maxime apud nobiles, abusus nefarius, quo in vnum selectum masculi & foemina innuptæ nuptiæ recipiūt, quos codæmon ita perstringit & obcæcat, vt non videant se hoc in casu peiores esse Romani quondam ethnicis, qui pudicitia studiosiores, nolebāt vt secum nudis balnearientur filij, ne videlicet impudicitia vllam caperent occasionem. Peccat in hoc præceptum spiritualiter, qui virginē deo despōstat, quā nos vocamus monialē, violat: quales adulteri sunt, & quidem nefandissimi nostri temporis haeretici, cunctis etiam ethnicis nefandiores, apud quos morte tales etiam incestuosi plectebantur. Peccat etiam spiritualiter in idem præceptum, qui vel à fide Christiana recedit ad aliquā infidelitatē, vel à recepta nostra religiōe Christiana, ad nouā quādam sectam, Christi ecclesiæ ac religioni cōtrariā, quales sunt vereor, oēs haeretici, quantūvis se solos fateantur Christianos, solosq; veram habere religionem.

Peccat deniq; in hoc ipsum præceptū, qui quomo, dolibet fornicatur, et si mulier nec q; coniunx, nec q; proxima, nec q; virgo sit, quod & lex vetus sentit, dicens: Non erit meretrix de filiab; Israël, nec scortator de filiis Israël

Deu. 23

Errant igitur impudentissime, qui putat sibi solutis licere fornicari cum solutis, vt pote scortatoribus cum meretricibus, nec se inibi peccare, quum peccent æque cum ceteris fornicatoribus. Id quod maiores nostri reticissime senserūt, pro, Non mœchaberis, Non libidinaberis, id est, du solt nit ynkeusch sein, dicētes, nempera

DE DÈCEM PRÆCIP. LIB. IIII. 199

tiquancunq; libidinē extra matrimonii, esse peccatum mortale, serioq; prohibitum. Sed inquis: Si vis que adeo peccatum est simplex etiam, quā dicunt, fornicatio sive libidinatio, quorū magistratus etiam secularis cōcedit lupanaria publica? Respondeo, nullum prorsus magistratum concedere lupanaria, sed permittere, hoc est, quasi propterea coactum admittere, ne quis locū dans cacodæmoni, longe fortassis horribiliorē cōmissurus sit fornicationē, q; quā simplex appellatur. Etsi enim quilibet fornicans peccet mortaliter, vñus tamē altero grauius, veluti paulò superius ostendimus. Ita quidem magistratus cogitūr quodammodo contriuere ad minus malum, ne maius cōmittatur. Quemadmodum Moses olim permisit, diuino etiam præcepto reluctantē, repudij libellum, ne videlicet Iudei durioris ceruicis aliud maius cōmitterent peccatum, vt pote parricidium, quādo cogerentur inuiti simul manere, qui flagrarent odio, cōiuges. Quum proinde quōdam Christus loqueretur de matrimonio ad Phariseos, dicens: Quos deus cōiunxit homo ne separet: dicebant discipuli, Quid ergo Moses mādauit dari libellum repudij, & dimittre? Respōdens Christus, ait: Quoniam Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Ita sicut olim permissus repudiare, peccauit mortaliter, repudians: ita quoq; mortaliter peccat, qui permisus fornicari, fornicatur.

Quum quid adulterium sit, quidq; eius appellatio ne, adeoq; mœchiat vocabulo veniat, & quis quamq; multifariam peccet in hoc ipsum de nō mœchando præceptum, comōstrauimus: supereft modo, vt demonstremus adulterij adeoq; fornicationis cuiuslibet grauitatem, q; videlicet ipsa graue sit scelus.

In primis aut̄ adulterij sive fornicationis grauitas ex hoc agnoscitur, q; Apostolus noluerit nos vllam habete cum fornicariis cōsuetudinē, nec cum ipsis cibum sumere

Deu. 24

Ibidem
Mat. 19
Mar. 10

Mat. 19
Mar. 10
Luc. 16

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Gen. 6.7 & quidem s^epē totā p^resiūciā & cīuitatē ob vnum vel alterum adulterium . Sic primo propter fornicatioⁿ nem singulariter diluicio perdidit vniuersum mundum , genitū humanū vniuersum vsc ad Noe & eius familiam . Sic ob adulterium dominus in cinerem sulfure & igne de cœlo rediget Sodomiā & Gomorrā & alias vrc̄s florentissimas , vt ne ruina quidem superst̄t , illorūq̄ incolas cruciatibus æternis destinauit . Ita legimus vi ginti tria millia de filiis Israel , plaga diuinus immissa propter fornicationem cum filiabus Moab , perisse . Quod exēplum Paulus nobis ita proponit int̄vēdūm , vt velit illis in figura contigisse : nobis autem , in quo^s fñes seculorum deuenerunt , ad correptionem nostram scripta , ne fornicemur vt illi .

Adde q̄ dominus non solum fornicationē bellis puni^t , sed & raro vel nunq̄ bellorū fortunam tribuit adul teris , vt aliās fusissime disputauimus scripturis & scri pturarum exemplis . Septimo , quōd lex eriām Cœarea non modo censet adulterum capite plectendum , sed et permittit adulterū subito illo calore in ipso facto deprehensum occidi . Id quod vix reperias in vlo alio crimine . Octauo , q̄ non solum adulterū ita puni^t temporaliter , sed et si fuerit impunitēs , eternaliter dam natur . Id quod vix de peccatore alio , q̄ de adultero singulariter perindeq̄ antonomatice Paulus expressit , dicens q̄ deus sit iudicaturus fornicatores & adulteros , qui (sicut necq̄ molles) regnum dei non sint possessuri , nec hæreditatem in regno Christi & dei habituri .

Sed inquis : Quid causæ , q̄ tam graue sit scelus ipsa fornicatio , quæ paribus penē gressibus ambulare vide tur in poena cum homicidio & blasphemia , quinimo maiori etiam poena quōdam fuerit punita , & nūc quo^s q̄ puniri debeat ? Primō , quia simpliciter tendit con tra primum dei præceptum , quo præcipit ille genus hu manum sic multiplicandum , vt ipse glorificetur inde quandoquidem fornicator haud intendit legis imple tionem , sed libidinosæ suæ voluptatis satisfactionem .

Secundō , quia fornicator singitur homicidium face

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 202

te , saltem spirituale , quum diuidat duo , quæ sunt vt vna Gene^a caro , quemadmodum realis est homicida , qui separat Mar. 19 animam à corpore . Tertiō , quia fornicator esse cente Ephe^s tur , nō homicida modō simplex , vt pote hominis alterius 1. Cor. 6 us , sed suispli , quum (Paulo teste) peccet in scipsum , Ephe^s adeoq̄ in corpus propriū , vt qui manus suispli infes rat . Omne quidem , inquit ille , peccatū quod fecerit hos 1. Cor. 6 mo , extra corpus est : qui aut̄ fornicatur in corpus suum peccat . Quartō , quia fornicator horrendam facit ira Ephe^s reuerentia sacramēto matrimonij , quod ob rei præser tū significationē longe maximū est . Significat enim cō junctionē & vniōne immaculatā diuinæ nature cum humana , ecclesia & animæ cuiuslibet cum Christo .

Quintō , quoniam fornicator propriū dei , adeoq̄ sui sancti spiritus tabernaculum , quod est ipsum corpus hominis , defoedit , illumq̄ nequiter ex eo protrudere suo peccato molitur : quādoquidem spiritus sancti tēplum sunt membra nostra . Proinde qui fornicatur , facit Christi spiritusq̄ sancti membra , meretricis mēbra . Id quod irreuerēta est , supra q̄ dici potest , abomināda . Sextō , quia fornicator nulla prorsus necessitate coactus , sed voluptuosa duntaxat leuitate , quadamq̄ animi sui inopia peccat : nec sui peccati prætēdere potest villam excusationē , quū habeat matrimonij vīce remediū , quo pos set pruriginī carnis absq̄ peccato mederi : quandoquidem deus optimus matrimonii non modō instituit in obsequiū & officium multiplicādi generis humani , sed et in remediu vulneris peccati cōtra cōcupiscentiā . Cu ius causa Paulus ait : Propter fornicationē vnuſquisq̄ suam habeat vxorē &c . Melius est enim nubere q̄ vri .

Cæterum dīcis : Nunquid semper immunis est à pec cato libido inter cōiuges ? Minime dico , quādoquidem fornicatio quoq̄ cōmittitur & adulterū in ipso matrimonio , adeoq̄ inter ipsos solos cōiuges : nempe quū casitas mēris abest , quū amor inter ipsos libidinis vīto deturpatur , quum actus matrimonialis est impetuosus & illictitus . Siquidem vehemens amator , est adulter in suam vxorem , quando sapiens iudicio debeat amare

CC coniua

PRID. NAV. IN CATH. CATEC.

coniugē suam, non affectū, quū nihil fecdius sit, q̄ amarē coniugēm sicut adulterā. Quando vero coniuges sibi mutuo debitum reddunt causa prolis procreandæ, atque adeo cultus diuinī causa augēdi, meritorum est, ne diuin non turpe.

Adde hoc ipsum debitum esse sanctū, quod redditur ad virrandam occasionem (cortationis). Vnde sit, ut etiā mulier haud peccet, si se propterea viro suo comit, ne propter neglectam turpitudinē aliquā fiat illi cōtent̄ta, & ne scortandi præbeat illi occasionem.

Debent profide coniuges, si noluerint inter seipso esse adulteri, mentis esse castę, sinceri coniugalis amoris, quo se in deo & propter deū pie amantes, vel libe, ris studeat procreadis, vel fornicationi indulgeat vitā, dę. Quo quidē pacto sincerior aliquādo castitas reperiatur inter pios coniuges, quales fuerunt Abrahā, Isaac et Jacob, q̄ in vulgo virginū. Atq̄ sane magnum coniugia lis castitatis meritum et gloria. Quid enim, queso, eque gloriosum possit esse, q̄ esse temperantem abstinentē, ipsa libidinis luxuriaeq̄ occasione præsenter? Cuius glo-

riā recte Solomon admiratur, inquit: O q̄ pulchra est generatio casta cum charitate. Immortalis est enim memoria illius, quoniam & apud deum nota est, & apud homines: Eapropter Apostolus vere dixit, honorabile esse inter omnes coniugium et cubile impollutum

Verum quia fornicatio tantum est scelus, vt etiā rex Abimelech punitus fuerit a deo, nondum factio adulterio, tantum quia Abrahæ vxorem concupiscerat, ipseq̄ David grauissime punitus fuerit nō in seipso solū, sed et in liberis suis & vxoribus, vt pote qui filii amiserit, videlicet coactus fuerit Absalonē filiū decem concubinas ipsius violantem, & de regno eum expellere & occidere molientem, sitq̄ carnalis illa cōcupiscētia difficile sub mouenda, vt pote quasi nobis agnata, quae vel Paulo castitatis amantissimo, tantum dedit negotiū, vt propterea ter dominū rogauerit, vt stimulus carnis sue discederet: posset ex vobis modo quispiam querere, possunt ne dari media pro submouenda cōcupiscentia carnali,

conser-

Sapi. 4

Hebr. vlt

Gene. 20
2. Reg. 11
2. Reg. 8

Genit. 8
2. Cor. 12

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 202

conseruandaq̄ calcitare?

Respondeo vnicum quidem esse, & id quidē longe efficacissimum, contra fornicationem & eius concupiscentiam remedium: quippe, quod deus casti matrimoniū autor, ex animo (scit) Apollolus fecit, progetur, vt cōtinere valeat, quū (test) Solomon ē cōtinēs (scit) non pos. Ibidem sit, nūl dominus p̄siter. cuius quoque vel solius lapis Sap. 2 entia dar, vt eruaris a muliere aliena et ab extranea, que Prou. 2 mollit sermones suos. Quia vero tum dominus per ita salutariter concedit, quū cooperamur ei, facientes quod in nobis est: profuerit sane, immo opera precium erit, vt contra fornicationem seruemus vel vitemus, seruanda vel viranda. Id quod vbi factitauerimus, dubium non erit, quin dominus votis nostris sit aspiraturus.

Primo prouinde, ad subm. uēdam omnē fornicatiōnē, homo se auertat a rebus vanis, propheta monēt: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Psal. 118

Secundo devit audire & loqui verba impudica: quandoquidem (Paulo teste) corrumput mores bonos 1. Cor. 13 colloquia mala.

Tertio declinet mala consortia. Cum sancto enim, in qui Dauid, sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Psal. 17 Quarto caueat acrapula et ebrietate: quoniam res luxuri osa vinū est, et ebrietas tumultuosa. Et Paulus ait: No Prou. 20 lite inebriari vino, in quo ēst luxuria. Sic comicus ille Ephes. 5 poeta vere dixit: Sine Cerere & Libero friget Venus. In eunuch.

Quinto detestetur re ipsa otium, quando mulhā in assūtiā docuerit ociositas. Et ipse quoq̄ propheta subiū dicat, saturitatem panis et abundantiam vñā cum otio, Eccl. 33 Sodomitis fuisse magnam prēcipuumq; occasionem ad nefandam libidinem. Ezech. 16

Si prōinde hæc & id genus alia partim seruabit, partimq; vitabit homo: dubiū sane nō erit, quin dñs aderit adiutor, qui (Paulo teste) bonus et fidelis, nostræ fragilitatis haud ignarus, non parietur ipsum tentari supra id 1. Cor. 10 quod p̄reſt ipse, sed faciet etiam cū tentatione prouentum, vt sustinere possit: eisq; maxime, qui sua sponte maturoq; consilio, quo domino melius inseruire possit, Mat. 19

CC 2 conti

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

1. Cor. 7 continentiam voulit. Quum enim dñs ad eiusmodicę libatum una cum Paulo fideliter suadeat & cōsūlat, ab esse non poterit, quin rogatus et innocatus, sūmū sit consilium confirmatur, vbi quod sumū est homo fecerit.

Nec enim nobis cum hereticis cōuenit, qui vel ideo volunt simpliciter esse virginitatem seruatū impossibilem, quia non possit ipsa ioris natura viribus à nobis obtineri, prout sapiens ait. Nam si sola dicerebunt esse sita in nostra potestate, quę possumus ex nobis et virtute naturali p̄f̄stare, non esset vlo modo dei mandatorum impletio collocata in nobis, q̄ illam solis natura viribus integre exequi nō possimus, teste domino, quii dicit: Sine me nihil potestis facere. Poterit autem cōtinere, dei gratia coadiuvante, quemadmodū dominus ipse dicebat: Paulo, à stimulo carnis tribulato, propter eāq̄ p̄f̄sidium postulanti: Sufficit tibi gratia mea. Quā certe dabit dominus, modo sibi ipsi non desit inuocans, id est, modo faciat quoque quod sumū est. Et fieri tandem, quod videatur impossibile & difficillimū ex seipso homini, eidem ex deo possibile: quoniam non sumus sufficiētes ex nobis ad tam arduā virtutem capessendā, sed sufficiētia nostra ex deo est. Cuius gratia Abel, Helias, Helis̄us, Daniel, Joseph, Ioānes Baptista, Christus, Paulus, et pleriq̄ alij sexus vtriusq;, tam in veteri quā nouo testamento, perpetuam seruarunt virginitatem, nō vt impossibilem, sed vt difficile, et castitate tā vidu ali q̄ cōiugali multo p̄c̄ellentiorē, magisq; meritoriā.

Mat. 19 Sed inquis: Nōne maledictus est, vt olim, quisquis sterili est, & neḡ dicit, neque nubite ac nonne peccat cōtinens in deum, dicente: Crescite et multiplicamini! Respondeo, minime maledictum modo esse, qui nōne sua culpa sterilis est, aut in dei gloriam suamq; salutē continet. Etsi enim quondam maledictus fuerit, maledictione videlicet opprobrii temporalis, qui non relinquebat semen, quoniam non videbatur satissimē, verso dñi dicentis: Crescite & multiplicamini, & replete terrā, nunc vero maledictioni non subiaceat, sed benedictioni, quando genus humānū satis multiplicatum, reple-

plere

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 203

plerē debet paradisum. Cuius causa tempore euangelij semper licuit & licebit in cōlibatu viuere, non solū exemplis eorum, qui etiam nō sine merito virgines in vteritatem ēto vixere, sed & multorum milium sancti monia clarorum hominum in nouo testamento, quorū Christus fuit antesignanus, qui natus ex virgine, virgo, Matt. 8
h̄ perpetuo manēs, virginitatē approbat & in arbitrio Luc. 1
ponit, quum dicit: Et sunt eunuchi qui scipios castraue, Eze. 44
runt prepter regnum ecclorū. Mat. 19
Marc. 10
Luc. 18

In hoc itaq; nobis conuenit cum schismatīc̄ & hereticis nostrī temporis, quia fatemur & nos Euangeliū requirere, vt si quis cōtinere non possit, potius ducat vxorem, ne se libidinibus confundat, neve sit auctor aliquis mali exempli: quoniam si continueat, longe melius faciat, Paulo teste, quii que domini sunt, magis sit solicius. .Cor. 7
Si quis vero meditatur cōlibatū, vt is suas exploret vires, diligenterq; cōnitatur, vt pure viuat: ediuerso negamus, licere ei, qui cōlibatū maturo cōsilio spe seruādē cōtinatiē fretus voverit, ob subortā aliquā carnis tentaciōnē, sp̄ta priore professione, coniugū cōtrahe re, quin sit corū deo fornicator & carnalis et spiritualis, habens damnationē, quia primā fidem irritam fecerit. 1. Tim. 5

Supereft̄igitur, vt viuū quisq; magis opere cōueat, ne peccet in suo statu contra hoc dei p̄ceptum, siue operi, siue verbo, siue mente, siue occasione, nequaquam vel copiam, vel locum, vel tempus, vel auxilium ad operā libidinis commodans, vt leno: nec ullam occasionem, unde excitari libido poslit, omnino p̄brens.

De septimo precepto. Cap. XIII.

Non furtum facies, Exod. xx.

Postquam dominus deus in duobus p̄cedentibus p̄ceptis scilicet p̄c̄na amissionis salutis corporis & animę serio prohibuit, ne proximo nostro noceamus in eius corpore et vita, et in ipsius vxore, quę corporis & vitę pars est: merito statim deinde in hoc leptim p̄cepto sub eadē p̄c̄na prohibet, ne noceamus eidē proximo nostro in eius bonis et substatiis externis, sine q̄bus ille cōmode corpus suū et vitā sustētare nō potest.

CC 3 Ad in

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ad intelligentiam vero huius precepti pleniorē, scitu necessariū est, ethi veteres furtū vocauerint, quod clam eōmīti eretur, quoq; proximo clam incōmodaretur, ipse tamē deus omnipotēs furto intelligit, q;e quid homo extra ius & æquitatē, siue prorsus clam, siue quasi clam, siue prorsus aperro acgrī, vñrpat et lucrat̄. Ita nimis, vt nō solum fur sit ac dicatur ille, q; tale q; id perpetrat, sed & qui vel ad id cōsulit, adiuuat, cōniuet et cōsentit, & sciens nō revelat: quin si ipso nō modō fur corā deo sit, qui re ipsa tale quid facit, sed & qui sibi firmiter in animo furari proponit: vtpote, q; ipse suo hoc septimo precepto, de nō furādo non modō prohibeat oēm in usurpationē, sed & oēm affectionē & cupiditate rei alienae. Hinc, quū recte Chirītum decalogiū sum interpretātem intelligimus, profecto videbamus, ipsum hoc precepto non tantū prohibere oēm avaritā, fraudem & imposturā, sed & docere, eum qui voluerit à furto esse immunis, habere debere animi sinceritatē & simplicitatē, deinde quoq; benignitatē ac liberalitatē erga proximū egentē. Prīmō quidem de cōsum māta iustitia p̄cipiēs, docet, in omni actione quæ nobis cū proximo est, hanc esse regulam modis omnibus obseruādam, vt alteri faciamus, q; dñ nobis fieri velimusi quod bñ nobis fieri nolimus, alteri nō faciamus. Ad quā quidem regulam semper nostra cōscientia applicari debet, vtpote quæ facile sit disiudicatura, num rea sit huius precepti. Secūdō, p̄cipiens vt oēm perēti dēmus, & volentē à nobis mutuari, nō aufersemur, docet ac mādat beneficentiam & eleemosynā in pauperes à nobis fieri debere, subindicans ista fortuna bona, quæ vocat externa: sic esse nostra, vt tamen eorū partē egentes sibi vendicent. Cuius sane causa si prorsus inops ob summā necessitatē quidpī nobis furatur, tam fermē sumus furti causa, q; est ipse furti reus. Vnde scriptura dicit, nō es se grandem culpā quādō quis furatus fuerit. Id quod inteligit de homine, quem ineuitabilis vitę necessitas ad furādum sic impellit, vt cōtentus esse velit tanto furto, quanto possit implere ventrem. Quæ quidem necessi-

Mat. 6

Mat. 7

Pro. 6

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 204
 fas, cuius avaria & immisericordes fermē causa videns, ut, vel plane minut, vel tollit cuipā: vtpote, q; eiusmo dī pauperculus videatur furatus de suo, quimi sit pauperum quod diuīcibus supereſt, iuxta sentētiā Iēi Chriſti, dicentis: Veruntamen quod supereſt, dare eleemosy Luc. 11 nam, & ecce omnia munda sunt vobis. Alioqui vero, quim præter necessitatem lūminam, qui vel mendicas, vel laborare manupōret, vel alia quadam ratione famem pellere, furarū: vſq; adeo grauter contra hoc septimū dei Max. præceptū peccat, vt & que sicut adulteri, regnum dei possidere non possit, quim tamen crimen adulterij respectu furti, sit alioqui facile omnium grauitatum: huius autem comparatione, futurum ex summa necessitate commissum, longe minoris esse culpæ censemur, vt deinde fūsus dictū sumus.

Iam vero redentes ad propositū, dicimus, vocabulum furis vſq; adeo generale esse, tamq; late se extēdere, vt non modō fur sit & habeatur corā deo, qui clanculo crumenā euacuat, cīstas excutit, verū eriam qui fraudem meditatur, nimium cupit in foro, in negotiatiōbus, macellis, vino, cerevisia, officiis, & vbi cūq; negotiatiōnes sunt. Atq; ideo fieri potest, vt quispiam furti reū quēpiam morti crucis adjudicet, qui maior fur & q; ille, dignior sit furca. Fieritq; potest, vt coram deo non modō fures sint, sed & archifures, qui cāteris videari volunt honestiores. Quid multa! Sic late dictio furti suas radices extendit, vt si suspendi deberent omnes (vt certe merentur) qui fures sunt, & fures esse nolunt, faciā le propediemq; mundus desertus redderetur, fieretq; nequa solitudo: quin defecuri essent suspensorē vna cum patibulis. Reim si habere, videamus qui sint fures coram deo, ac grauter peccent in septimum dei præceptū, quorum conscientia sit eorum iudex.

In primis fur est, & contra hoc septimum dei præceptū peccat, qui nulla necessitate, sed cerro duptaxat animi vitio rem quamplam proximā nescienti aufert, vt eam contra & citra proximi voluntatem & scientiam usurpet. Necessitatem dico eam, quæ tanta est, Pro. 6 CC 4 VC

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

vt non sit alius modus expellendi famem, q̄ furto. Sic furti reus esset etiam ille, qui furaretur cōstitutus in ne cessitate, in qua fuit filius ille prodigus, qui quācumuis esset famelicus. & in summa fame collocatus, haud tam furatus est, quia laborare adhuc potuit. Ita fur erat Acham, qui clam contra Iosue edictum, nonnulla clinea in oppugnatione Hiericho ciuitatis abstulerat, & subrūs terrān absconderat, qui propterea cum tota familia sua lapidatus fuit. De huiusmodi fure loquitur dominus, dicens: Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venire, vigilaret utiq̄, & non sineret perfodi domum suam.

II Fur est, & contra septimum dei praeceptum peccat, qui vel aperto proximo rem violenter aufert, & qui dem specie belli, vel nescio quo etiam prætexu horribilis spoliat. Cuiusmodi furē (licet fure sit quoquis etiā sceleratior) appellamus prædonē in terra, piratā in mari, fure sit eques, fure pedes, quorū neuter regnū dei posside re potest; quibus affinis est larro, quo nihil scelerius.

Quales fuerūt, qui hominem de Hierusalem in Hiericho descendente, spoliarunt, & plagiis impositis se mītiū defuerunt, per quos dñs intelligit cacodæmones. Quibus quando prædones & latrones in nihil ferme sint meliores, mirum qui fiat, vt apud Christianos eiusmodi velint esse gloriari, et eius causa plerunq; tales esse soleant, qui se nobiles & equites esse gloriariuntur.

Sed proh dolor, quod etiam apud Sarrañenos, Turcas, Mahumetanos, immo quod etiam apud quoscunque ethnicos à mundo cōdito scelerissimū semper fuit, hoc apud Christianos habetur gloriosum, quum sit ignomi niosissimū: nempe peores, hoc quidem easū, quolibet Nemroth, q̄libet etiam à scriptura damnato. Ille enim tametsi tradatur primus per porcētiam dominatū in terra sibi vendicasse, per violentiam alios sibi submississe (vnde venator dictus est & hominē oppressor) per potentiā: siquidem homines ad ædificandam turrim induxit, vt vel ita clarior euaderet: non tamen legitur, q̄ ali orum substantias rapuerit, q̄ regiones latrociniis infesta

**Gene.10.
¶ Par.1**

Luc.15

Iosue.7

**Mat.24
Luc.12**

v. Cor.6

Luc.10

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 205
stauerit, quod vias regias in fidiis instruxerit, quēadmodum nostrates, & quidem longe crudelius faciūt, vtpo rēq; violenter homines abripiunt, in carcerae proīciunt, tormentis pecunias extorquent, & aliquoties sic excruciant, vt eos aut interinamt, aut tandem redimere cogant animam omnī substantia, redigentes eos in summan paupertatem. Id quod homicidio proximum est, scriptura dicente: Melius est mori q̄ indigere.

Ecc.40

Quid q̄ efusmodi raptore, quācumuis generosi, hoc hoc sunt latronibus & sicariis nocentiores, quō diutius homines discruciant? Nec est quod prætexentes aiunt, se sua predatione accipere condignā poenā ab usurariis illis diutibus mercatoribus. Quandoquidem respōdeo cum Ambroſio: Qui sic aut dicunt, aut sentiunt, iniquis sunt iniustiores, iniquis iniquiores, & avaris avariores: cum quā cōmitunt eadem, quā se vlcisci iactūt: ut q̄ usuram quā damnāt, ipsi rapiunt, & sibi aut male coaceruant, aut pessime consumunt. Estq; hoc modo duplex usurpa, ab usurario usuram violentia auferre. Quamuis non credam istos prædarī duntaxat odio usurp: quādoquidem nō modō prædantur mercatores opulentos, sed & plerunq; mechanicos, cerdones, agricolās, & id genus misello, & aliquoties insones omnino homines. Nec est quod isti quoq; prætendunt executionē iustitiae, & protectionē eorū qui patiuntur iniuriā, quorū se patronos esse dicunt. Respondeo quidem hisfarām: Prīmō, nihil esse iniquius, q̄ propter vnuū iniuriā parientem, plures iniuria afficeret, idq; innocētē nec iniustius esse quicq; atq; vnum velle defendere & plures eosq; innocētes supprimere. Secundō, q̄ eis nō licet hoc pacē iustitiā exequi, nec eorū est vocatio nis, quū alioq; cuiusvis potentiori liceret seipsum vel alii quilibet vindicare, et publicā sibi potestate vendicare usurpareq;. Id quod etiā est cōtra ius diuinū et humanū.

Deu.16

Ius quidem diuinum censet, quod iustum est, nō vio lenter, sed iuste esse exequendum, nec debere quenq; se sua potestate vindicare, vsque adeo quidem, vt anteq; percussus suapte repercutiat, se vindicatur, repercuti

CC. 5 potis

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

Mat. 5 potius iustineat, iuxta dominum dicentem: Ego autem
Luc. 6 dico vobis, non resistere malo: sed si quis perculerit te
Deu. 32 in dexteram maxillam tuam, prebe illi & alteram. Huc
Ro. 12 etiam tendit, quod dominus ait, & Paulus reperit: Non
 volueris posse defendentes charissimi, sed date locum ira.
 Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam,
I.I. C. Ne ipsum vero ius humanum usque adeo vetat, ne quis su-
 quis in cau-
 sa propria
14. q. 7. c.
No fane
 us iudex esse presumat, ut nec permittat, quod quis per oc-
 cultum furtum sibi ipsi satisfaciat, nisi hoc dispensationis
 nois faciat; vel per casum, quo forte rem, de qua cum pro-
 ximo causam habet, reperiat, aut alia licita via recipiat.

Est igitur dictum taxare ordinarii iudicis, sententiam iuri-
 ris exequi, non priuatorum quorumlibet, quanuis po-
 tentium & nobilium, quorum vocatio est, Cæsar &
 principibus, quorum feuda possident, ministrare. Quia
 propter haud æquum est, ut quispiam iusta etiam cau-
 sa, belloq[ue] in dicto, aperto Marte, bellis, homicidiis, in-
 cendiis, prædacionibus aduersam partem inuadat, nisi
 hoc ei post latram sententiam vel a Cæsare, vel eius vi-
 cem gerentibus iudicibus ordinariis, fuerit commis-
 sum. Nisi enim res sic haberet, ad quid esset ordinaria
 potestas a deo constituta? Cui qui repugnat, diuinæ or-
 dinationi repugnat, sibi damnationem acquirens, testa

Ro. 13 Paulo. Videatur proinde sibi sacratae isti, cum suis om-
 nibus complicibus, qui sub hac nouissima tempora
 contra etiam Cæsaris edictum & scitum, sub praetextu
 euangelice religionis & fidei, per quæ plurimos suis rebus
 substantiis et possessionibus propria violentia destiue-
 runt, & omnia seditionibus & tumultibus in Romano

Ro. 14 imperio miscuerunt. Eheu, quam sustinebunt senten-
 tiam in nouissimo die tales raptiores et seditiones! si enim
 damnati sunt, qui ante scriptam legem sineq[ue] lege pecca-
 uerunt, quod (quaeso) damnabuntur, qui non modo legem
 scriptam, sed & præscriptum euangelicum prævarican-
 tur? Si enim dominus, damnat eos, qui sua pauperibus

Mat. 25 non dederit, quid fieri illis qui rapiunt aliena? Si dan-
 nat illos, qui non æquo animo ferunt iniuriam, quid il-
 lis faciet, qui alios afficiunt iniuria? Respondeat, quæ

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 206
 so, num remissibilis sit dicere, Racha & Fatue, q[uod] vias Mat. 8
 obsidere, vehes mercium per viam auferre, ipsos mer-
 catores & alios diuites viaeores ex infidiliis adoriri, pau-
 perum boues & pecora abigere, omnem substantiam
 auferre, villas & pagos incendiis absumere, & cetera
 hoc genus latrocinia perpetrare. Id quod eti[m] apud
 ethnicos ignominiosa fuit & abominabilis tyranus,
 quam etiam poetæ in Caco, in Lycaone & aliis tyran-
 nis detestati sunt.

Fur est, quicunque princeps, satrapa vel magistratus, III
 eiusmodi raptiores & prædones & fures & viarum obsei-
 fores, aut fouens, aut manutene[n]s, aut ad eorum latrocinia
 conniuens, vt pote consentiens per hoc: qui merito pœ-
 na punitur eadem, teste etiam ad Rom. Apostolo: quan-
 doquidem furis ipse socius reputatur, domino dicente: Ro. 8
 Princepes tui infideles, socij furum. Eiusmodi turē sive
 principē David increpat, dicens: Si videbas furem, cur
 rebas cum eo, & cum adulteris portionē tuā ponebas. Esa. 8
 Psal. 49

Fur est, qui quicunque inuenit, & dñō, si nouit illum, nō III
 restituit: vel si non nouit, non scrutatur quis sit ipse. De-
 ber enim ipse per præconē denunciare, se esse reperi[r]e.
 Cuius nomen ubi haberi ne quis, debent ipsius inuenti
 rei fieri posse flores, inopes & pauperes, iuxta sententiā
 catholicorū doctorum: quandoquidem voluntas sola
 furto facit, quū non quod furto sublatū est, sed mens
 furantis attendi soleat. Hinc, si quid inuenisti quod non
 restituisti, & potuisti, rapuisti: quia quantū potuisti, fecisti
 Tob. 8
 Deus enim cor, non manū, interrogat. Hinc quū Tobi
 o olim vocē in domo sua audiret, dixit: Vi-
 date ne forte furtus tuus sit. Reddite eum dñs suis, quia
 nō licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut cōtingere.

Fur est, qui rem quā scit furto ablata, domino nō in-
 dicat, sed aut occultat, aut emit, aut quocunque modo alie-
 nat, aut occupat, aut alio malo titulo sibi vendicat. V

Fur est omnis princeps sive potestas, subditos illicis
 sis exactionibus expilans, vestigibusq[ue] novis & ini-
 quis grauans, iusta causa non postulante, nec modo ser-
 uato. Contra huiusmodi principes & magistratus Esa. 10
 ait

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

ait Esaias: Vx qui condunt leges iniquas, & scribentes iniusticias scriperunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauæ humilium populi mei, vt es, sensi vidua præda eorum, & pupillos diriperent.

Hier. 2
Eze. 22, 33
Amos. 5
Mich. 2

Quid q̄ & Hieremias & Ezechiel & Amos & Micheas contra eiusmodi potestates exclamāt, affirmantes etiā ipsos in medio plebis eisē quasi lupos rapaces prædam, quos & propterea dñs in igne suæ iræ vult cōsumere, & face re ne duo possideat & hereditet terrā: et si quoq; domos quadro lapide ædificet, in eis tamē haud sine habitatur; nec vintū bībituri ex eis vineis, quas plantarunt: quini nō quia cogiter malum super eos, vnde colla non sint ablaturi. Iusta verò causa subditis vectigal imponēdi, inter cæteras est, iustitia defensio, tranquillitatis publicæ vindicatio, a vi & insidiis prædoniū tuitio vel defensio, prouincie purgatio, viarū publicarū ac pontium, flumi nibus male vadosis transmis. florū, extuctio & refectio. Injusta verò causa est, si ad crapulam, ad commessationes, ad volupates, ad luxum, ad spectacula, & id genus similes vanitates vel paradas, vel augendas imponitur.

Modum verò excedit vectigal, cum princeps aut magistratus rapax, æquis & solitis vectigalibus cōtentus haud est, sed noua subinde imponit, ac subditos simul et tondet & deglubit, contra etiam mentē Cæsarū ethni ci Tiberij, sub quo Christus vectigal soluit, dicētis: Boni pastoris est, oues tondere, non deglubere. Id quod nō in quemlibet principē & magistratū, sed in rapacē duntaxat, dictum velim: qui violenta tyrannide plebē grauat insolitis exactionib⁹ et vectigalibus: quādoquidem princeps & magistratus ex iusta causa merito tributū conferendum indicit, quādo Christus quoq; præstítit, idemq; suo exemplo præstandum docuit, prout eius documentū Paulus sciens, ad nos omnes ait: Nec fratres proinde subditi estore, nō solum propter iram, sed etiam propter conscientiā. Ideo enim tributa præstat. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddis te ergo omnibus debita. Cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal; cui timorē, timorem; cui honorē, honorem.

vide Sue tonium.

Mar. 17, 22

Ro. 13

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 207

norem. Nemini quicq; debeatis, nisi vt inuicē diligatis.

Quo sane loco nihil aliud doceo generatim, q̄ vt magistratus populum nō absq; summa necessitate, nec nisi iulta causa moderationē existente, grauet exactionibus: nec cas, causa etiā præsente, reiterer, q̄ parsit, scipiūt: quū renuntiat ararij, frugalitate rectius q̄ violētis ac insolitis exactionibus prouidere poslit, cōtentus solitis et licitis censibus, voluptatis expers, tōneamenta diaboli canj⁹ pōpam nesciens, sobrietati, parsimoniae, tēperantia, cæterisq; virtutib⁹ studeat. Quod nisi fecerit, suosq; subditos plus æquo grauauerit, agetur cum eo pessime.

Primo quidem peccat omnis qui vectigal postular, non urgente nec instantē causa, quare solui iure debeat.

Secundō peccat, qui non facit hoc, ad quod vectigal institutū est, utpote quū vias haud resicat, pontes haud reparet, nec vadosa flumina transmeabilia curer, nec itineraria secura reddat, nec raptores & piratas insequatur.

Tertio peccat, qui vectigal inique postular, haud secus arcj fur existens, nec eius potest peccatum dilui, nisi exactum restituatur, clamante interiori peccato violentia ad deum pro vindicta: quam dubioprocul ille pro loco & tempore facit, vt alibi Christus testatur.

Nec est q̄ auarī consiliarij, prout solent, vt suam habent partem, principiū secus persuadere conātur, huius omnem violentiam & rapinam iustificantes, falsoq; allegantes Ioseph, quoniam is Ægyptum omnem fame laborantem, Pharaoni vectigalem fecerit: quādoquidem ille bono & æquissimo iure terram emptam fecit vectigalem, non oppresit liberam, non in seruitutem redigit, sed ab inedia liberavit. Cuius causa dictus est in Ægyptiacā lingua Saluator, non oppressor.

Luc. 1, 18

Gen. 47

Fur est vsurarius, qualis est, quicunq; ultra sortē cūpit & accipit, quum vsura sit esca, sit veltis, sit deniq; quocunq; sorti acciderit: utpote q̄ vsura dicatur ab vsu, & sit quidquid in scenore sorti accedit, quoniam ex vsu acquiratur. Quām verò grauiter cōtra deum et eius præceptū peccet, qui plus recipit q̄ vel cōmodato, vel mutuo sub spe vsuræ dedit, dominus deus ipse multis in

VI

FR'D. NAV. IN CATH. CATEC.

Leu.25 in locis arguit. In Leuitico quidem dicit: Pecuniam tuam non dabis ad usuram. Et in Deuteronomio: Fratru tuo id quo indiger, commodato absq; usuram. In eodem: Non feceraberis fratri tuo pecuniam ad usuram, nec fruges, nec quamlibet rem aliam. Et rursus: Fratru tuo absq; usuram id quo indiger, commodabis.

- 2** Non est itaq; quod fortassis usurarij obiciunt, qd vñrando beneficiant proximo: quadoquidem meritum sibi hac quidem parte iniquitas, qm cõstet, eos qui dant usuram, pauperes fieri: istos vero qui recipiunt, diuites, eodemq; oppressores pauperi. Nec est quod obiciit usurarij, quia nemine ad dandam usuram cogat, quem veniant vltro, qui accipiunt mutuo. Hem q bella obiecitio. Nonne (queso) eam veniendo necessitatem pauperies efficit? Quis aut, obsecro, pauperum cogit ad accipendum plus quam dederūt, usurarios? Nec est quod aiunt, si licuit olim Iudeis usuram accipere ab alieno, quoniam non & Christianis? Lex enim dicit: Non feceris fratri tuo ad usuram pecuniam, sed alieno.

Deu.23 Respondeo quidem: falsum esse, nobis licere debere, quidquid olim licuit Iudeis: quum multa sub lege quam sub umbra fuerint & licuerint, quae nunc tempore veritatis aperta & gratia, nec sunt nec licent, ut in euagelio.

2. Cor.10 His et epistolis apostoloru pallium videre est. Deinde falsum dicunt, qd licuit olim Iudeis usuram recipere, id quod nunquam licuit. Quod vero lex dicit de alieno, non concepit, sed permisit Iudeis, ob maximam eorum avaritiam permissio fuit proinde, non usuram cõcessio: sicut & eis quodam permisus fuit libellus repudij, propter duritiam cordis eorum. Iam vero constat, non permitti nisi quae mala sunt: malum est ergo dare ad usuras etiam alieno, quanvis nobis ex lege charitatis nullus esse debeat alienus, sed proximus et amicus unusquisq; cui benefacere possumus, quiq; nostra ope indiger, vt Christus alibi de Samaritano satis aperto arguit.

Heb.10 **Deu.34** Nec est quod fuisse dicunt: quidquid datur de prohibitione usuram, pertinere ad vetus, non aut ad nouum testamentum. Quibus respondeo: & vetus & nouum testamentum

Mat.5.19 **Mar.10** Fur est, qui par sit, inclemens ab eo debita exigit, qui soluendo non est, dicente lege: Si pecuniam mutuo dederit quis pauperi, ne postea velut exactor urget.

Lue.10 Nec est quod fuisse dicunt: quidquid datur de prohibitione usuram, pertinere ad vetus, non aut ad nouum testamentum. Quibus respondeo: & vetus & nouum testamentum

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 208

stamentum damare, explodere & abominari usuram, sicut peccatum longe grauissimum, cuius etiam spem probabat Christus in novo testamento, dicens: Mutuum dare, nihil inde sperantes. Et si mutuum dederitis nisi a quisbus speratis recipere, quae gratia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus fecerantur, ut recipient aequalia.

Addo, usuram recipere, tam graue esse peccatum, ut dominus usurariis non solum minetur mortem aeternam singulariter, sed & temporaneam poenam, dicens: Usuram & superabundantiam accepisti, & auare proximos tuos calumniaberis, &c. Ecce compliciti manus meas super auaritiam tuam quam fecisti, &c. Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras, &c. Et sapiens ait: Pro.28 Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corrueret, & simplices possidebunt bona eius. En quomodo scriptura minatur usurariis mortem, exilium, & bonorum amissionem, id est, paupertatem. Id quod sepe fieri solet in successoribus, ut verificetur proverbiu, quo dici solet: Res inique acquista, non diuitem reddit, sicut eleemosyna non pauperem facit. Atq; hoc est quod scriptura dicit: Qui aceruat exanimo suo iniuste, aliis congeriat, & in bonis illius alius luxuriabitur.

Supereft igitur charifimi, ut indigentibus ex animo mutuemur, & recipiamus quod mutuari sumus, nec quicq; superflui recipiamus: nec contra scripturam pauperes opprimamus usuris, sed open portius illis feramus, scripturæ memoris, quae dicit: Fœneratur domino, qui miseretur pauperis. Cui accedit alia scriptura, dicens: Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo. Ecclesiastes, & in hoc præceptu peccat, qd quod mutuo accepit, non reddit, qm soluendo est, vel quoquo modo creditri existit ingratus, vel debitum negando, vel grataanter non reddendo, fieri solitus aliquando non ingratus solum, sed & ex amico inimicus et offensus ei, qui de ipso meritus est optime, de quo vide totum penè cap. xxix. Ecclesiastes

Fur est, qui par sit, inclemens ab eo debita exigit, qui soluendo non est, dicente lege: Si pecuniam mutuo dederit quis pauperi, ne postea velut exactor urget.

Fur

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

IX Fur est, & in hoc peccat praeceptum, qui pro debito pignus accipit, quo non possit debitor sine suo magna damno carere, nec ipsum creditorē magnopere iuare; cuiusmodi est vestis necessaria, liber, utpote biblicus, aratum, &c. Hinc ait lex: Si impignerando impignerat ueris vestem proximi tui, ante solis occasum reddes ei.

Deu.24 Quo sane casu pauperi est consideranda voluntas, qua si facultas suppeteret, libenter soluerent. Et si quis ingratius fide data non respondeat, non debet propterea creditor ita prouocari, quod male dei precepto respondere incipiat, sed in bono vincat malum: memor, esse Christi,

Rom.12 Mat.5 ani, malis etiam & indignis benefacere. Id quod Deus

Luc.6 noster, qui sequendus est, semper facit.

X Fur est, & contra hoc praeceptū peccat, qui, quā pos-

Leui.19 sit, mercenario, pr̄fertim pauperi, mercedem nō statim

Tob.4 soluit. Hinc lex: Non morabitur opus mercenarij tui apud te usq; mane. Sic Tobias instruens filium suum, dicebat:

Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue: & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Quum proinde dominus tantā habet curam pauperū, caueant tyranni plus aequo tenaces, ne illis violentia quadam negēt mercedem, vel alio modo calumnī faciant: maximē, quia detenta merces,

Ecci.34 contra detentores ad deum pro vindicta clamitet, non secus atq; homicidium. Cūius causa Scriptura detentores mercedis & homicidas fratres appellat, quū utriq;

Deu.24 in uno periculo versentur coram deo, dīcēte legē: Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratribus tuis, si ue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei pr̄cium laboris sui ante occasum solis, quia pauper est, & ex eo sustentat animam, ne clamet cōtra te ad dominum. Legi subscribit

Jacob.5 Iacobus, dicens: Ecce merces operariorum vestrorum, quæ fraudata est a vobis, clamat, & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit.

XI Fur ediuerso est, & contra hoc praeceptū peccat, qui pro mercede non tam diligenter & fideliter laborat & seruit, q; in re sua propria, quīve plus recipit q; meretur,

cuius

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 209

enius conscientia cum deo, qui cuncta videt, testis est: prout hoc tempore maxime fieri solet, quando nullius penitentia salua est, ob nouum euangelion, quod idem fidem gloriatur, omnēm probitatem cōsternat.

Atq; hoc est, quod tam serio Paulus pr̄cipit, inquiens: Ephe.5
Serui, obedire dominis carnalib; cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, nō ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui

Christi, facientes voluntatem dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut domino, & non hominibus: scientes quoniam vnuquisq; quodcumq; fecerit bonum, hoc recipiet a domino, sive seruus, sive liber. Et qui sur hoc est casu, maior est fur communi fure, contra quem valent repugnula: & capto ipso agitur cum eo, vt deinde non ultra furetur: sed hic nec esse fur vult, nec a quopiam furti accusari, quum plus q; alter furetur & noceat: sti hoc modo fur infidelis quisq; & perfidus.

XII

Fur est, & in hoc praeceptum peccat, qui vel mercator, vel caupo, vel institor, vel impostor, vel pistor, vel molitor, vel quisquis mechanicus fraudulent & dolose merces suas vendit, nō quāti debet, sed quāti potest: qui vel iniquo pondere fallaciq; mēsura emptorem circumuerit, qui pro bonis prava obrutit, pro vegetis efūcera subiicit, pro veris fucata adornat, pro syūceris corrupa supponit, pro castis putida diuendit, pro integris oblaſta cōmendat, pro dulcibus amara distribuit: et qui (vt summātū dicā) res vānū exposcas, alieno fūco & colore circunuestit: qui nō, quod debet, vel minus veudit, vt proximū decipiatur: quales sunt, de quibus propheta: Amos.8

Audite, inquit, qui conteritis pauperē, & deficere factis egenos terræ, dicentes: Quādo transibit messis, & vānūdabimur merces iabbārum, & aperiēmus frumentum, vt imminūamus mensuram, & augeāmus solum, & supponāmus stateras dolosas, vt possideamus in argento egenos, & paupēres pro calceamētis, & qui quisque has frumenti vendāmus. Id quod dominus prohibet, inquiens: Non habebis in sacculo diuera pondera, ma- Deu.25
ius & minus. Et iterum: Nolite facere iniquum aliquid, Leu.19

DD in

F R I D . N A V . I N C A T H . C A T E C .
in iudicio, in regula, in pondere, in mensura.

XIII Fur est, & fure peior, qui publicam monetam adulterat, aut circuncidit.

XIII Fur est, & in hoc peccat preceptum, qui vel iudex, vel assessor, vel consiliarius, iustitia et iudicium vel fauore, vel timore, vel munere, vel odio vicit aut peruerit, aut aliter quod est iudicat, ut pote excusat. Id quod usque adeo commune est apud iudices scelus, sed supra quod dici potest gravis, ut scriptura pene nihil aequum tam frequenter et serio detestatur, atque iudicium et officialium avaritiam, que oculos excusat prudenter, & mutat verba iustorum. Quod ne sit, dominus graviter prohibet, inter cetera dicens: Iuste, quod iusti es, exequaris. Id quod iudex facit et assessor, quod ad defensionem iustitiae, virtutis emulatione, et non amore premissi temporalis, excitatur, quoniam iustitia et sententia in iudicio gratis sit imparienda, nec affectionis corruptio gratia preferenda vel dicenda. Cuius causa Iethro quandoam sacer Moysi, iudicem eligendum suaest eum, in quo sapientia, timor dei, veritas, & qui odia avaritiam.

Et peccat in hoc preceptum, non modo magistratus hec faciens, sed & a suis presidibus, vicariis, officialibus, aliisq; ministris fieri permittens, quem morte sit dignus non solum qui facit, sed etiam qui consentit facienti. Debet autem nec magistratus, nec inferior eo, iustitiam vendere, sed ille suis redditibus a communitate constitutis, hic vero suis stipendiis a superioritate deputatis esse contentus, nec quicquam munera pro iustitia vel iniustitate cipere, ut possit esse bearus, qui in, sicut ait scriptura, ex cutit manus suas ab omni munere.

Talis erat Moses, quoniam in seditione Chiores dicerat ad dominum: Tu sis quod nec asellum quidem unquam accepisti ab eis, nec afflixerim quenquam eorum.

Talis erat etiam Samuell, qui quando populus regem peteret, dicebat: Loquimini ad me cora domino & cora Christi eius, utrum bouem cuiusquam tulerim aut aenum: si quem calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & ceterum illud hodie, & restituant vobis.

Esa.1.3
Hier.50
Eze.22
Mich.3
Soph.3
Prou.28
Exo.23
Deut.28

Exo.18

Ela.33

Num.16

1.Reg.12

DE DECEM.PRAECEP. LIB. III. 23
Atque utinam tales iudices, assessores, & consiliarii nunc essent plerique omnes, sed vereor propter iniquos iudices, nunquam magis commune verbum dici ab oppresso, quam nunc,

Ah Gott wie sehr gheet gutt fur ehr,
Vnd gwalt fur recht, das claeg ich armer knecht.
Id quod dominus singulariter prohibet, dicens: Quod iustum est, iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nullus Deus la erit distantia personarum. Ita parvum audietis, ut magnum: nec accipieritis cuiusquam personam, quia dei iudicium est. Et alibi: Non consideres inquit, personam pauperis, nec honores vultum potentis. Atque hoc est quod Sapientia moneret, inquit: Noli querere fieri iudex, nisi viales virtute trumperet iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in* iniquitate tua.

Fur est, ac grauiter in hoc septimum peccat preceptum, qui vel actor, vel reus, vel adiutor, vel procurator vel assessor, vel etiam consiliarius, calumniantur alii quem, maxime pauperem. Id quod sit, quando fraudulentis litibus aliisve dolosis commentis aut ius egeni evenerit, aut impedit, aut iusta sententia progressum removatur: aut litis dilatione, aut appellacionis renouatione sic pauperem fatigat, ut vel noxiaria concordiam iniire, vel non sine ipsis summo damno a litigando cessare cogatur, vnde multoties ad extremam inopiam redigitur. Quo in casu Christiani regis est, ut prouideat, ne tale quid contingat: quem propreterea (sicut ad Salomonem regem dicebat regina Austris de Saba) constituit deus regem ut faciat iudicia atque iustitiam. Cui propterea tantum dedit praeceteris potestatem, ut ipse sedens in solio iudicij, dissipet omne malum intus suu, cuius fremitus est, uti fremitus leonis, et terror eius sicut rugitus leonis

Est insuper usque adeo regis, iustitiam diligere & eam manutenere, ut rex appellari soleat fons iustitiae, quod sicut fons ad omnes aequum deriuatur, ita sine personae respectu iustitia regis omnibus esse debet aequa, nec pati ut quispiam aliquem, maximeq; pauperem, calumnietur, illiq; furetur.

1.Reg.10;
2.Par.9

Prou.20

Leui.19

Eccl.7

XV

DD. 3 Ad

Atque

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

3. Reg.; Ad quod ipsum regē præter cætera cōmouere debet, Primo, q̄ eius singulariter est officij, cuius causa rex à deo constitutus est, vt accipitur ex oratione Salomonis, quam, quum rex creatus esset, ad deum habuit.

Exo. 22 Secundo, quia eis modi calumnia sit oppressio pauperum & innocentium, de peccatis clamantibus pro vincita in celum contra opprimentem, et regē sustinente vel permittere oppressionem, domino dicēte: Vidiū & pupillo non nocēbitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus. Et alibi: Effudi super eos indignatio, nem meam, qui afflixerunt egenum & pauperem, et aduenam opprimebant calumnia ab sp̄ iudicio.

Pro. 22 Tertio, crudelitas plaga, qua deus calumniantes & calumnias in punīt.

Exo. 22 Primo quidem, calumnians (deo dicēte) redigitur in paupertatē ex eo, quod calumniōse detorist à paupere, sicut nemo ditefecit ex substantia inique acquista.

Abac. 2 Secundo, quia gladio percutitur, et aduersus ipsumuscitur bellū, vnde vxores illius sunt viduae & filii pueri. Audiat, qui habet aures audiendi. Vnde propheta: Vt, inquit, qui ædificat ciuitatem in sanguinis, & preparat urbem in iniustitate.

XVI Fur est, & peccat contra septimum præceptum, qui vel decimas iure diuinū & naturale debitas, vt alibi docimus, non soluit, vel falso soluit, vt Cain fecisse dicitur: quas & Christus confirmasse videtur, dicens: Hoc oportuit facere, & illa non omittere. Nec est, quod principes dicunt se decimas ecclesiis donasse, quā seculares principes nunquā habuerint ius recipiēdī decimas, quę semper fuerunt ecclesiæ, quę nōnullis ob vrgentissimas causas recipiendi ius dedit.

Hinc isti suo se gladio iugulant, quod aiunt se habere ius patronatus, quum illud arguat ministeriū, non do minūsum. Siquidē patronus dicitur, qui defendit aliquem in periculo. Hinc ius patronatus aliud non est, quā ius defensionis aut tutelæ. Principes igitur aut quicunque seculares, ab ecclesiis decimas recipientes, non habent eae

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 212

eas iure gentilicio, quasiq̄ hereditario, sed defensionis causa, debentes propter eas ipsis episcopis & eorum ecclesiis, quarum decimis vtuntur, patrocinari, causas eorum agere, ipsos ab infestantibus impiis defendere, atq̄ adeo ecclesiæ immunitatem tueri. Quod nisi fecerint in que decimas accipiunt, furti, sicut alij non dantes, omnino rei, congregantes sibi suarum rerum maledictionem vt illæ etiā lumb manibus euaneant, sequete terum in te rea omnī penuria et caristia: sicut aperto videmus nūc in Germania et alias: sed obsecrati, videre nolumus.

Fur est, & quidem hoc maior fure, vt ipse sacrilegus appelletur, qui (prout proh dolor, hactenus factum est a Christianis, quod impiorum est Turcarum) sacra prophanat, templo demolitur, prædia distrahit, templorum facultas diripit, qui clericos & monachos suis domiciliis contra ius diuinū & naturale extrudit, ac vietu priuat, et in usum siue potius abusum suum prophanū vertit, Caino sacrificanti, & Ananias partem precij vēditī agriante pedes Petri proiicienti, similis.

Huius sane furti (quod, quia rerum est sacrarum deo, singulariter nominari solet sacrilegiū) grauitas & enormitas, ostēditur ex frequentia & grauitate supplicij qd̄ deus sacrilegij inflixit. Postrem ego, sicuti foret operæ preciū, infinita propemodū recēdere exēpla, quibus sole clarissi esset videre, q̄ male semper cesserit sacrilegis, vt pote q̄ nō modo sacrilegia eorū substārias, sicut virga Aaronis virgas maleficiorū Pharaonis, deuorauerint, hoc est, sacrilegi semper deinde cœperint esse pauperes et in fortunati; fed et quia corpore sunt hic temporaliter, et alibi æternaliter puniti sacrilegi. Sed vt temporū parcam, sufficerit vnum vel alterum recensere.

Nōne Manasses ac filius eius Amon, in Iudea reges, quia Hierosolymorū templū spoliarū, opibus regnoph̄ priuati sunt? Manasses enim ab Assyriis diu in Babylonia custodia detētus est, ipse vero Amō, patre liberato, est a suis obtutus in palatio.

Nōne quia Nabuchodonosor Chaldeorū rex, quoniā deūctis per eū Ioachim & Sedechia Hierosolymitā Dani. 2 regi

Malac. 3

XVII

Gen. 4.
Acto. 8

Exo. 7

4. Reg. 22

2. Par. 33

4. Reg. 24

Dani. 2

DD. 8.

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Dan.4 regibus, templum spoliauit, ingenium sensumq; cōmu
nem amittens, deliravit. Id quod nuper quoq; nōnullis
sacrilegis cōtingisse traditur in derisione reliquarū S. Pē
notis episcopi Misnensis. Nōnne Balthazar quoq;
rex, quia vasus templi, quæ Nabuchodonosor proauis
eius abstulerat, in cōuiuijs v̄sus est, vitā etiam et regnū
perdidit? Nōnne Heliодorus tēplum Hierosolymis
despoliaturus, subito concidit in terram, & multa calu
gine obrutus, ē templo in sella gestatoria electus est?
Nōnne Antiochum, templum Hierosolymis expo
lare tentantē, apprehendit dolor dirus viscerū, & ama
ra internorū tormenta, ita vt de corpore impīj vermes
scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius efflu
rent, odore etiam illius & foetore exercitus grauaretur.
Adde q; eis principib; v̄sq; adeo nunq; cesserit ultra
felicitē in bello, qui bona ecclesīa, necessitate aliquot
es etiā cogēte, rapuerūt, vt etiam aduersarij aduersarios
ad spoliacionē templorū quōdam prouocarint, lætarū
sunt, vbi alteri alterorū spoliacionē templorū audierūt.
Nota quidem est vox, auditu dignissima et memoria
tu, quā Fabius ille Max. quondam protulit. Quū enim
ille vīctor ex vībe Tarēto omnia fermē ornamēta pub
lica, prōter deorū statuas rapuisser, quod vt faceret, ab
amicis monitus: Quin iratos deos, ait, Tarentinis relin
quam̄. Erat enim (vī creditur) immemor auri To
losani, qd̄ sacrilegio quesicū, exitio fuisse attingētib;.

Sed quid isthac, quū habcāmus exēpla neglecti sacri
legij longe recētiora: Quē enim fugit, q; misere Anno la
lutis humanae circiter DCC. XIII. cesserit Caralo Mar
tello, filio Pipinī, glorioſo alioq; & victorioſo principi
cōtra infideles, quia propter etiā necessitatē bellorū bo
na ecclesīa sibi usurpauerat, quādoquidem anima illius
ab Eucherio viro sancto, vīsa sit in infernalib; poenis
crueliter excruciarū? De Friderico I. Imp. quid dicit?
Nōnne finistro suasu Petri de Vineis, viri docti & pru
dentis, quū in bello cōtra Alexandrū III. pecunia care
ret, Pīlis, vbi tunc Imp. fuit, templorū ornamēta aurea
& argentea recipiens & spolians, ab illo suo secretario

Vide Po
giū Flor.
in Facet.

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 212
Petro de Vineis audiuit: Injuriam abs te iniuste mihi il
latam (quia prius ipsum oculo priuarat ex inuidia Ger
manorum) vltus sum: tu tibi hominū odia comparasti,
ego tibi deum ex sacrilegio reddidi inimicū. Omnia ti
bi deinceps in deterius cadent. Id quod postea factum
est, vt pote q; Imperator a Papa vīctus, deinde quoq;
q; misera morte perierit. Quo dicto Petrus iste monuit,
res sacras in vsum prophānum nō vertendas. Factumq;
est id Anno domini M. C. LXIII.

Sed inquis: Quā est causa tam singularis enormitatis
huius furti, sacrilegij? Primo, quia templum singulare
dei domiciliū, de honestatū sacrilegio, fitq; ex eo quasi
latronū spelunca, cōtra singulare dñi prēceptū. Secū
dō, quia violatur & diripitur, quod singulariter deo da
tum est et cōfiscatur, nec nisi in diuinū cultus et pauperū
vsum vertēdū. Tertiō, quia diminuitur ex hoc in
terra diuinus cultus, q; vbi prius est multifariā deus lau
datus, ibi deinde laudatus eius aduersarius cācodēmon.
Id quod totum ex Aggeo et Hieremia intelligi potest.

Nec est, quod aliqui fallo obiiciunt, sibi videlicet li
cere recipere ab ecclesiis, que vel ipsi, vel sui maiores ec
clesias dederunt. Respōdeo enim, nōdūm adhuc satis cō
stare, q; ipsi monasteria & tēpla fundauerint, prādiis et
censib; ditauerint: verum potius constare, longe ma
tem partem de suo fundas & dorasse quondam Mar
tyres & Confessores, & adeo quidem aliquoties de su
is eleemosynis pauperes, vt ecclesiis et eorum ministris
consulerent, vt in trito adhuc prouerbio dici soleat: Bo
na ecclesīa, esse bona pauperum.

Principes igitur & quilibet potentes, qui suis bonis
ecclesiis expilant, pauperum eleemosynam sibi arripi
unt, & Martyrum, & Confessorum.

Esto q; sint principes vel alij, qui ecclesiās vel funda
runt, vel dotarunt de sua substantia; nō tamen licet eis,
quod deo vel alteri semel datum est, maximē in pium
& bonum vsum, & iustam ob causam, repetrere: quum
non sit eorum vltorius, sed eius cui datum est.

Nec est, quod dicunt, quoniam bona ecclesīa male

Pergo

DD 4

dispens

Mat.21
Mar.12
Luc.19
Ioan.2

Agg.7
Hier.7

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

dispensentur per eam ministrorum. Respondeo, nec id qui dem iustum esse causam, ob quam quod dederunt, recipere debeat, quoniam principalis ipsa causa & intentio, propter quam dederunt, bona est: maxime, quod ipsi receptis honoribus peius aburantur, verentes ipsa in prophanis pompe hisus seculi abusum, nihil inde pauperibus retribuente. Id quod videre est apud eos, qui quoniam in Boemia, & nuper in Germania monasteria & ecclesias indignissime depopulati et depredati, sibi solis, nihil autem aliis, haec sunt: quorum tamen paucissimi dirati sunt, sed potius ab eo tempore utramque natione in pauperiem redacta, deo sic sacrilegia more suo iuste vindicante.

Nonne melius fuisset, ut substantiam ipsam illegitam finissent, & ipsum modo vitiosum accidens reformarent, praesertim quod nec sacerdotes, nec monachi substantiam auferant, sed eo solo aburantur aliquoties, quod inde colligunt supplicium habitu propterea suum?

XVIII

Fur proinde quoque est, contraria hoc dei praeceptum peccat, sacerdos & monachus, qui res ecclesiasticae & sacerdotiorum non ad quod instituta sunt, sed ad sua lucra dispensat, in voluptate prodigit, vel virtute tenacitatis sibi reseruat, vel in vanam pompam conuertit, unde pauperes deberet alere, qui frigore laborant & inedia,

XIX

Mat. 10.
3. Re. 13

Fur est, idemque peccat contra septimum dei praeceptum, qui vel vendit vel emit sacerdotia vel sacramenta, quae gratis conferenda sunt, iuxta Christum dicentem: Gratias accepistis, gratis date. Talis fur erat Hieroboam. Quicunque enim volebat, implebat manum eius, & fierbat sacerdos excelsorum. Atque ob id eius est euersus dominus & delecta de superficie terra. Talis erat fur Simon iste, ad quem Petrus dicebat: Pecunia tua tecum sit in perditione. Talis fur fuit Giezi seruus Helisei, qui, quoniam pro gratia spirituali impartita Naaman, vestes accepit & argentum, factus est leprosus.

Act. 8

4. Re. 5

XX Fur est coram deo, & in eius septimum praeceptum grauiter peccat omnis, qui titulo hereditario exigit aut accipit quicunque, cuius ipse non est heres, nec ad eum pertinet: sed vel fraude, vel violentia se ingerit in hereditatem. Quod

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III.

213

sane pacto fur est omnis adulter et adultera, et qui ex ipsius nascitur, conas parcer cum legitimis habere partem hereditatis: cuius, quia spurius & nothus est, esse particeps nequit, sed contra iustitiam poscit & accipit, quod legitimorum est, prout non ius modum humanum cauet, sed & diuinum.

Ex cuius decreto quondam fratres ipsius Iephre, ad ipsum, quia mater eum cum adultero clam conceperat, Iudic. 18 dicebant: Heres in domo patris nostri esse non poteris,

quia de adultera matre natus es. Ex eius quoque iuris decreto, Sara coniuncta Abraham, dicebat ad ipsum de Ismaele filio, nato ex Agar ancilla: Eisce ancillam hanc & filium eius. Non enim erit heres filius ancillae cum filio

Gen. 21

meo Isaac. Id quod deinde Paulus per allegoriam repetit. Gal. 4

Quia vero Abraham propterea fecit quod Sara iulit, Ismaelem, quanvis filium dilectum, euiciens, quoniam ille non prorsus ex adulterio conceperat, quod ideoquidem ipse Abraham ad Agar accesserat coniugis affectu & ordinatione diuina: quanto magis ab hereditate fratrum spurius erit excludendus, quum plane, si quid hereditatis contra verorum heredum voluntatem reciperit, fur sit, & ipse etiam adulter, eum ad hereditatem capientem instigans. Id quod sexagenimo causa est litium, discordiarum & bellorum, quae deus avertat.

In summa fur est, & contra septimum dei praeceptum peccat, qui vel fraudulenter verbo aut facto cum proximo agit, vel agere firmiter sibi proponit, quicunque contra iustitiam quidpiam aut usurpat, aut occupat, vel ad hoc ipsum consilium, persuadet, imperat, irritat, conuict, aut quoniam alio modo non seruat erga proximum naturam regulam, habentem: Quod tibi fieri vis, aliis facito: Quod tibi fieri nolueris, alteri ne feceris. Hactenus de multiplici furto: superest, ut generatim de eius grauitate dicam.

Mat. 7

Luc. 6

Tob. 4

Etsi enim quocunque peccatum, qualis est omnis mandatorum dei transgressio, vel ideo satis graue sit ac reputari debeat, quia peccatorum separata a deo, perpetuo damnatur ac perdat, ynam tamquam altero dignoscitur esse grauius, ex pœna plerisque, quoniam deus propriea infligit peccati. Ita peccatum adulterii probauimus esse facile grauissimum,

DD. 5 Q

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

¶ vix aliud atrocius esse punitum a deo legamus.

- Exo.22** Primum proinde furti grauitas ex hoc subindicatur, qd
Leui.24 olim lex mandauerit, quatenus fur deprhensus, vel qui libet aliquid damnum faciens, aut septuplum redderet, aut se cum omnibus suis in perpetuum seruum daret ei, cui furto aliquid abstuleret, etiam necessitate cogente, scripturam teste. Sic Zacharias aiebat ad dominum: Si quem defrauda nisi reddo quadruplum. Et quare Zachaeus: Quia, inquit, lex dei, quia ratio & religio hoc dicit, hoc suggredit.
- Dani.4** Nec est, quod hoc peccatum se quis eleemosynam redire posse speret. Impietas enim est, ex rapina eleemosynam facere, vel ad plium usum conferre, scriptura dicere: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi si qui victimat filium in conspectu patris. Nec etiam putanda est eleemosyna, sed crudelitas potius & iniuria, si vel pauperibus vel ecclesiis dispensatur, quod ex illicitis rebus acquiritur. Nonne, quoso, iniuria esset, si duos quospiam videres, alium nudum, alterum vero inclitum, spoliare vestitum, et indueres nudum? Proinde simili citer furtum non modo reddi debet, sed & si fieri potest, de proprio non nihil addi. Secundum furti grauitas ex hoc elicetur, qd raro vel nunquam de furto vere perindeatur, raroq; remittatur ipsum. Reliqua quidem peccata delicti confessione & poenitentia remittuntur: sed admittendum furti peccatum, non sufficit poenitentia, sed opus etiam est restitutio plenaria, sicut dixi: quoniam sententia est catholicon doctorum, Peccatum non remitti, nisi ablatum restituatur. Id quod ethnicus quondam rex Cyrus intelligens, reddidit vasorum quea pater eius Nabuchodonosor abstulerat.
- Si vero ablatum vel ideo reddi non posset, quia vel deus, cuius esset, ignoraretur, vel non superesset, neq; haeres ipsius, arbitror in usus prius rectius esse vertendum, summa nihilominus adhibita pro furto poenitentia: vel si furto haberet, oporteret adesse firmum reddendi propositum. Terriore, grauitas furti dignoscitur ex hoc, quod Paulus ipsum numeret inter peccata capitalia, utpote idolatriam & adulterium, cuius maledicitur a prophetis.

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 214

phetis inter illa specialiter.

Sed ait forras: Si modo furari & rapere, tantum est coram deo peccatum, quoniam dominus olim per Mosen Hebreos mandauit, ut acciperent ab Aegyptiis vasorum aurea et argentea, vestesque preciosas, utque deprædaretur & spolias rent Aegyptios? Respondeo, hoc ipsum nihil habere cum hoc præcepto commune, quoniam fuerit mandatum dei, cuius est terra & plenitudo eius, de quo iudicandum non erat, sed obedientium, qui nouit qd iuste mandauit. Serui est, obedienter facere quod ille mandat: quoniam a priuata cupiditate mentem defecatam habet, ac dei iustitionem insequitur, peccare non potest omnino. Sic illi deo obtemperantes, furtum non commiserunt, sed deo iubente mysterium impleuerunt.

Sed iterum dicas: Si tanta furti peccati grauitas est, quoniam scriptura dicit: Non est grandis culpa quoniam quis furatus fuerit? Respondeo, scripturam hoc ipsum dicere duas ob causas: Primum, quia furtum sit leuis culpa in comparatione adulterij, criminis omnium grauissimi, prout superius ostendimus. Secundum, quia sit leuis quandodammodo culpa, quando fit ex ineuitabili necessitate, quoniam non est aliud modus pellendi famam quam furto: quoniam alioqui sit grandissima culpa, si vel manuum labore, vel alia quacunque ratione famam pelli possit.

Cæterum adhuc queri solet, an magistratus in euangelica lege merito morte fure puniar, quando crimē furti quondam sub lege Mosaica morte non plesteretur. Respondere, non immerito magistratum sub euangelio punire, sicut alia crimina, morte furtum, cuius autorem, ut plurimum punit, quoniam lex iudicialis & politia Mosi non etiam sit in gentes translata, sed docet euangelium presenti potestati prorsus obedientum esse: cui propter ea facultatem legum condiciorum dedit, ac ut in fontes a pacis & communis societatis perturbatores, seuere animaduertat, permittit, dans gladium, ut timori sit ipsa malorum operis, & vindicta in iram ei qui malum agit. Mat.23 R.12

In hoc tamen casu magistratum censco monendum, ne sit appetens sanguinis, neque acceptor personarum, Act.10 nec

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

neq; furculum, qui vel ob necessitatem quid modicum furatus est, spem etiam frugis ac melioris vitaे promittentem, temere suspéndat: publicos autem homicidas, adulteros, raptore, latrones, ac pauperū direptores, qua cunct; corruptione liberos abire sinat, contra dei præceptum, quo prohibetur in iudicio haberit personarum acceptionem, prout modò leges ferè omnes fieri ac esse videmus, vt telas aranearium, quæ muscas debiles capiunt, aues vero dimittunt. Sed vt aues auctipis amitem, pedicas, retia & viscum perrumpere non possunt, sic nec isti poteris peccatores, vt ita dixerim, qui vel quā liber hic agant etiā sine conscientia securi, effugere nequeunt, Paulo teste, iudicium iudicis dei iustissimi.

Cuius sanè intuitu, charissimi, mutuo nos diligamus, non offendamus: nec nos solum ab omni furto, hoc est, a quavis fraudulenta usurpatione rei alienæ penitus abstineamus, sed & caueamus, infideliter quocunq; modo inter nos, siue verbo, siue facto agere: nostrisq; manibus diligenter & fideliter operemur, vt habeamus, unde, hortate Paulo, quod & ipse fecit, necessitatem patientibus largiamur. Sic fieri, vt nec illi, nec ipsi nos quoquo modo fures simus, nec alterius rei raptore.

De octavo præcepto. Cap. XV.

Non falsum testimonium dices, Exod. xx.

ET si neoterici modo, præfertimq; schismatici, hoc octauum dei præceptum sub istis verbis legant, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, & sub eis quoq; verbis legatur & in Exod. & in Deut. ego tamen hoc ipsum præceptum, velut audistis, sub aliis verbis, vtpote, Non falsum testimonium dices, exprimo. Id quod nemo miseretur, nec existimet me versus dei quicq; vel addere, vel demere: sed potius ex hoc intelligat, me, sicut nec alibi, nolle esse singularem, quales pleruncq; semper schismatici sunt & heretici, quales esse & haberit volunt, sed planè catholicū, hoc est, viuiferalem libenter amplectentem consuetudinē catholicæ ecclesie, quam pleruncq; duntaxat credimus. Ipsa vero catholicæ ecclesie in Germanica præfertim na-

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 215

tione, multis iampridem annis ita hoc idem octauum præceptum legit & expressit, vt ego lego & exprimo.

Nec propterea sit dei verbo vel additio, vel demptio, quum nihil illi addatur, quod ei contrarium est: nec deemitur, quod necessario adest: sed plane manet idem in utraq; lectione sensus & animus, licet ipsa vox siue verbum, mutetur. Id quod nihil referit, quū vel nostri maiores, & adhuc quidem doctissimi homines adfirment, de verbo litigandum non esse, quū vel de tensu vel corpore constet. Quod vspq adeo verū est, vt etiā Paulus praecipiat vitare pugnas verborū. Qui et ipse propterea pauperiter legit & exprimit hoc octauum dei præceptū, sicut legit catholica ecclesia, quæ procul dubio non modo sequuta est Paulum, velut integerrimū dormini verborum interpretem, nolentem villo modo verbum dei adulterari: sed & Iesum Christum, ipsum deum & dominum legislatorem, qui sic legit & præcipit.

Nec est qd fortasse dices, in ecclesiæ catholicæ adeoq; mea lectione, obmitti verbū, cōtra proximū tuū. Siqui dem respōdeo, hoc ipsum verbū prorsus intelligi virtute præcepti, quod, sicut oīa, pro proximo latū est. Et qd multa? Nōne liberū est vertēti, vt possit qbuscūq; verbis vertere, modo latoris & autoris verū sensū sequac?

Iam itaq; vt ad declarationem præcepti descendam, sciendum est, rationem ordinis huic octauo præcepto Ibide non minus q; careris perq; pulchre constare, quum diciatur: Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, vel, Non falsum testimonium dices.

Quā enim deus ille Opt. Max. ierio velit proximū nobis diligiri, nec illū quoq; modo offendiri, nec in eius corpore, nec in eius uxore, nec in eius substitū: ipse vero proximus nō modo hac ipsa habeat, sed superfit illi thesaurus adhuc alius, qui est bonū nomen, quo ille vspq adeo nō potest carere, si modò honeste, prout oportet, inter homines viuere vult, veluti re quapiā contēptibili, vt etiā bonum ei nominē melius sit, scriptura teste, q; vel vnguē Pro. 22 ta preciosa, vel diuinitatē multæ fieri sane soler, vt ipse nos sit & que nos nocere debere proximo in eius fama atq;

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

In eius substantia, quum homo penè magis nullus sit,
qui est sine bono nomine, q̄ qui est sine temporaria sub-
stantia. Id quod ethnicus ille Cato sciens, aiebat:

Omnia si perdis, famam seruare memento!

Quam si perdideris, postea nullus eris.

Ad tutandum igitur bonū proximi nomē, dominus
ipsum dedit octauū præceptū, dicēs: Non loqueris &c.
Et recte nimis tū post secundā tabulae præcepta, quibus
mandatur, ne quo modo fratrem nostrum opere lāda-
mus, tum in corpore, tum in bonis: subiectū præcep-
tum, quo præcipitur, ne verbo fratrem lādamus.

Iam verò in p̄mis scendum est, hic quoq; à parte
totum intelligi debere, sicut in superioribus præceptis.
Quemadmodum enim idolatriæ nomine nō tantum
illa crassa, sed & illa cordis & interna venit: item periu-
rii nomine, omnis illicita dei nominis usurpatio: sabba-
ti item, omnis spiritualis vacatio: ad hæc homicidij nos-
mine, omnis proximi lāfio in personā redundans: mo-
echiæ verò, omnis illicitus coitus: & furti deniq; nomi-
ne, omnis noxa rebus proximi illata: sic hoc in præcep-
to falsi testimonij vocabulo venit omnis noxa, qua per
linguam proximum afficimus.

In quo quidem præcepto dominus non modò prohi-
bet opus, sed & omnes causas & occasiones, quibus ad
ipsum falsum testimonij peruenitur. Quinimò non so-
lum prohibet in eo dñs ipsum opus, causam, occasionē
sed & affectionem firmā. Ipse enim saluator noster, ma-
gister perfectionis, vīm huius præcepti ad cor ipsum et
affectionis transfert, inquiens: Quæ procedunt de ore, de
corde exeunt, hoc est, ea quæ in corde latent, & quū p̄g-
betur occasio, foris erumpunt, coquinant hominem.
De corde enim exeunt cogitationes mala, falsa testimo-
nia, & blasphemia. Quibus sanè verbis innuit, eum
quoq; dicere falsum testimonium, qui vel dicere cogi-
tar, si detur occasio. Prohibet igitur dominus in hoc præ-
cepto omnem linguæ abusum. Vnde sequitur, multissi-
mam ab homine peccari contra octauum dei maximi
præceptum. hocq; ipsum fermè semper fieri mendacio,

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 216

& quidem ita, vt omnis qui metitur, habeatur pro eo,
qui falsum dat testimonium, quando falsum & menda-
cium nihil penè discrepent.

Vt autē apertius dignoscatur, qui metiendo falsumq;
dicendo, cōtra hoc domini præceptū peccant, sciendum
est, eum mentiri, qui fecus loquitur, aliterq; p̄ se fert, q̄
in mente habet, proindeq; mendacium esse fallax vocis
& gestus significationem cum fallendi intentione.

Sunt autem multa mendaci genera: quæ etiā peccata
sunt vniuersa, non tamē rāque grauia, sed eorum quæ
cum sic excusatione digna, vt interim vix pro venialis
bus habeantur peccatis.

Necessarium mendaciū est, quo quis innocēs in vītē
discrimine sibi cōsulit, vt si fecerūt & metiti sunt Abra-
ham & Isaac: qui ne propter uxores suas interficerētur,
dixerūt eas esse suas sorores. Ita quoq; David corā Achi
rege Geth, simulauit se stultum, vt sic mortē cuaderet.

Gen.12

Gene.20

1.Re.22

Officiolum mendaciū est, quod nulli nocet, & aliis
cui prodest, quod aliquoties etiā vel necessitatis ratio,
pietate, misericordia, zelo religionis suadente, quodam
modo extorquet, quanvis interim videatur alijs nocere.
Sic metiti sunt obstetrices illæ Hebreæ, quū dixerūt
mulieres Hebreæ passim callere artem obstetricandi, Exo.1
nempe vt tali mendacio efficeret, vt tuto possent seruare
pueros Hebreorū masculos. Ita Raab quoq; officiose Ios.2.6
metita est, quū dixit nuncios Hebreos abiisse, vtpote,
vt sic, quod perfecit, illos officio protegeret, vītēq; con-
seruaret. Ita quoq; Judith mentita est, Holofernemq; Judith.13
decepit, vt patriam saluaret. Jacob quoq; simulauit se es-
se Esau, consuendo manus & collum pellibus heedo-
rum. Iosue quoq; simulauit fugam ab eis, qui erant in ci-
uitate Hai, vt egredierentur persequentes, & eos vel sic
ad interencionem cōderet perderetq;. Et Iehu rex Israel
simulauit se colere Baal, vt eius sacerdotes omnes ad se
allectos conuocaret atq; occideret.

Exo.1

Ios.2.6

Judith.13

Gen.27

Ios.8

4.Re.10

Qui licet homines fuisse p̄j credantur, & nihilomi-
nus tamē vel ipso gestu metiti fuerint, & quidem offi-
ciose, nō tamē eos cōficio nobis in exemplum trahēdos:
quās

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

quandoquidem virti sancti, qui videntur in duobus illis mendaci generibus mendacium dixisse, causam sui vel necessarij vel officiosi mendacijs habuere, et quidem spiritus instinctu ducti & recti: quae quidem causa, eorum mendacium vel excusat, vel commendat.

Primo quidem si attenderimus eorum animum, certe inueniemus eos fuisse ab omni fallendi proposito penitus alienos. Secundo, quia totus spiritus, quo ducti sunt, mysterio ac ordinationi dei subseruit. Tertio, quia iudicem homines sancti sic sua verba et facta temperauerunt ut vix eos quispiam commissi mendacijs possit arguere. Abrahā enim & Isaac in vita discrimine apud impios constituti, non oīno mentiti sunt, quū & adfirmaret, vxores suas esse suas sorores, quū Hebrei oīs quotquot de vna cognitione sunt, fratres & sorores appellari soleāt.

Gene. 17 Quod vero Jacob fecisse legitur, planè mysticum est, electioni dei subseruit. Nec enim omnino falsum erat, quod ipse Jacob se dicebat esse primogenitum, quū ipsi Esau primogenita sua vēdidiſſer, & dei electiōe primo genitus cēseretur, quēadmodū et nos dei gratia & beneficio per fidem Abrahā filij vocamur: quippe in benedictionē, Hebrei quidem ex carne Abrahā descendentes promisram, sed ob infidelitatem ablatā, surrogati.

Nec vacavit mysterio, quod fecere Hebraicq; illa obſtrices: nec item quod Dauid, quod deniq; Judith illa fecit. Addo illud tantum, quod et Augustinus sensit, ob

Re. 21 Judith, strectrices videlicet illas non ob id fuisse remuneratas, quia fuerint meritæ, sed quia ex pietate erga deum infantes Hebraorū liberare studuerint. Nec Raab cōmēdatur mendaci nomine, sed q; certa de voluntate dei, pie egerit in liberandis nunciis Hebraorū. Holophernes quoq; latro sacrificius, non nisi per mulierē debuit tolli: nec fuit ex omnibus mulieribus dignior, decentior Judith: quare eam dominus ad tam arduum opus elegit. Eius proinde zelus, quē pro lege dei habuit, excusat mendacium. Et ipse quoq; Iosue in bello iusto simulatione nō peccauit. Ciuiusbus enim Huius nullo sacramēto fuit obstrictus, neq; villas cum eis belli, pacis, vel induc-

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 217

induciarū pactiones init. Quod si fide data iusfisset abiecta arma, & se se dedere, & post irruisset in eos & trucidasset, sacrificius & periurus et effusus sanguinis omnino reus fuisse. Recete proinde seruauit fides Gabaonitis, quanvis cōtra eum omnis multitudo murmuraret. Huius cūibus nihil debuit, sed dñō debuit, vt se militē illi fidem exhiberet. Et in iusto bello simulationib; & omnistrategemā genere militesq; ducesq; vti licet. Nec euā hoc casu peccauit Iehu, quia dixit sibi grande votū esse & sacrificiū Baal. Zelo enim dei hoc dixit, vt accipiterus ex verbis, quae ad Ionadab filii Rechab protulit, inquiēs: Veni mecum, & vide zelum meū pro dñō.

Quām vero idem Iehu vir fuerit animi fortis, nō mēdax, nec plenus rimarū, licet hinc intelligere, q; si neq; sibi mis̄is obuiam nunciis, & pacē petentibus, vel verbum quidem pro pacis sacramēto respondit, immo cōtra dixit: Quid tibi & pacis? Præterea, quū ipse rex Iorā illi obuiam currū occurreret, dicens: Pax ne es! Iehu ille nihil regi promisit, nullam de pace fidem illi dedit, id est, ne vnius quidem verbi, sed cōtra verba hostilis animi respondit, dicens: Quā pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuae & beneficia eius multa vigēt. E regione quū interrogaret ipse Ionadab filii Rechab, Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo? Et ille responderet, Est: data fide, eum ad se in suum currum levauit, dicens: Veni mecum, & vide zelum meum pro domino.

Non est itaq; quod quilibet Christianus in hoc ipso officioso mendacio sequi velit eiusmodi, quos recentius, sanctorū hominū exēpla: quorū necessaria & officiosa mendacia, eas videmus habuisse causas, quae vel ex cufant, vel, quia ductu spiritus facta sunt, diluit. Jam vero Christo nato, quis dicere audeat, se instigāte spiritu, vel officiose, vel zelo misericordie & pietatis, aut mēditi, aut simulare: quū Christus aduētu suo omnibus typis & figuris veteris legis, in quib; omnia cōtingebat, finem fecerit, qui solus gratiam & veritatē attulit? Etsi enim doctores catholici, officiose necessarioq; mentiri, Ioann. 1. Cer. 20. crimen esse capitale non censeant: pronunciare tamen EE non

Iosue. 9

4. Re. 10

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

non audent, omnino non esse peccatum: quin etiam peccatum esse definiunt, sed excusabilius, quando verbum etiam oiosum, peccatum esse credatur.

Matt. 12

Peccat igitur grauiter in hoc octauum praeceptum, et in secundū primē tabula, qui perfuga clām vel palam duci, sub quo meret, sacramento aut iure iurando obstrūctus, deficit ab eo, ipsūq̄ fortassis in hostium suorum manus redigit, quales fuerunt quondam Alchimus & Bacchis, qui de Israelitis ad Demetrium regem defecērunt, & illis plus mali quam gentes ipsæ fecerunt, mententes se amicos, non autem defertores.

Peccat quoq̄ dux ille, qui quī dat aduersariis indicias, & pacem recipit, daraq̄ fide arma abscere iubet: deinde ruit in inermes, ac eos occidit: quinetiā pacta & conventiones, quas suis literis & sigillis confirmat, statim rescindit, utpote perjurus & perfidus, nihil habens cū prædictis exēpli sanctorū patrocinij. Etsi enim fortassis ille bonum dei zelum habeat, grande tamen est peccatum, perjurio contra fidem dataim peccare, quum hec ipsa hosti eriamnum sit seruanda. Quod quia quondam nō seruauit Sedechias rex, sed fidem Nabuchodo-

Iosue. 9

nos dātam fregit: causa fuit q̄ deo permittente, reges Chaldeorum alcederint in Iudeā, & eam vñā cum Hierosolymis perderint ferro & igne, multis hominum millibus partim trucidatis, partimq̄ in captiuitatim in Babyloniam abductis. Caeat ergo Christianus, ne sub pena mortis etiam aeternę, fidem fallat vel mentitur, etiam apud impios, & quidem pietatis causa, scriptura prohibente, quum dicit: Noli velle mentiri omne mendacium. Caeat quoq̄ prorsus, ne mendacio pietatis causam prætexat: quandoquidem, teste Paulo, nō debemus facere mala vt eueniāt bona.

3. Esdr. 1

Iocorum mendacium est, quod vt nemini obest, ita & nemini prodest, utpore oblectandi causa dici solitū. Jam vero tametsi sic ioco mentiri, non illico capitale mortaleq̄ sit peccatum, fieri tamē potest mortale, bisariā.

Eccl. 7

Primo, si quispiam frequentius affuerteret ita mente endo iocari. Id quod scriptura prohibet, dicens: Noli

Rom. 3

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 213

mentiri omne mendaciu. Assiduitas enim illius mala est.

Secundo, si quis nec suo loco & tempore mentiretur ioco, quemadmodū faciunt aliqui concionatores, qui sic in suis ad populum sermonibus mentiuntur mendacis jocosis, vt auditoribus vel hinc placeant, vel vana cedulitate fallant ac imbuant, quasi loca scripturarum nō longe sunt mendaciis efficaciora ad persuadendum: quum sic mētiendo diuini verbi maiestati detrahūt, doctrinam fidei suspectam faciūt, sc̄p̄ demum ip̄sos leues reddūt, quantūuis alioqui graues doct̄q̄ videri velint.

In primis enim memores esse deberent loci, qui templa est, non autem theatrum vel scena, vbi vel deo orari, vel serio doceri debet.

Deinde memores esse deberent, quem docēnt, nēpe Christum, qui quum sit ipsa veritas & grauitas, nec mēdacio vult testari, nec ioco prædicari.

Insuper memores quoq̄ esse deberent, qualia verba esse debent, quibus doceant, nimirū verba dei, non mis̄ta fictis mendaciis, quē soliditatem auferunt. Hinc Petrus: Si q̄s inquit, loquitur, quasi sermones dei loquatur.

Atq̄ hoc est, quod Paulus suum Titum & quemlibet doctorem monet, dicens: Tu autem loquere quæ decent sanām doctrinam: Verbum sanum irreproachable, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

Ego sane suaderem prorsus abstinere à mēdaciis, vel quamlibet iocosis: & quidem ideo, quoniam nihil addiscit, & ipse quoq̄ Paulus damnat omne stultiloquii acq̄ etiam urbanitatem, quam vocant, ad rem non pertinentem: & præcipiat, vt sermo noster sale sit conditus, non immemor domini, dicentis, de omni verbo ocioso rationem esse reddenda. Apologos vero istos pudicos, nec leues, cuiusmodi est ille apud T. Liuium de mēbris corporis, et apud Alopū de ranis & ciconia et trīco, & hoc genus alii, non prorsus improbo: quū ferme sint miles parabolis, pietatem habentē annexam, quibus nemo Christo melius est vīsus.

Perniciosum & malignum mendacium est, quod EE a nom

Matt. 15

Marc. 15

Luc. 19

Ioan. 2

Ioan. 14

1. Petr. 4

Tit. 3

Ephes. 5

Coloss. 4

Matt. 12

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

non modo nulli prodest, sed et alii nocet, ex malignitate & animi duplicitate prodiens: eo nimis sine fine dici solitum, ut proximo vel vite, vel fama, vel honorū extenorū iacturā afferat: id quod semper eternae damnationi obnoxium est. Solēt autem eiusmodi mēdaces esse duplices, & vtrīq; peccare grauius cōtra hoc octauū dñi prēceptū.

Primo quidem mendax malignus, est priuatus, et est multiplex: & vñusquisq; peccat cōtra hoc octauum dñi prēceptū.

Peccat quidem, qui adulatur, gratiā captans, nihil non laudans & vituperans ad beneficium eius cui adulatur, pestilentissimus existens inimicus, etiā in persona amici frequēs apud diūctes et potētes, quibus nihil eque deest, q; qui veritatē dicat eis. Et hoc est quod ait scriptura: Melius est a sapiente corripi, q; stultorum adulatio ne decipi. Et sunt meliora vulnera amici, q; fraudulentia oscula inimici, id est, adulatoriis.

Peccat, qui detrahit alteri, vñsq; adeo, quod scriptura dicit, dei esse abominationem, eū qui detractor est: et ipsum quoque, qui faciles aures prēbet detrahēti: quū Bernardus teste, vñterq; diabolū portet hic in aure, ille in ore.

Peccat, qui temere iudicat, et quidem maxime nō suo loco, contra prēceptū domini dicentis: Nolite iudicare, vt non iudicemini, de iis videlicet rebus, quę possunt et bono & malo animo fieri, quę dei iudicio sunt cōmittida, nec de alterius corde proferenda est sentētia temere.

De quibus admonet Apóstolus, dicens: Tu quis es qui iudicas seruū alienū, qui domino suo frat̄ aut cadit? Opus suū probet vñusquisq; et sic in semetipso gloriam tantū habebit, et nō in altero. Vnusquisq; enim onus suū portabit. Et rursus: Nolite ante tempus iudicare, quo ad usq; veniat dñs, q; et illuminabit abscondita tenebrā, et manifestabit cōfilia cordiū: & tunc vnicuius glauis erit a deo.

De iis vero rebus, quę natura prorsus mala sunt, plaus manifesta, iudicare nō prohibemur, ex verbo domini dicentis: Ex fructibus eorū cognoscetis eos. Omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit.

Primo

Eccles. 7

Pro. 24

Matt. 6

Roma. 14

Gala. 5

1. Cor. 4

Mat. 7

Luc. 6

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 219

Primo tamen in hoc casu iudicandi respiciendum est, vt non aggrauemus crimen, sed nostræ quoq; memores, infirmitatis, retinentes cum odio criminis charitatē personæ proximi: vt pote, si possumus, vt ait Bernardus, excusemus actionē: si nō, excusemus intentionē sive intentionē, excusemus tentationē. Ad quod hora tur Apostolus, dicens: Fratres, et si p̄reoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerāte te ipsum, ne & tu tēteris. Quod ut faciamus, exigit charitas, quę operit etiā multitudinem peccatorum, volens cum mādato dei quoque mala proximi vel omnino tegere, vel semper aliquo modo, si fieri potest, excusare.

Secundo, ne iudicemus in debito tempore & loco, vt pote quando iudicando nihil prodessemus. Si aliter iudicaremus, certe excideremus à charitate, & malum non corrigeremus adeo, vt ipsum deterius etiam faceremus. Ita scriptura prohibet argui proximum abste in cōiuīsiōni vini, quod scilicet prorsus si intempestuum corrīpere inter pocula, vbi peccantem non ad pœnitentiā, sed citius ad furorem concitaueris: & cōporatores nō ad misericordiā, sed magis ad cōfēptū et dīlaceratiōnem proximi cōmoueris. Quo sane plurimum & maxime hoc quidem tempore peccant concionatores, qui ex suggestiōni nihil non conūsiorum ac probrorum inēcōdēs p̄fides, pontifices, sacerdotes, monachos ac monachas congerunt, toti in hoc occupati, vt promiscua mobilisq; plebs, eos auribus palpantes, nō vulgari plausu excipiat, illos vero summa contumelia afficiat, conspuat, lapidet, atque adeo concitata seditione perdat: bis vt pote grauius & periculose peccantes, tum quia absentes & indefensos pessimorum criminum, quasi ceteri omnes à peccato sint immunes, vt se etiā existimat insimulant ac traducunt: tum quia in eos saeuis verbis apud incōditam plebem detonantes, nihil aliud agunt, quam quod vulgo fenestrā aperiunt, autoritatem seniorum ac ecclēsia p̄fēdū eleuandi, ac sinistram suspcionem disseminandi, contra Paulum, volentem vt se

Gala. 5

1. Pet. 4

Eccles. 3

EE 3 nice

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

2. Tim. 5

niiores nō increpemus, sed obsecremus ut patres: neve presbyteros non solum non temere accusemus, sed ne accusationem eorum, nisi sub pluribus testibus, recipiamus: ut interea si leam, eiuscemodi criminaores verbo dei turpiter abuti.

Efa. 3:8

Quod quidem rei quā recognō, video sane nos magis verorū cōcionatorū laborare penuria. Aut enim plerique omnes loquuntur, vt ait propheta, placentia: aut cum larvīs luctantes, & aēra verberantes, in Papam & episcopos absentes, nelcio quā grandia detonant, aut paradoxa, nefcio quā certe non fatis causa holica, nec ipsa fatis cognita, crepant de fide & eius generis alia. Quando de vitiis & virtutibus, quā fidei sunt argumenta, dicunt, ita ieiune agunt, vt circulatoribus q̄ concionatori bus longe sunt similiores, non vel audentes vel nolentes. Quandoquidem neq; vulgus audit eos, qui contendunt hulcus tangere. Ipsi verò magnates vbi audiunt eos dilacerare canonem Missæ, ipsamq; Missam vocare abominationem, mox putant eos cōcionando referre Petrum & Paulum, quum magis testentur se esse Antichristos, a quibus, secūdum Dani'el'm, sit auferendum Missæ sacrificium ob peccata nostra. Id quod & secundum eundem certissimum signum est interitus & finis huius seculi. Cæterum vbi audiunt istos inuehi contra eorum vanam gloriam, auaritiam, luxuriam, adulterium, inuidiam, blasphemiam, crapulam, tyrannidem, rapinam, & iuris negligientiam, & id genus vitia, mox aiunt ipsos esse vel scandalosos vel sediticos.

Dani. 11

Similiter quoq; plebs ipsa, quum audit concionari contra triplicem coronam pontificis, cōtra dignitatem & apicem episcopalem, contra pileos Cardinalium, contra plattas & cappas, sal & oleum, & quum audit pēs causa ecclesiæ ceremonias & cultus dei, confitudinesq; damnari: quātū audit nullam traditionem, nisi quā in scriptura exprimatur, esse probandum: mox eiuscemodi concionatorem censet esse euangelicum & apostolicum, quum tamē nihil minus sit. Sī audit obedientiam, humilitatem, castitatem, moderationem, sobrietatem,

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 220

brietatem, temperantiam, & alias virtutes doceri, suaq; via reprobari, mox indignabunda cedit loco: nimis vero adeo adest modo tempus illud nouissimum, de quo Paulus ait: in quo prædictit ille futuros, qui fātam doctrinam non essent accepturi, sed essent coaceruaturi ad sua desideria sibi magistros, auribus prurientes, auersus rauditorū à veritate, ad fabulas autem conuersuri. Ab iis omnibus, vt ait propheta, furor domini non est auras, sed adhuc manus eius extenta, in quam, sane Paulus aiebat esse horrendum, iūcidere.

Tertio, si priuatum in nos peccatum fuerit, ipsum pecatum ex Christi præcepto priuatum, hoc est inter nos & ipsum corripiamus: quos si nō audierit, adhibeamus nobiscum unum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, qui si adhuc non audierit, dicamus ecclesiæ. Quam si nec ipsam audierit, si nobis vt erhnicus & publicanus. Atq; hoc nimis pacto deus in hoc suo præcepto vult, ne cuiquam male obioquiamur, etiam si ille reus sit mali, & hoc nobis consterit: ion, ge minus, si nobis de eius malo nihil certi cōstat, sed ex auditu dūntaxat habemus.

Sed inquis: Nunquid non dicam quod verū est? Imo dicas, sed coram ordinario judice. Sed aīs: haud possum, quod scio, testificari palam, timēs ne perperam inhi cedat, si quod assevero, non probauerō. Atq; ideo, inquam ego, si nō poteris, vt iuris est, coram ordinariis personis probare malum, cuius aliquem accusas, fac digito compellas labellum. Si scis, pro te scias, non pro altis. Et si enim latius dixeris, tamen vti mendax habebaris, quia verum ipsum facere nequis; imo facis vt malignus homo, quum nulli debeat bonum: nōmen auferri, nisi prius alicui palam sit ac ordinarie ablatum. Ita nimis di ci modo solet falsum testimonium, quicquid non possumus, vti edūnit, testificari. Propterea quicquid sufficiēti testimonio manifestum non est, nemo debet nec manifestare, nec pro veritate reuelare. Et quidem summae sim, quicquid occultum est, dimitti debet occultum, vel ad minus occultum corripi. Ideoq; quisquis sis, noli

2. Tim. 4

Baruch. 8
Heb. 10

Mat. 18
Deu. 17
Ivbi. ff.
de testib.

EE. 4 (V)

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Gala.3

(vt ait scriptura) linguam nequam & detrahentem audiēre: sed sepi aures tuas spinis, et increpa detrahentē, qui deo odibilis est, vt verecūderur, & labia contineant quī alioqui proximum diffamabit, nec ex infamia facile liberabit ipsum. Cito quidem eripitur alicui mētiendo, vel etiam verē dicendo, bona fama: sed non usq; adeo cito restitu potest, qua tamen vir bonus post vitam nihil habere paret nec melius, nec carius, nec utilius.

Iam verō, licet detractore, hominibusq; male obliquente nihil sit perniciōsus, inītū tamen est, q; pleriq; oēs malint de proximo male, q; bene, dicere & audire. Atq; licet ipsi n̄t adeo simus mali, vt mīnime pati queamus, vt quispiam de nobis aliquid mali dicat, sed veli mus pleriq; oēs, vt totus mundus de nobis optime sentire ac loqueretur: pati tamē nequimus, vt optime sentiat & dicatur de aliis. Quām ergo rectius fecerimus, vt si forte fortuna detractoris cōuicia in proximū audiēmus, consilium sequeremur sapientis, quum dicit: Audisti verbum aduersus proximum tuum: commoriorūt in te, fidens quoniam te non dirumperit. Hactenus de priuato mendacio, nunc de publico.

Publicū mendacium sive solenne est, quod fit in iudicio publico, solennitatibus adhibitis & ritibus consuetis. Id quod proprio falso dīci solet testimoniu, quod fuit peculiare quodammodo iudeis, cōtra quos singula riter latum est hoc à domino praeceptū octauū. Fit autem & datur falso testimonium multis sanē modis:

Prīmō quidem falsus est testis, qui proximū falso defert, & ad tribunal s̄sistit: quales erant duo seniores iſi, qui falso mendaciterq; detulerunt Susannam.

Secundō, qui planē fecus q; res habet, contra quempiam testificatur, hoc est, falso dicit: quales fuerūt, qui maiſtiose testati sunt contra Naboth. Tertiō, qui celat veritatem: quū non modō proditor sit veritatis, qui facit hoc, sed & qui nō libere pronūciat veritatem, vel dice re tergiuersatur, quum vnuſquisq; tenetur ad veritatem dicēdam defendendamq;, maxime in iudicio, vt inde iudex informari, reus & actor iustificari, cōcordia & pax iustau-

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 222

Heb.6

Instaurari, sopriq; possit omnis lis, discordia et inimicitia, quū alioqui veritatem dicēdam tacēs, vel eam dice re tergiuersans & recusans, deum, qui veritas est, contēnit & negat coram hominibus, iudicem fallit, & proximum lādit, et multorum malorum instaurator, et bono rum est impedito, vt pote pacis, amicitiae, cōcordieq;.

Ioan.14

Quartō, qui verum testimoniu vendit, et si testis alio, qui sit verax, quia tamen mercede verum dicit, quod si ne præmio non proferret, pro falso teste habetur: veritatem de falso suspectam faciens. Id quod neq; iudex facere debet, docente ad Macedonium Augustino: Gratis enim quod verum est, dici proferriq; debet.

Eheu si contra octauū dei præceptū peccat, qui verū testimonium & iudicium vendit, q; putas grauiter peccet in idem præceptū testis, qui testimoniu iudex, qui sententiā aduocatus, qui patrocinii: procurator, qui administratum: notarius, qui ministeriū, vel qui uis alius presidiū, aut in iudiciis, aut alibi contra veritatem & iustitiam, cōtra proprię conscientiae dictamen, cōtrāq; recta rationis suffragium quoquo modo tulerit ac dederit, prout à mundo condito frequentius, q; alibi, fieri solet in iudiciis & cōciliis Cæsarum, regum, principum, & id genus satraparū, & quidem potissimū trīpliciter:

Nu.23

Ecci.20

Prīmō, propter munera, xenia & dona, quā (scriptus rateste) maxime excēat prudentes, subuertūtq; verba iustorū & iudicū, qui propterea maxime prohibeunt accipere munera. Quorum acceptoribus ipse dñs seruo minitatur vg, dicens: Vx̄ qui iustificatis īpium pro munib; & iustitiā iusti aufertis ab eo. Et quale vx̄ nimis ī perditionis. Ignis enim, dīcēte scriptura, deuorabit tabernacula eorū, qui munera libēter accipiunt. Etsi quoq; victoriā & honore acquirit, q; dat munera: tamē animā accipētiū auferet, ait alia scriptura: Qui aut odit munera, viuet. Et rursus ait dñs: Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animā sanguinis innocentis: quin ino non accipietis preciū ab eo, qui reus est sanguinis.

Esa.5

Iob.15

Pro.17

Pro.22

Deu.27

Num.23

Id quod fecisse tradit scriptura filios Samuelis, qui de clinauerūt post auaritiam, acceperuntq; munera, & per-

EE 5

werte

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

vesterunt iudicium. Qui excutit manus suas ab omni
munere, iste (vt propheta dicit) in excelsis habitabit.
Esa.33 Sed proh dolor, audio hoc ipsum, licet grauiissimum, pec-
ca:um tram frequens esse, vt pene nemo possit aliquā
habere iustissimā etiam sententia executionem, quam
tumuis sustinē & commissam à superiore, nisi qui largi-
tur munera. Cuius causa oportet, vt pauperes opprimā-
tur, quia largiri non possunt: quorum deinde oppresio
clamat ad celum pro vindicta, quam certo facturus est
dominus vel in ipso actore, vel in eius hærede. Videat
Pfal. r. 9

Luc.18 igitur qui se muneribus sumunt corrumpi pro iniuria-
te facienda, quam nec pro vero & a quo quicq; sit acci-
piendum: peccatq; grauiiter, qui quod ex officio tenetur
facere, non autem facit ipsum, nisi dato munere.

Secundo corrumpuntur iudices, consiliarij, testes &c,
propter acceptancem personarum, q; videlicet respe-
ctum habent, an sint vel nobiles vel ignobiles, diuites
vel pauperes, potentes vel impotentes, amici vel inimi-
ci &c. quum tamen hoc sane casu nulla debear esse per-
sonarum ratio, quum non sit hominis iudicium, sed dei
optimi, qui quum non sit personarū acceptor, nec eius
vicarius esse debet, sed sine personarū acceptance iudi-
dicare. Hinc Iacobus ait: Si personam accipitis, peccati
Deu.2 operamini, redarguti à lege, quasi transgressores. Siqui-
Ro.2 dem lex dicit: Nulla erit distantia personarū, ita parvū
Gala.2 audieris ut magnum, nec accipieris cuiusq; personam,
Act.2.10 quia dei iudicium est. Quod scriptura deinde declarās,
1. Pe.1 ait: Nolite despicere hominem iustum pauperem, et no-
Jaco.2 lite magnificare virum peccatorē diuitem.
Deu.2

Ecc.42 Atq; hoc quoq; (proh dolor) tam modo frequēs esse
fertur peccatum, vt mox desperetur de vera sententia,
vel commissione, vel consultatione, vbi intelligitur ac-
ceptio personarum esse in catena quam vocant.

Vt autē tam grande peccatum & scelus, in ipsis iudi-
cibus & consiliariis & testibus & aliis caueatur, neceli-
saria sunt aliqua facta: Primo, vt illi iuxta consilium
Exo.18 Iethro, quod Mois dedit, sint viri sapientes & timentes
deum, in quibus sit veritas, & qui oderūt avaritiam, quia
sint

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 222

sunt fortes & imperterriti. Quales non fuerunt filii Sa-
t. Re.8 muelis, ideoq; noluit eos populus habere in iudices Is-
rael. Qui enim volunt recte, vt debent, iudicare & testi-
ficari, & per ipsam sententiā & testificationē verā pene-
trare; necessum habent, vt aliquoties amicos, sororios,
vicos, cōsanguineos, diuites & potentes, qui possunt
ipsis multū vel prodesse, vel obcesse, cōmoueant. Ideoq;
oportet, vt omnino cōsci fiant, aures claudant, vt nec vi-
deant nec audiant: sed recta procedere, viaq; regia pro-
Deu.5.16 fici, nec in alteram declinare partem affectionis cau-
Deu.17 sed quicquid proponitur, recte iudicare & concludere, ita vt semper deum, non hominem, p̄œ oculis habeant, qui retributor est & iustitia & iniustitia.

Secundō, vt iudic. s. à testibus non tam cito iuramen-
ta postulent, nec temere, nec statim quolibet ad testifi-
candum admittant. Debent enim ipsi de re testificanda
prius diligenter percontari, qualesq; sint testes, explorare.
Sunt enim qui non admitti debent in quacunque re
vel causa, prout eos recensem hoc distichon:

Ætas, conditio, sexus, discretio, fama,

Et fortuna, fides: in testibus ista requires.

Siquidem testes sunt dubij, mulier, puer, seruus, nimia
laborans inopia, mente captus, infamis, Iudeus, ha-
reticus, & apostata.

Atq; hoc est, quod est dñs deus olim certissime sciret
peccata Sodomitarū, tamen dixit: Clamor Sodomorū
multiplicatus est, & peccati eorum aggrauatum est ni-
mis. Descedam, & videbo vtrum clamor ē qui venit ad
me, opere cōpleuerint. Sed quorū deus descēdens voluit
videre, quod vidit, nisi vt daret iudicib; exemplum, vt
ante iudicū causam diligenter discutiat, ne quouis mo-
do falsum dicatur testimoniu contra dei præceptū, quo
prohibet omnē lingua abusum, atq; omne mendacitū.

Primo autem peccati falsi testimonij grauitas eluce-
cit ex hoc, q; dicere falsum testimonium, est vnum ex
sex istis, quæ deus secundum scripturam singulariter
odit & abominatur. Secundō, quod scriptura spe-
ciatim dicat, testem falsum non manere impunitum. **Pro.6**
Pro.19 &

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Pro. si & mendacem omnino perituru, & quidem bifariam
Primò quidem temporaliter, quoniam falsus testis,
quia iudicem metiendo fefellerit, & proximū læst, sit in
famis; et restituere debet fratri, cui incōmodauerit qui
Dan. 13 dem calionē ferre, vel certe puniti iuxta legem, quemad
modum lapidati sunt, qui Susannam detulerunt de adul-
terio, propter quod fuerat ipsa occidenda.

Ioan. 8 Secundò externaliter, quia deum aternum & eius ve-
ritatem, quae manens in aternū, aeterna est, contempsit.

Est igitur falsus testis itemq; calumniator, vspadeo
coram deo abominabilis, vt a doctoribus nō modo lu-

Ioan. 8 dē Ischarioti conferatur, nec solum Antichristo, qui ve-
ritatis est hostis; sed & ipsi diabolo, qui pater est mēda-
ciorum, propterea q; calumniator dici cceptus. Hinc &
scriptura vocat eos, qui dederunt falsum testimonium

3. Re. 21 contra Nabothe, filios Belial. Vere proinde dixit Christus, Iudam & Iudeos qui falso tradiderant ipsum, ma-
torem habere culpam, quam vel Pilatum, vel milites

Ioan. 19 qui crucifierunt ipsum.

Caveamus itaq; modis omnibus, ne falsum testimo-
nium contra proximū loquamur. i. ne noceamus illi lin-
guā nostra, nec animo, nec cōsilio, nec auxilio: ne defera-
mus eum, nec obloquiamur illi, nec quicquā mali quod
clam est, de ipso apud alios loquamur, sive sit illud ve-
rum, sive falsum: nec peccata illius dilatamus, nec mani-
festemus: nec eius verba vel opera, quae media sunt, in
peiores, sed in meliorem partem vertamus, nec vt alij
faciant, concedamus, sed ei vero testimonio contra
quoscunq; calumniatores & susurrones adsimus; sic fieri,
vt eum amemus velut nos ipsos.

De nono precepto. Cap. XVI.

Non concupiscas rem proximi tui, Exod. xx.

Hoc sane loco repetitū volo, quod initio declaratio-
Exo. 20 nis octauī præcepti paucis omnino præfatus sum.
Deu. 5 Etsi enim hoc nonum dei præceptum, in Exo. & Deut.,
sub iisce verbis sit expressum, Non concupiscas domū
proximi tui, subdanturq; deinde res aliae, quae pertinēt
ad domū, cuius appellatione lex ipsa nō solum adfici-
sum,

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 23

uni, quod domus appellatur, intelligit: sed & agros, pra-
ta, areas, hortos, & deniq; oēm substantiam et rem, que
ad domū & eius sustentationē pertinet: tamē haec tenus
ita expressum est. Non concupiscas rem proximi tui.

Atq; nimirū maiores isti nostri recte prorsus vni sunt,
pro vocabulo domus, vocabulo res: quoniā res sic vox,
q; domus, in significazione sua longe fusior & generalis
or, omnia, sive corporalia, sive incorporalia, Paulo iure
consulto teste, cōprehendens. Cuius etiam causa à diale-
ctis appellari confueuit terminus transcendens, sub se
continenis nō modō quicquid ad dominum & eius susten-
tationē pertiri, et, ied & omniem substantiam, qualitas
tem, & actionem. Quae quidem omnia, si proximo fue-
rint, dñs in hoc suo præcepto concupiscere prohibet.

Tametsi autem hoc præceptum poterat intelligi sub
septimo præcepto de non furando, quo prohibetur om-
nis iniusta quarumlibet rerum acquisitio, possessio, re-
tentio & usurpatio, facileq; possit cōstare, eum qui rca-
lum facinus prohibet, simul etiā prohibere malam vo-

Mat. 19

luntatem & concupiscentiam cordis, vnde mala facta
& facinora procedunt: ipsum tamen non modō præcep-
tis, de non furando, præcepti, declaratorum est, ve-
rum etiam speciale et quidem per se, vt ita dixerim præ-
ceptum est, quo dominus deus etiam qualemcumq; cu-
piditatem & conatū furandi prohibet: & hoc quidem
potissimum contra Iudeos olim. Licer enim isti, legē dun-
taxat sequētes humanā, quę duntaxat oris et operis pec-

3. Re. 18

cara cohibet (quoniam homines solum, quae foris appa-
rent, vident: deus autē intuetur cor) ex ipsis passim pro-
phetis scire poterant, nō tantum opus externū atq; etiā

Plal. 5

conatū ipsum, sed etiam malum cogitationū ab oculis
divinis auferri debere, quandoquidem peruersta quocunq;
cogitationes a deo separant: vñq; adeo tamen in circuncis
si fuere cordis, rudis et duri, vt arbitrarentur ipsum dum
taxat opus malum, nō autē voluntatē ad ipsum malum
perficiendum, esse peccatum. Atq; ita purabit furum mo-
do, non autē cogitatiū & consensum furū, esse peccatiū,
prout ex ipso Iosepho, illustri alioqui doctoz. Judge, p. 2
obligare.

a. Mac. 9 obscure patet. Cum enim Polybius homo ethnicus, Antiochum illustrem misere periisse ceteraretur, ob id illum, q[uod] voluerit tantum ac destinari spoliare templum Diana, Iosephus ipse reprehendit eundem Polybium, q[uod] sic absurde sentiat, illum propter malam duntaxat voluntatem periisse, quum is nullatenus peccauerit, nul loqu[er]etur teneretur, qui tantum peccare cogitauerit. Quo sane casu Iosephus, vt cung[er]t Iudeus alioqui preclarus, ethnico Polybio longe fuit non modo crassior, sed & magis impius, q[uod] post hanc de non concupiscendare aliena laram legem, non creditit etiam malas concupiscentias & cogitationes peruersas a deo damnari possiri, si modo consensu accedat, prout sole clarius intellegimus ex hoc nono domini præcepto, si habere: Non concupisces rem proximi tui, siue (vt est in Exodo) Non concupisces domum proximi tui, non seruum, non arcillam, non bouem, non asinum, nec omnia quae sunt illius.

Exo. 20 **Deu. 5** Quod autem dominus deus post aliquot enumerata particularia connectit hoc universale, Nec omnia quae illius sunt aperito vuln[e]r[um] ut appellatione domus, & genus & familiam & famulitium & statu & ordinu[m] & opes & facultates, & breuiter omnem hominis possessionem, intelligamus, quemadmodum & in scripturis significari solet, vt cung[er] rarius. Nam si strictius accipiatur vocabulum domus, tantum significat familiam, non etiam seruos & ancillas ac reliquas res. Cuius causa legislator diserte subiunxit, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quae illius sunt.

Hoc igitur nono suo præcepto dñs non modò prohibet maleficium, sed & vitiosum affectum & conatu ad ipsum maleficium, dicēs: Non concupisces rem proximi tui: videlicet eo animo, ut velis ipsum proximū tuū nudare facultatibus, insultis quibusq[ue] rationibus, viis, mendis, & adiunctionibus malis. Primo proinde peccat in hoc præceptū, speciatim non solum qui rem alterius quāuis iniustis, sed etiam qui permisiss apud homines rationibus, & (vti dici consuevit) sub furis colore, manus appetit, idq[ue] cum incommodo & proximi iactura.

Nec

Nec enim talis tam fauet proximo, ut certe debet, q[uod] sibi, oblitus præcepti apostolici, non quae sua sunt considerans, sed ea quae sunt aliorum, qui sibi bene consulerit e[st]e vult, licet interim male consuletur sit proximo: qui ad iuris rigorem omnia exigit, penitus aequitatis oblitus, idq[ue] sui cōmodi gratia: qui occasionem damni dat, & qui damno proximi non perinde atq[ue] suo afficitur. Id quod certe Christus haud fecit, qui quod docuit fecit, dicens: Amen dico vobis, q[uod] diu fecistis vni de iis fratribus meis minimis, mihi fecistis. Hinc quod Saülus Christianis male fecit, hoc sibi Christus fieri censu*it*, inquietus: Saule Saule, qui d[omi]ne me persequeris?

Sectiō peccat in hoc ipsum nonum præceptum emptor & venditor, itidemq[ue] percontator, qui in contrahendo decipit, licet intra iusti precij dimidium, quāuis lex ciuilis ob id contractū nō rescindat. Sed est in hac et alia parte, non fori, sed poli lex potius attendenda et seruanda. Quae, sicut naturæ lex, præcipit: Quod tibi nō vis fieri, alteri ne feceris. Ideoq[ue] siue quis sit venditor, siue emptor, dimicem dolum detegere, ac proximum de rei astimatione ac precio admonere debet, nec abuti in suum commodum emporis vel aratæ, vel ruditate, vel incuria, vel neſtitate. Tertiō peccat in hoc præceptum domini, qui pactum reemptionis sic adstringit, ut euoluo certo tempore, res nunquam ad venditorem (qui eam distrahere coactus est) redeat, et si id lex ciuilis permittrat. Quartō peccat tutor & curator, & quisq[ue] cui vel persona, vel res aliorum sunt commissæ, quum finit eum, cuius tutelam gerit, genio indulgere, siue in omnem malitiam ruere, ut ipse tandem eius bona ad se petrahren possit: aut qui negligenter in eius rebus, q[uod] in suis agit.

Quintō peccat in hoc præceptum, qui corrogandis opib[us] plus nimio vel auarius indulget, oblitus huius prophetae, dicentis: Væ qui coniugitis domū ad domū, & agrū agro copulatis vsc[er] ad terminū loci.

Sextō peccat in hoc præceptum, qui operum miseri cordia tam spiritualium q[uod] corporalium, ut vocant, obliuiscitur: quando scilicet opem ipsius, proximi calamitas

Deu. 6**Mat. 22****Mar. 12****Mat. 25****Act. 9****Mat. 7****Luc. 6****Tob. 4****Esa. 5**

a. Ioan.3 tas & miseria expectat; quam si negauerit, fraterna charitas non meminisse culpetur. Atq; ideo Ioannes ait: Qui habet substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo: Siquidem hoc in præcepto maxime precipitur in proximum charitas, que est, ut adeo etiam diligamus proximum, ut nihil plane rei, quod eius est, cum istius incommodo concupiscamus, medium nobis iniuste vel violenter usurpemus.

Sed ne quispiam hoc in præcepto impingat, sciendum est, hoc quod diximus, de non concupiscenda proximi, sic intelligi: vt tunc quis committere in hoc ipsum præceptum dicatur, quoniam eo animo rem proximi concupiscit, vt in ea suum cōmodum querat, incursum interim, num hinc proximo cōmodet vel incōmodet. Nam qui iubetur in omnibus proximi utilitatem querere, suum verò commodum proximi utilitatibus posthabere, ac proximum (quod in ipso est) iuuare, reus indubie erit corā deo, si suam duntaxat utilitatem, non proximi, spectet. Ceterum si proximus sua sponte rem suam distrahere cupiat, facturus ex precio maiore, q̄ ex re ipsa, fructum; ipsaq̄ bona fide & mente sincera ab illo eam sibi comparet, nullius peccati reus est.

Ipsum enim euāgelion legitimos contractus, qui descendunt ex iure gentium, quod est pars iuris naturalis, haud quaq̄ abrogavit. Hac enim vel maxime solum in omnibus cōtractibus & actionibus nostris ipse dominus noster requirit, vt animus erga fratrem noster sit sincerus, vt oculus simplex, vt intentio recta sit, vt proximo suos successus, perinde atq; nobis nostros gratulemur: vt ipsi diuitias ac sua cōmoda saueamus; vt nostra sorte contēti esse discamus: vt nostram vocationē haud aspernemur: vt proximi conditionem non desideremus præ nostra: vt illius res non ambiamus cū illius iactura.

Summatim, vt voluntate nunq̄ nocendi, sed semper cōmodandi proximo habeamus: ita quidem, vt interea nobis liceat (modo hanc rectam intentionem conferuemus) iusto labore ac etiam contractibus facultates no-

bis

hisparate, si sic paremus, vt illis bene utamur, ac egentis proximo, sicuti necessitas exegerit, succurrere spōte velim: quando summa omnium decem dei optimi præceptori illuc tendat, vt ipsum deum optimū præ omni bus et super omnia modisq; omnibus diligamus, et proximū nostrū sicut nosmetiplos. Id quod facile faciemus, sacerdos quod hucusq; paucis docutinus, & posthac quoq; quatenus opera præcium fuerit, docturi sumus.

De decimo præcepto. Cap. XVII.

Non concupisces vxorem proximitui, Exod. xx.

Q uod in superioribus diximus, hoc ipsum quoq; dicimus in præsentia. Licit enim nonum præceptum de re proximi non concupiscenda, poterat intelligi per septimum præceptū, de non furando; deus tamen ipse optimus non modò voluit ipsum nonum de re proximi non concupiscenda, septimi præcepti de non furando esse declaratorium, sed & per se habendum esse præceptum, quo præcipiat concupiscentiam et voluntatem ad furandum rem proximi, sub poena virandam, velut in alio prohibet opus ipsum furti.

Sic etiamnum, licet hoc decimū de non concupiscentia vxore proximi, facile poterat intelligi per præceptū sextum. Non mœchaberis: ipse tamen deus Opt. Max. hoc de non concupiscenda vxore proximi, non solum voluit sexti, de non mœchando, præcepti esse declaratorium, sed & per se habendum esse præceptū, quo præcipiat, submouendam etiam esse concupiscentiam ad mœchandum, sicut in sexto præcipit omnino ne mœchia ipsa facto committatur: quod ipsi quondam Iudei duxat esse prohibitum credebant, non autem voluntatem ad mœchandum esse prohibitam: credentes nec bonas voluntates, nec concupiscentias ad bonū aliquod, esse appræmiandas, nec malas esse puniendas: quum magno pere grausterq; toto cœlo deerrauerint, quando rem seculi habere nō modo potuerint ex iisce postremis duabus secundæ tabulæ præceptis, quibus ipsa etiā concupiscentia prohibetur, intelligere, versetū ex prioribus scripturis et prophetis, vt pote hoc vbiq; dei iuslū requiri

Deu. 6
Mat. 22

FF rentis

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

rentibus, q̄ nō tantum externum opus & ipse conatus attendatur apud deum, sed & cor ipsum, adeoq; voluntas ipsa secundū quam, quicquid agimus, iudicari solet, prout intelligimus à Christo, dicente: Quę procedūt de ore, de corde exēunt, & ea coinqūnant hominem. De corde enim exēt cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes, turta, falsa testimonia, blasphemia. Hęc sunt quę coinqūnant hominē. Atq; hoc est quod dominus ait per prophetam: Lauamini, mundi estote, auferite malū cogitationum vestrarum ab oculis meis.

Non igitur deus maximus opera duntaxat mala, sed & ipsas cogitationes concupiscentias & volūtates ad ea mala perficienda, prohibet, prout aperto facit in hoc postremo suo præcepto, dicens: Non concupisces vxorem proximi tui.

Cuius sane decimū præcepti, sicut & aliorum omnium, vim nullibi melius & clarius et certius dīscimus, q̄ ex Christo ipso: qui exterum dei verbū, vt est legislator, ita nimirum est eiusdem optimus interpres. Quod enim lex Mosaica dixit, Non mœchabetis: intellexit ludeus, prohiberi tantū externum adulterium. Christus vero interpretatus est, non tantū hoc veritū, sed omnem etiam mœchandi affeſtū, dicens in suo euangelio: Audiatis quia dictū est antiquis, Non mœchaberis. Ego autē dico vobis, quia omnis qui viderit mulierē ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quod vero dicit ipse dñs Iesus, Audit̄is quia dictū est antiquis: non est intelligendū, q̄ ipsa lex antiqua dicat, solū opere non esse mœchandū, sed quia ipsi quondam prisci Iudici sic intelligebāt et dicebāt: quandoquidē lex ipsa dixerat, Non concupisces vxorem proximi tui.

Quo quidem verbo dominus non modo ipsum mœchatum, sed & concupiscentiam mœchatus prohibet. Cuius quidem causa dicebat ad siros ipse dominus discipulos, & ad nos omnes: Amen dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarū et phariseorū nō intrabitis in regnum cœlorū. Audit̄is quia dictū est antiquis, Nō occides, qui aut̄ occiderit, reus erit iudicio.

Ego

Matt. 15

Esa. 1

Matt. 5

Ibidem

DE DECEM PRÆCEP. LIB. IIII. 226

Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Si quidem ipsi pharisei & scribæ putauerunt se satis esse iustos, q̄ sibi cauerent à malis exteriorib; operibus, & si non cauerent à malis cogitationib; et voluntatib; vt pote q̄ puraret̄ dei præcepta, prohibitiua esse solum operum exteriorum, quibus vnuſ alteri nocet ipso facto, non etiam actuum interiorum, vt pote rancorum, odiorum, malarum voluntatum, & desideriorum nocendi: quemadmodum quoq; credebāt solum esse prohibitū externum adulteriu, quando lex diceret: Non mœchaberis. Ne proinde quoquo modo se excusare possent, si concupiscenter mœchati, nō autem perficerēt mœchatū, dominus addit hoc decimum præceptum: Non concupisces vxorem proximi tui.

Primo proinde peccat in hoc decimum dei optimū præceptum, qui proximi vxorem desiderat animo cum ea mœchandi, prout etiam Christus ait: Omnis qui viserit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

Secundo peccat in hoc ipsum præceptum, qui inuidet proximo, q̄ talē conjugem nactus sit, quam ipse sibi, si detur illa occasio, vxorem esse velit, etiam cum proximi incōmodo. Quod quidem vitiū apud Iudeos, Deut. 24 quibus repudiū concessum erat, & frequētius et euiden tius erat, vt pote q̄ permissione legis abutētes aliorū vxores solicitarēt, vt vel morostate, vel alia quapiā ratiōe diuorti causam marito præstaret, quo isti, foluto matrō, monio, eis potirēt. Quod sane peccatū erat grauissimum.

Tertio peccat in hoc præceptū, qui despontatā alteri abstrahit & abalienat, quāuis id pretextu iuris faciat quo declaratur, matrimonii per verba (quę vocat) de præfentī contractū, sponsalia prius inita dirimere.

Quarto peccat in idem præceptum, qui virū aliquę præstaſtem, principi vel rei publicæ, cui non sine magno cōmodo feruit, subducere molitur.

Quinto quoq; peccat in ipsum, qui vel famulos vel mercenarios suis dñis ac heris immorigeros facit, qui veſ eos abducit; atq; adeo, qui nō monet ac hortat, vt apud

Matt. 5

Deut. 24
Matt. 5, 19
Marc. 10

FF a domis

& si malæ sunt, à deo separant.

Secundo colligimus, cum nos damari per malas cogitationes & concupiscentias, quum nos sponte nostra delectandi causa prouocamus eas in mente nostra, vel quādo nos eis cōsentimus. Sincē quidem cōsensu nostro peccatum mortale fieri nequit, vt accipimus ex Iacobo, dicēte:

[80.1]

Vnusquisq; tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, patet peccatum: peccatum vero, quum consummatum fuerit, generat mortem. Quibus vtq; verbis Apostolus sa-

tis aperto subindicat, in fidelibus concupiscentiam nō anteā esse peccatum, nisi cū conceperit & pepererit. Cōcōpit autē suggestione & delectatione, et patet assensu.

Suggestionē fieri solet vel per memoriam, vel per corporis sensus, quū videlicet aliquid videmus, vel audimus, vel olfacimus, vel gustamus, vel tangimus. Delectatio sub inde sequitur, si truendi appetitus affligeret incipiatur: si ta-

mē adhuc et suggestioni et delectationi nō cōsentimus sed eam iure rationis dominantis coercemus & cohībemus, peccatum non committimus. Sin vero con-

sentimus, plenum peccatum erit, deo quidem optimo maximo notum in corde, qui cor purum requirit, licet ipso facto non innotescat hoībus. Id quod in ipso pro-

toplasto facile cognoscitur. Considera enim, quo fiat illic pācto suggestionē à serpeate, et quedam ab ipso suasio:

Genes.

in ipso autem appetitu carnali tanq; in Eua, delectatio suboritur: in ratione vero, tanq; in viro, consensio. Qui homo demū, cōsummato peccato, tanq; exul de paradi-

so, hoc est, de beatissima luce iustitiae, in monte expellitur: idq; prorsus iustissime. Qui enim suadet, non cogit: quādo constet, tum demū naturas omnīū suam seruare pulchritudinem, si in suo ordine gradibus suis cōsistat,

vt consequens sit, de superioribus, in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora nō esse declinādū.

Nec quisquam hoc facere cogitur: & ideo si fecerit, sine iusta defensione punitur. Non enim hoc committit inuitus, prout dominus ait ad Cain: Quare iratus es, & quārū concidit facies tuā? Nonne si bene egeris, reci-

Gen.4

PF; pies

Matt.,

pta, qui non abstinet ab omnibus appetitionibus, concupiscentiis, & affectionibus, cū lege dei simpliciter repugnantibus: quales sunt, res alienas aut conjugem aut pueros aut famulos cum incommodo proximi apparet, suos aliis successus ac dei beneficia inuidere, & id genus alia concupiscentia. Quādoquidem hēc ipsa nouissima precepta duo, prorsus ē inētibus nostris sui nostrisq; amorem profligatum esse velint, summanq; animi nostri puritatem desiderant, immunditiamq; detestantur, quum dominus ipse cor mundum requirat, & solos eos qui mundo sunt corde, beatos pronūciet. Mundum vero cor est, quod totū in dei & proximi amore est effusum: quod non sua querit, sed ea tantum, que dei sunt et proximi: quod proximum diligit propter deū, nō propter vllum temporale commodum: quod fratri confitit, non quād hinc aliquid emolumenti sibi redditum est sed quia proximus est, & propter deum. Sin vero temporale dētaxat commodum spectet, sibi duplex cor facit, quo prohibetur à videndo deo, in cuius sola visio ne sita est beatitudo certa ac perpetua,

Esa.2
Sap.1

Primo proinde colligimus ex iis omnibus, que dicta sunt hactenus, ad impletionem perfectam mandatorū dei non opus esse solum, vt verbis & operibus exteris oribus seruentur, sed & ipsis quocq; voluntaribus & cogitationibus, quas oportet esse mūdas, quas ipse quoq; deus maximus in iudicium, teste scriptura, ducit, quae

&c

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

p̄fes: Si autē male, statim in foribus peccatū tuū aderit. Sed sub te erit appetitus eius, & tu dñaberis illius. Quā proinde ratio in sua fede confilit, nec declinar ad peccatum, immunis est homo, quanq̄ fomes ebulliat. Atq̄ hoc est quod Paulus ait, nihil esse damnationis in iis, q̄ sunt in Christo Iesu, modo abstineāt a cōsensu, et nō se, cundum carnē ambulent. Qui propterea dicit: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediat cōcupiscētiis eius. Id qđ videtur desumptissē ex scriptura, dicere: Post cōcupiscentias tuas ne abeas. Abit autē post concupiscentiam, qui suggestioni locum præberet.

Ex iis modo sequitur, eos vel hemeter errare & peccare, qui dicunt nobis deum præceptis impossibilia: nec esse, quantumvis renarum, qui nō cogatur cōcupiscentias succumbere. In quo sunt iniurii deo opt. & in ipsum metiuntur impie. Is enim qui mentiri nequit, quum sit veritas ipsa, de seipso dicit: Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non suprā te est, neq̄ procul possum, nec in celo situm: vt possis dicere, quis nostrū valet ad cœlum adscēdere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus auct̄ opere cōpleamus: neq̄ trans mare possum, vt causeris & dicas, quis nō bis poterit mare transfretare, & illud ad nos v̄sc̄ deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est: sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Quod si censuerint dis̄cētum de veteri testamento, cuius iugū Petrus existimat importabile, propter severitatem & multitudinem cærimonialium & judicialium, quæ cessarunt in nouo testamento: quanto magis verū erit in nouo testamento, quum cessauerint in ipso illa, in quo dominus et ipsa veritas ait: Iugum meum suave est, et onus meum leue. Vnde & Ioannes inquit: Hec est charitas dei, vt eius mandata custodiamus: et mandata eius grauiā nō sunt.

Primo proinde, qui dicit nobis dominum præceptis impossibilia, accusat ipsum cōtra veritatem mendacij, cuius adeo est immunis, vt impossibile sit qđ mētiatur cuius verborum principium veritas est.

Secundō blasphemat eum et iniustitiae accusat, q̄ iustissimus

Ro.7

Ro.6

Eeci.18

Deu.30

Act.19

**Mat.11
z. Ioan.5**

**Num.23
Heb.6**

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 228

mus est. Injustus qđem esset, si nos vel puniret, vel damaret propter trāgressionē lui præcepti, qđ nobis esset seruatū impossibile. Quod nemo sensit nec dixit vñquā pionū, sed bene quotquot fuere pñj, contrariū cēsuerūt.

Tertio offendit infirmos, quorū nonnulli propterea sic securi redduntur, vt exitiūnē se frustra gratiam dei ambiere, ac comari vt præceptū adimpleant, quod nō posse adimpleri; satis quidem esse, vt credant Christum adimplesse legem, atq̄ hanc adimpletionē ipsis, vtcunq̄ de adimplectionē incurris, imputandam fore, si tamen in Christum vere credant, quorū nonnulli de die iudicio magis metuentes examinant, ac in deum murmurantes faciunt, quasi scilicet is, quæ impossibilia sunt vt faciamus, præcepit. Id quod falsissimum est. Si quidem quæ nobis dominus præcepit, non modo nō sunt impossibilia, sed & planè facilia seruatū.

Sed inquiunt isti: Tamē dominus alibi dicit, arctam Mat.7

esse viam quæ ducit ad vitam: sed via hæc non est alia,

q̄ præceptorum adimpletio, fuxta scripturam dicētem:

Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Respōdeo qui-

dem, esse aliud arctū & graue, q̄ impossibile, quānūis

nullum deus dedit præceptum, quod suapte natura graue sit.

Quid enim, quæso, difficile præcipit ille, qui præ-

cipit vitare omne malum desiderium, quod perturbat;

omneq̄ peccatum, quod grauat? Addē quod nec quo ad

nos, aliquod graue præceptum est seruatū, si curaueris

mus habere et facere, quæ & habere et facere debemus.

Mat.19

Mat.19

1. Cor.13

Primo quidem diligamus deum & proximum nos-
trum vere & ex animo: quandoquidem diligenti ve-
re, nihil est neq̄ durum, neque difficile, quum charitas
omnia suffert, & quidem dulciter & suauiter. Diliga-
mus, & faciamus quod volumus. Siue taceamus, dilec-
tionē taceamus: siue clamemus, dilectionē clamemus:
siue irascimur, dilectionē irascimur: siue corrigamus si-
ue parcamus, dilectionē corrigamus & parcamus. In
summa, sit in nobis iūtus radix dilectionis, & non pa-
ret de illa dilectione malum procedere.

Atq̄ hoc est quod Paulus ait: Qui diligit proximum,

FF 4 nom

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ro.13

non adulteratur , non occidit , non furatur , non falsum testimonium dicit, non concupiscit: & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum . Id quod facile fecerimus , si cogitabimus eum , vnum nobiscum habere deum patrem , unum redemptorem eius unigenitum , cumq; vni nobiscum esse fortunæ obnoxium , & vti nos mortalem & fragilem esse: nec nos , q; ipsum , minus esse malos , cui proprius eius & nostram infirmitatem , libenter remittere debemus , Apostolo dicente : Fratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto , vos qui spiritales estis , eiusmodi instruete in spiritu lenitatis , considerans te ipsum , ne & tu tenteris . Alter alterius onera portate , & sic adimplibitis legem Christi . Secundo resistamus fortiter tribus hostibus , qui nobis suggerunt malum , & ad ipsum modis omnibus pellicere moluntur: nempe caco, dæmoni , mundo , & carni , quæ sensualitas alioqui dici solet . Hac enim tametsi semper adueretur spiritali et rationi , & ipsi ad eam simus inclinati: quia tamen spiritus semper est promptus , ipsa vero caro infirma , superior tamen vna cum ratione est ipsa carne & sensualitate , si homo voluerit:

Tunc autem illis repugnamus , quum suggestionibus eorum consentire nolumus . Resistere vero istis debemus , ut apostoli docent , scuto fidei & gladio spiritus , quod est verbum dei . Tertio deuitemus omnem ad peccatum occasionem , & tempore quoq; primo , monente Paulino: Nolite locum dare diabolo . Cuius contrarium facimus , quando non illico ipsius suggestioni repugnamus . Lubricus enim est serpens ille antiquus , q; nisi capite te neutur , totus elabitur . Fieri enim nequit , quin delectatio in diuturniore cōsensus in peccatum subsequatur . Principiis igitur obstantum est . Quartò coercedamus sensus quinq; nostros , quasi quasdam fenestras , ne per eos occasio peccandi ingrediatur ; & cōsensum nanciscatur .

Vñsum (qui prima est fenestra) claudamus , ne videat quod non licet cōcupisci , dicente propheta: Auerte oculos meos ne videant vanitatem . Quod si seruasset idem propheta

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 229

propheta pridem , propter vñsam Bersabeæ elegantiam , cum homicidio adulterium non copulasset . Quod Gen.3 .

Eua oculos suos repressisset à pomì pulchritudine , cōcupiscentia ad animum non irrepressisset .

Auditū pariter observeremus vti secundam fenestram , ne audiat quod ad malum prouocare possit: cuiusmodi sunt turpes cantilenæ , fabulæ , facetiæ , colloquitionesq; carnæ , q; gbus abstinentia est . Salomone dicete: Fili , finitauerint te peccatores , ne audias . Et Eccliticus: Seipi , inquit , aures tuas spinis , ne audias linguam nequam . Hinc Christus admonet , vt simus prudentes sicut serpentes , vt pote qui obsurdescit , ne audiāt vocē incātantis .

Odoratum , sicut tertiam fenestram , coercedamus , ne variis odoribus ad ea quæ carnis sunt & vanitatis , provocetur . Id quod detestantur & Salomon & Elaias .

Gustum quoq; vti quartā fenestram , cōstringamus , ne cor non tam ad saturitatem q; crāpulam vehatur . Id quod Euæ contigit , gustui pomì nimii tribuens . Hinc Gen.3 . Sapiens temperantiam suadens , ait: Noli audire esse in omni epulacione , nec te effundas super omnē escam . Et Ecclesiasticus: ipse quoq; dominus noster de diuite epulone loquens , Luc.16 . fatis innuit , q; nos perdere queat immoderatus gustus .

Tactum deniq; diligenter obseruemus . Qui enim , Proverb.6 . inquit Salomon , ingreditur ad mulierem proximi sui , non erit mundus cum tetigerit eam . Qui quoq; tangit Ecclesiasticus . picem , inquit habitat ab illa .

Sic , charissimi , sensus nostri sunt coercendi & regendi , si voluerimus implere dei præcepta . Quod facile faciemus , vbi omne prophanicum vitauerimus , ac semper ad bene operandum steterimus : quandoquidem ocia dant virtutem , desideriatq; occidunt pigrū . Quare dominus præcipit , vt nostros lumbos præcingamus , & lucernas ardentes in manibus nostris habeamus , similes homini bus expectantibus dñm , quādo reuertatur à nuptiis . De bennus proinde semper aliquid boni operari sensib; nostris , ne nos cacodemon ociosos inueniat , vt pote qui capiat discinctos et supinos , non eos q; sancto vacat ocio .

Hæc quidem media , quæ recensuimus hucusq; si dili-

FF 5 gentes

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

gēter seruauerimus, spes est ut dei præcepta facile simus seruaturi: præserim quū considerauerimus, quanta nos maneat hic & alibi propter eorū cōseruationē merces, & propter eorum transgressionē multa & pena: Sūn videbimus ac sentiemus, nos cacodæmonis, carnis & mundi suggestionibus, insidiis & temptationibus esse parres non posse, profuerit efficaciter tandem, ut cum Paulo curramus & deuota prece clamemus ad dominū, dicentes: Et ne nos inducas in temptationē, sed libera nos & malo. Prout aliás quoq; nos hortatur, inquiens: Vigilate & orate, ne intretis in temptationem. Qui dubio procurul sic vera in ipsum fide rogatus, non sicut nos apprehendere nisi humanā temptationē: quandoquidem dominus ipse, Paulo testē, fidelis est, nec patietur non solum nos non tentari supra id quod possumus, sed faciet etiam cum temptatione prouentum, ut possimus resistere. Qui deniq;, si non sufficerimus adimplere viribus nostris sua præcepta, dabitispe non solum ut eius gratia suffragante cōpleamus, in qua nihil non possumus: (et si enim vsc; adeo legem perfecte implere non possumus, tamen hæc ipsa imperfēctio, modò nō præbuerimus cōsentum suggestionibus, ab ipso dñō nō imputabitur nobis renatis in peccatū mortis) vertetiam ipse, qui solus legem perfectissime suppleuit, in cuius corpus veluti viua membra insiti sumus, perfectione sua nostram imperfectionem complebit: cuius causa factus quoque homo est, ut accipimus ex Paulo, quem dicit: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum iacentis in similitudinem carnis peccati, & de peccato, damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui nō secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritū. Supereft igitur, ut toto pectore conemur dei præcepta, quātumuis vel grauius vel leuiā seruare, repugnatis busq; hostibus & nos alio vocāibus, viriliter resistere: memores non coronatū īrī nos, nisi legitime certauerimus: nec esse vitā nostram hoc in seculo aliud, q; militiā cōtra diabolum, mūdum & carnē, tres videlicet hostes

infī

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 230

infidiosissimos, semper molientes, vt nos trahere possint Job.7: in consensum concupiscentiā, post baptismum vel ideo manentis & relictae, vt ipsa nobis haud ad culū pām, sed ad meritum cedat, præstetq; contra prædictos hostes ansam ad capessendam victoriam, quemadmodū olim Chananae in Israēl à deo relicti sunt, non in Iosu.16 subuersioñem, sed in exercitium.

Iam enim quomodo certabimus, quomodo corona binur, si non adsit hostis? Qui quamlibet sit magnus, ipsū tamē & eius vires ita Christus debilitavit, vt nobis ab eo nō sit valde timēdum, modo verē maneamus in ipso Christo per verā fidem, & eius virtute suffulti, viriliter resistamus, nō dubitantes, quin Christo sufficiāt, futuri simus omnibus inimicis nostris superiores.

Qui propterea nos consolans, ait: Confidite, ego vīs mundum. Q.d. In me saltem credite fide vera per charitatem operante, nec aberit victoria. Et recte nimis, quid hęc sit victoria, quę vincit mūdum, fides nostra, in qua quidem fide quotquot fuerūt pīj patriarche, prophete, apostoli, martyres & confessores, nihil nō cōtra semalorū superarūt. Id quod & nos dei gratia posse nō addubitemus, quum fuerint illi, non secus atq; nos, caro & sanguis, id est, homines infirmitate circundati.

Et hæc hactenus in catholicum catechismū decalo, g.i. decem præceptorū dei Opt. Max. quibus ille summa diuinæ suæ voluntatis breuibus, hoc est, decem, verbis cōprehendit & proposuit, & ab initio humāng menti inscript & insculpit. Quam deinde, quādo ipsa per lapsum Adæ, ac succrescentē postmodum hominū malitiam obliterata penē esset, ac indigne negligeretur, fidelī illi & electio populo tabulis inscriptam mirabiliter impartiit, ac per fidelem ministrū ecclesiae, qualis est unusquisq; catholicus Ecclesiastes, proponi mandauit, prout accipimus ex verbis Mosi, dicitis: Hæc verba loquutus est dñs ad oēm multititudinē vestram in monte, de medio ignis & nubis et caliginis, voce magna, nihil addēs amplius, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi, nimis, vobis Israelitis p̄mulgāda.

Et

Gen.3.6

Exo.20

Exo.32

Exo.4

Deu.6

Deu.9.18

Deu.4

Deu.6

Exo.28

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Deu.ii Et rursus: Eruntq; verba hæc, quæ ego præcipio hodi tibi, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditabo ris sedens in domo tua, & ambulans in itinere: dormiens atq; consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, tunc bestiæ in limine & ostiis domus tuae.

Sed quare (obsecro) tantopere dominus deus voluit à nobis audiri, sciri, notari, fieriq; dénum hæc ipsa sua décē præcepta? Respondeo, quia suā diuinā continent voluntatem, quam sicut noster deus, creator, rex, & imperator, merito vult à nobis adamussim seruari & custodiri: quam propterea fieri perimus à nobis in terra, sicut fieri solet ab iis qui sunt in cœlo.

Et igitur salus nostra & vita nostra posita in observatione præceptorū dei, & in eorū transgressione mors et perditio æterna, prout scriptura dicit: Deus ab initio constitutus hominem, & reliquit illum in manu cōfiliū sui. Adiecit mādata et præcepta sua. Si volueris mādata cōseruare, cōseruabūt te. q.d. si nolueris cōseruare, pdisci.

Atq; hoc est, quod Moses olim decem præcepta populo traditur, ex iussu domini dicebat: En propono in conspectu vestro hodie benedictionē & maledictionē: nem: Benedictionē, si obedieritis mandatis domini dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: Maledictionē, si non obedieritis mandatis domini dei vestri. Quia proinde tānti sunt mōmēti decem dei præcepta, suntq; ipsa vñq; adeo succincta et in verbis brevia, vt ea Moses dum taxat decem verba nominauerit: ac nihilominus interim propter sensum et intellectum eorum multiplicem variisq; vñq; adeo longa, prolixa, magna et lata, vt quis, piam merito possit de eis dicere, quod diuus ille idem barbatus Hieronymus dixit de Apocalypsi Ioānis euā gelistæ, esse videlicet tot inib⁹ mysteria, quorū verba factum est, vt nos ea paulò fusiſ per sacras scripturas declarauerimus, necilitate & utilitate vestri omnium sic volente & compellente.

Cæterum vt hæc ipsa vobis omnibus intelligibili, ora fiant, memoriasq; tenacius inhæreant, conabor ea subinde

DE DÉCEM PRÆCEP. LIB. III. 23
subinde, quo potero breuius, quadam perinde epitome & exegesi repeteret, in hunc qui sequitur modum.

Epitome Decalogi. Cap. X VIII.

Vum deus Opt. Max. à principio creat or esset ac pater, idemq; dominus & conservator hominis, deinceps semper futurus, profecto nihil æquius, nihil iustius erat, qd vt ipse homo, præsertim creatus ad imāgīnē dei, perpetuo cum eo felix & beatus summo cum gaudio viviteret, diuinæ illius maiestati modis omnibus obdiaret in vniuersis eius mādatiis, quæ vñica cōstabat lege timoris filialis & amoris, dicête ipso: Fili⁹ honorat patrē, & seruus dñm suū. Si ergo pater ego sum, vbi est Mala.2
honor meus: et si dñs ego sum, vbi est timor meus? Cæterū ne homo prīgnū creatus, excusare se posset ignoratiq; ac dicere, se nescire dei, creatoris, patris & dñi sui voluntatē, nec scire in quibus eiusdem voluntatis præceptis obdiare deberet: ipse dñs deus iustiss. & opt. mox illi & eius mēti sic legem de sui cognitione suaq; voluntate indidit, vt quasi innata moneret eum, quid propter deum & eius voluntatē deberet vel facere vel obmittere, eius vel hominis proximi causa. Quia quidem lex propterea diuina, naturalis, & non scripta nominari solet in scriptura, nos de notitia dei, deq; eius voluntate docens, & requirens in nobis plenā & perfectam obedientiam erga deum, qua nos totos submittamus diuinae voluntati: damnas eos, qui non præstant perfectam diuinæ voluntati (a qua, quicquid sumus & habemus, pender) obedientiam. Quod admodum grauiter ostendit scriptura, dicens: Deus ab initio constitutus hominē, & reliquit illum in manu cōfiliū sui. Adiecit mādata & præcepta sua. Si volueris mādata conferuare, conservabunt te. Apposuit tibi aquā & ignē: ad quod volueris porrige manū tuam. Ante hominē vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi &c. Quia sanè naturæ lex, tum menti hominis duntaxat insta est, quum post lapsum & peccatum Adæ sic ceepisset obscurari & obnebrari, vt nonnulli eo demētiæ prolaberentur, vt deum esse negarēt, teste propheta; nonnulli vero, licet

Exo.3.4

Deu.4.10

Ecc.18

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Iacet eum esse crederent & cognoscerent, non tamē sicut
deum glorificarent, sed superstitutionibus dediti, vanis
deos, opera manū suarū, ac vanos ritus sibi fingenent;
nonnulli aut̄, licet & ipsi vnum deum agnoscerent, cui
& obedientiā deberi c̄esserent, et quæ lex naturæ veluti
bona suggereret, sequenda; quæ vicissim mala, respon-
da esse putarēt; & interea tamē in proprias vires et ope-
ra, et non in dei virtutē ac bonitatē respicerēt, sc̄ ipsos
misere deciperent, atq; id prorsus dei Opt. maiestati de-
rogarent, & contra eius voluntatem tenderet: factum
est, vt ad omnem ignorantię excusationem remouen-
dam, deus Opt. Max. legem, quā prius mentibus dunta
xat hominum inciderat sine scripto, mox in duabus ta-
bulis lapideis inscriptam, Mosi duci singulariter ad hoc
delecto tradidit, vt eam populo Israelitico, primo tum
super terram populo, promulgaret, & sub poena etiam
mortis & temporariae & æternæ, seruandam præcipi-
ret. Quæ quidem lex etiū tum peculiariter populo Israe-
litico traderetur, ipse tamē dominus deus ad omnes ho-
mines eam pertinere voluit: nec fore temporaneam &
mutabilem, sed perpetuam & immutabilem, quum lex
esset immutabilis dei & naturæ, regulaq; foret bene vi-
uendi, in qua cerneret homo opera, quæ deo placerent,
ac imitaretur: faceret, quæ requireret deus quo ad se,
& quo ad hominem ab ipso creatum.

Cæterū, ne posset homo de legis ipsius vel difficulta-
te, vel partium multiplicitate cōqueri vel murmurare,
deus idem opt. & misericordiss. volēs omnes homines
saluos fieri: nullum verò, quatenus in se est, perire: dedit
eam sane legē, quæ solius est dilectionis, & duabus dum
taxat partibus cōstat, ad quas usq; adeo vniuersa dei præ-
cepta reducūtur, vt Christus dei filius, omnīū salvator,
dicere de ipsis nō dubitauerit. In eisdem duabus diuinæ
legis partibus vniuersam legem pendere et prophetas.
Mat. 22 Prima quidem pars sic habet: Diliges dñm deū tuum
Mar. 12 ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota men-
Luc. 8 te tua, totisq; viribus tuis. Secunda pars ita habet: Diligi-
ges proximū tum sicut ipsum. Atq; vere nimis dixit
ipsa

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 218

ipsa veritas Christus, in iis duabus diuinæ legis parti-
bus vniuersam legem & prophetas pendere. Quicquid enim continetur vel figuraliter, vel moraliter in
lege, quidq; monitorie, vel commonitorie, vel condicti-
ue, vel reprobative in prophetis, totum tendit ad hoc,
vt introducatur charitas, quæ diligatur deus & proximus. Quidquid etiam homini promisit, quidquid præcepit, quidquid prohibuit, ad hoc fecit totum, vt dilige-
re super omnia deum. Atq; ideo sic omnia alia præcep-
ta in illis duabus conclusa sunt partibus, vt in earum
impletione, quicquid aliqui legis est, impleatur: cuius
causa Paulus ait, dilectionem esse legis plenitudinem.

Ro. 13

Porrò, ne denique homo nesciret, quæ pertinerent
in primis ad impletionem primæ partis diuinæ legis,
qua deus vult se super omnia modis omnibus amari,
quæq; pertinerent ad impletionem posterioris partis
eiudem legis, qua vult vt homo diligat proximum uti
seipsum: statim deus dissecuit primam legis suę partem
quam tradidit in prima tabula lapidea, in tria: secun-
dam verò, quam tradidit in secunda tabula lapidea, in
septem præcepta, dicens: Maledictus qui non permane-
ferit in omnibus iis, que scripta sunt in libro legis. **Deu. 5**
et 27. quemadmodum fusius differimus in principio hu-
iis libri.

Primo præcipit in prima tabula, dicens: Non habe-
bis deos alienos coram me, id est, in me solum credas et
confidas, meq; solum adores, diligas & honores, vt tu-
um tuarumq; rerum & virium omnium creatorem, da-
torem & conseruatorem: non autem confidas & hono-
rem conferas in aliquam creaturam, quasi in tute salutis
autem, nec in tua ipsius virtutē & prudentiam, nec in
aliqua tua in me fideli parte diffidas, nec in rebus tuis
prosperis mihi sis ingratus, nec in oratione tua sine devo-
tione, nec quidq; rerum quamlibet preciosarū, diligēdo
mihi præponas, sed propter me posthabebis omnia.

Secundo præcipit, dicens: Non assumes nomē domi-
ni dei tui in vanum, id est, ipsum constanter confitearis,
honores prædices, ac inuoces: non aut in quacūq; eriam
tribu

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

tribulatione vel voluptate neges, vituperes, blasphemis, vel male viuendo, vel male dicendo, vel male operando, vel temere, vel falso, vel impie ac iniuste iurando, multoq; magis peierando, vel iusta vota deo praestata infringendo, vel quoquis alio modo dehonestando, ut pote prava consuetudine, sive sine necessitate per deum, per mortem, per passionem, perq; animae salutem deierando, & interim quoq; execrando, & quicquid est sacræ scripturæ abutendo.

Tertiò præcipit, dicens: Memento ut sabbati diem sanctifices, id est, in die festa singulariter orando, pœnitendo, diluas quod alio tempore peccasti: ventiam preceris, neglectis omnibus, verbum dei audias in ecclesia & liturgiam, dñicæ pro te passionem & mortis exhibita memoriam recolas: gratias pro ea, proq; cæteris tibi collatis beneficiis agas: in proximū opera misericordiae cōferas: & dominū tuis deniq; cogitationibus, verbis & operibus laudes, magnifices et extollas. Nihil aut̄ ea die laboris mechanici, sive seruilis, sine legitima causa et ne cessitate exerceas, quod à diuino cultu te possit auocare & retrahere; lōge minus vane ludas, nec spectacula, nec saltationes, nec choreas, nec comediationes, nec turpes cātilinas, nec quidq; id genus levitatis, vanitatis, & peccati, maximē vel in templo, vel sub diuinis officiis etiam extra templum, die festa committas aut frequentes.

Quarto præcipit in II. tabula, dices: Honora patrem tuum et matrem tuā, id est, vtrosq; parētes tuos, nō solum carnales, sed & spirituales, vt pote tuos superiores, sacerdotes, præceptores, & seniores, ex animo honorifices, ac eis verbo & facto amorē, obedientiam et reuerentia deferas: exigēteq; necessitate, illis pro virili tua quibusq; rebus subuenias: nec eos quoq; moda cōtemnas, rideas, affligas, nec eis esto quoquis modo rebellis & cōtumax.

Quinto præcipit, dicens: Non occidas. i. nemini mortalium, nec etiā teipsum, tua autoritate vel occidas, vel in corpore mutiles vel laddas: nec tale quid in ipsum cōmittere coneris: nec consulas, nec vt committatur, adiuges: nec teipsum contra proximū vindices, sed ire da lo-

cum

DE DECEM PRÆCEP. LIB. III. 23

eum: prorsusq; omnem ex corde submoueas contra proximum rancorem, odiū, iram et inuidiam: sed quidquid in te mali cōmissum fuerit, nomine & amore dei pati enter sustineto: nec ipse deniq; iuris autoritate quenquā innocenter & ex odio corripias, aut etiā occidas: nec infames verbis, scriptis & operibus proximum, quam caluniaor, sycophanta, criminator, boniq; nominis de tractor, spiritualis sit occisor, vtens lingua pro gladio: nec occidas proximum egente caritatis, sive quocunq; alio modo non sis alterius morti innocentia occasio, sive trapula, sive ebrietate, sive etiam abortiuo.

Sexto præcipit, dicens: Nō mœchaberis. i. rem non habeas, nec libidineris, nisi cum sola tua legitima uxore, nec aliter quām via concessa & naturali, nec nisi necessario & ex causa, propter quam institutum est matrimonium: quia omnis fornicator, adulter, mollis, incestuosis, et id genus scortator & libidinatōr, a dei gratia & eius regno secluditur, quicq; vel fibi vel alii quocunq; modo ad libidinandum & fornicandum occasionē præbet.

Septimo præcipit, dicens: Non furtum facies. i. nemini quod eius est, sive clam sive palā, contra ius & æquū, quocunq; modo surripias, vñrpes, aut quod tuum non est, vel male acquisitum, vt pote decipiendo, ludendo, corrodendo, spoliando, vñsurando, fallo & inique vendendo, emendo, & contrahēdo, & modo quoquis hoc genus penes te retineas: quum male vel ablatum, vel acquisitum, non dimitratur, nisi (quum fieri potest) pœnitendo restituatur. nec dabis alicui ad furandum vel consilium, vel auxilium, vel occasionem, vel consensum: quandoque quidem faciens & consentiens, æque rei sunt.

Octavo præcipit, dicens: Non falsum testimonium dicas. i. nullo modo contra proximū tuū, sive extra iudicium, sive in iudicio, mentiaris: nec etiā sive iocose, sive officiose, sive necessario falsum dicas: nec fallas opere, nec verbo, nec gestu: nec aliter loquaris, q; sentias in corde, nec aliquid vane de te dicas & glorieris, quod in te non est: nec vane simules, nec dissimules: sed apertus esto, idemq; syncerus, nihil silete agens.

GG Nono

Nono præcipit, dicēs: Non cōcupisces rem proximi
eui. i. nō modo quidq; à proximo tuo, sive clām sive pālū,
cōtra ius et cōquitatē recipias, sed ne velis qđem hoc ipsū
sum facere: nec quod eius est, quacūq; via cum ipsius la-
ctura desiderare, nec illi beneficia dei, sive spiritualia sive
corporalia doina, sive animi, sive corporis, sive fortunae
bona, successusve prosperos inuidenter nec quidquā quod
eius est, etiā mediis à lege cōcessis, nec colorato quidem
iure, ad te pertrahere, sed velis illi omnino fieri quod tibi
sieris velis: semperq; velle ei cōmodare, nō aut̄ incom-
modare, quo vere diligas eum sicut teipsum. Decimo
præcipit, dicēs: Non cōcupisces vxore proximi tui. i. nō
modo non moechaberis ipso actu, nec rem nisi cum tua
legitima vxore, et cum legitimo marito tuo habeas: sed
ne velis quidem, nec cogites moechari, & extra matri-
moniū tuū habere rem: sed vel manere virginē, vel cō-
libē, vel ducere, vel nubere, tuoq; cōtētus esse thoro, nec
solicites virginē, nec vxorem alterius sive gestibus, sive
verbis, sive literis, sive cārilenis, sive id genus modis aliis
ad libidinandum: nec quoquā modo des occasionē abal-
nandi proximo tuo sive filiā, sive vxorē, sive famulum, sive
famulam: sed vnicuiq; faueas quod eius est, donec iu-
re diuinō tuum sit futurū: vt plane semper diligas proxi-
mū tuū sicut teipsum, et super omnia deū tuū. Hic est
epilogus eorū oīm, quia hactenus ex sacris literis retulim-
us ad veritātē intellectū decem dei opt. max. præceptorū
q; cōplectuntur breui quodā cōpendio, quidquid est bo-
nariū legū naturę et moralū præceptorū, sive in prophe-
tis, sive in euāgēlīcīs sive apostolicīs literis cōtentū, et
deter docētā quę deo placēt, et quę displicēt illi, quibus
ille qđā fieri præcipit, quædā fieri prohibet. Si fecerimus
quę fieri præcipit, nec fecerimus quę fieri prohibet, bñdi-
ctionē: si nō fecerimus quę fieri præcipit, sed fecerimus
quę prohibet, maledictionē temporaneā et eternā (quā
misericorditer auertat ipse) sumus habituri. Quę propte-
rea Moses iussu dei, tanti habuit et ab omnibus haberi
voluit, vt ea non solum, quo nō trāsgredērentur in vlo-
cēsuerit pro signo in manib; suspēdenda, et inter oculos

nostros

nostros collocāda, cōscribēdaq; sup postes, januas et pa-
rietas nostrę dormus: sed et in animis nostris et cordibus
ita ponēda, vt ea cum filiis et familiis nostris semper &
vbiq; meditaremur & exequere mur, q; nobis esset et alii
bi bene futuri. Quapropter & a nobis illa nō fecus atq;
aurea verba, qm̄o que pluris sunt q; aurea, vt pote pla-
ne diuina, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis: nō
aramēto vel quālibet precioso, sed spiritu dei indelebi-
liter cōscribenda sunt: nō aut̄ modo cōscribenda, sed et
re ipsa facienda: vt pote quibus nihil est, nec excogitari
potest post deū opt. iustius, nec sanctius, nec salubrius.
quid enim, obsecro, iustius esse possit, q; q; homo tria
bus p̄soribus p̄ceptis ipsum dñm deū super omnia di-
ligat, timeat, honorificet ac inuocet, à quo ad eius imagi-
nē ex sola gratuita eius bonitate cōditus est ad eternam
vitā, salutē et beatitudinē, q; nec vñq; vult, vt ipse homo
quātū peccato, pereat, sed vt p̄enitēdo à peccato cō-
vertatur, ac saluus fiat, qui mortis habet et vitę tam tem-
porarię q; æternæ potestatę? Quid deinde, quæfo, possit
aut sanctius, aut salutari vel dici vel excogitari, q; vt ho-
mo septē posteriorib; secundē tabulę p̄ceptis, proximū
sū p̄cept deū sine peruerbia cōcupiscentia diligat, quū
ipse dñs deus oēs homines in vno, et ex vno homine vel
obj̄d creauerit, vt ipsum in concordi pacificaq; societate
collaudarent & glorificarent, vt tandem cum eo in sum-
ma alibi beatitudine sūlū oēs viuerent & gauderent?

Cuius sane voluntatis vt cōpotes efficiamur, oportet
vt nostrā voluntatē illius volūtati cōformē efficiamus.
Id quod faciemus, vbi iuxta ipsius & eius ecclesię statu-
rum ex animo p̄eniteamus, cōterendo, cōfitēdo, & satis-
faciendo pro eo, quod fortassis obmisimus, quod nos in
primis quatuor p̄ceptis facere præcipit: vel cōmisimus,
quod ne faceremus, in sex aliis p̄ceptis vetuit.
Nec enim p̄enitens solum debet attendere, quid in sin-
gulis istis p̄ceptis præcipiat ut fiat, sed & quid ve-
lit interim non fieri, nec solum quid à nobis fieri prohi-
beatur, sed & quid à contrario deus facere nos velit,
quānus hoc ipsum verbis haude xprimat, vt seruerur

GG a illud

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

illud prophetæ dicentis: Declina a malo, & fac bonum,
Cuius equidem causa, hoc ut plurimum docendi mo-
do in iis diuinis præceptis declarandis vñsus sum, ut pri-
mum declarauerim verborū vim & virtutem, & quid
singula à nobis præcepta requirant & exigant: deinde,
quibusnā modis in singula peccet homo sub amissione
salutis & vita seimpiternæ: quā nobis tribuat ipse deus
optimus conseruatione suorum præceptorū, qui vera f-
lus est & vera vita, cui laus sit & gloria per se-
cula seculorum. Amen.

Fridericu Nausea


BLANCICAMPIANI,

de catholicis Ecclesiæ Precationibus & Ora-
tionibus. Liber Quintus.

AD REVERENDISS. IN CHRISTO
Patrem ac dominū, DN. Hieronymū Verallum,
episcopum Caſſartanens. S. D. N. Pauli III. Pōt.
Max. apud inuictiss. Caſſarem &c. Ferdinandum,
adeoq; per Germaniam Oratorem dignissimum, &
grauiſſimum, FRIDERICI Nausea Blancicampi
ani, Episcopi Vienensis in V. librum Catholicī Ca-
techismi de catholicis in Ecclesia Precationibus,

PRÆFATI O.

Bſit ſuſpiceris, abſit, Reuerendiss. Pa-
ter ac obſeruādiss. domine, quaſi pau-
lo ſuperior, aut (quod verius dice-
res, atq; ego quidem æquiore animo
ferrem) inciuſior, aut inofficioſior,
aut arrogantiore, te minus obſeruem,
minusq; diligam, quaſa te minus fre-
quenter, ſed admodum rarenter, donec nobisſcum ſacrosan-
ctæ Sedis Apoſtolice orator fuisti, numeris omni-
bus



IN V. LIB. CATH. CATE. PRÆFA. 25

bus abſolutiſſimum inuiferim, coramq; more cæteroru-
ſalutauerim yverum domi nūquā fermè non inſtar ana-
choretæ vel eremitæ cuiuspiam in ſolitudine ſolus dege-
rim & delituerim, périnde pertæſus ſatraparū cōſortia,
cōmercia et cōiuia. Ad hūc enim modū ſi paulo luſpi-
caciō fueris, certe multo et rectius et iuſtius ſecundum
alios ſumus dignitatē et authoritatē & id genus prin-
cipes tui ordinis viros, de me ſuſpicabitur Sereniss. Ro-
ma. Hungariæ, Bohemiæq; rex FERDINANDVS, ideinq;
Caſſar inuictiss. dominus meus longe clementiss. apud
cuius ego ſacratiſſimæ Maiestatis menſam, præter auli
corum morem, toto hoc tempore quo illi à ſacris fui stu-
diis & conſiliis, niſi ſemel viſus haud ſum. Nec ab eo-
dem tempore, quod annos nunc VII. compler, in illius
conſpectu, quantumuis erga me perq; hilari ſerenocq;, ni-
ſi vel clemēter acceſſi uis, vel ſerio vocatus, cōparui co-
minus vñquā. Id quod ſane factum non eſt, quod mihi
fuerit illius ſacratiſſima Maiestas (quod equidem ſciā)
aut parum propicia, aut q; par fuerit auſterior vñquā,
quaſi mihi ſemper etiamnum fuit vſq; ad multorū inui-
diatam benigna q; gratiosa: nec quia minus illam ob-
ſeruauerim et coluerim, qui fui ſacratiſſimæ Maiestatis
ipſius, à me nondum de facie notæ, tam obſeruans, pau-
loq; pariter religioſior cultor, q; qui maxime: nimitti nul-
li mortalium in erga ipſam obſeruantia ſynceraq; dile-
ctione cedens, nec ceſiurus vñquā. Quod tibi quoq; de
me erga te non debeat eſſe non perſuaſſimū. Qui enim
(quaſio) te non ardentē amem & colam, qui tot modis
a me non diligi ſolum, ſed & veheſtiter amari, reueren-
terq; coli dignus eſt. Si quidem natura prope modum ſic
a puerō erga ſacredantiam Sedem Apoſtolicā ſemper
adſectus fui, vt illi me niſil non honoris, obſeruantiae,
venerationis & reuerentiae non tantū debere fatear, ve-
rum me quoq; illi debere ſupra modum later & gaude-
am. Quod quū vero prope modum verius ſit, qui (obſer-
uo) fieri poſter, quaſa te vel eiuſdem ſanctaſe Sedis Apo-
ſtolicæ gratia non modis omnibus & amarem & ob-
ſeruarē, quū tu ſedis iſtius Apoſtolicę apud nos Orato-

IN V. LIB. CATH. CATE. PRÆFA.

rem agas vel ideo longe absolutissimū, quod tantā pietate, fide, diligētia, solitudine et dexteritate quo quis loco & tempore cuncta negocia, quæ ad illius dignitatem, amplitudinem & maiestatem pertinent geris, ut maiore non possis? Addo quia sic multarum rerum cognitio nem, variarumq; disciplinarum scientiam, cum virtute sanctitate pariterq; grauitate coniunctam habes, ut non solum eidem sacrosanctæ Sedis Apostolicae summo se decori & ornamento, sed & a quo omnes nostrates exemplar omnium virtutum habere, formamq; sibi pertinere possint ac debeat.

Præterea, quomodo te non summa etiam animi gratitudine diligā & colam, qui t'atopere pro virili tua mihi semper beneficis esse satagis? quanq; quia talis haud semper esse possis, non in causa es ipse, sed in culpa plausè sunt vel harpyiae, per quas mihi fortasse non licet be nefacere. Siquidem tot adfunt paliū, quibus alioquin nihil est negotiū, vultures, qui multis etiam mensibus caudauer futurū presentiū, ut mei meminisse nequeas: vel (quod multo verius crediderim) ipsemet in culpa sum mihi, cui non tam defuit fortuna, q; ipse fortunæ defuit homo (quod norunt, qui me penitus norunt) sic à communibus negotiis abhorrens, sic alienus ab omni ambitione, smò sic socors, ut planè Timothei fortuna mihi sit opus, quæ dormientis retribus felicitatem impliceat. Itaq; tam nihil debeo, nec possum te virum certe benignissimū, de neglecto in me beneficio incusare, vt æque tantum tibi me, atq; sacrosanctæ Sedi Apostolicae loco gratiarum actionis debere me apte fatear. Absit igitur Reuerendissime Pater, ut vel tantillum de meo in te animo sinistri suspiceris, qui visq; adeo tuus sum per omnia, ut me rebusq; meis omnibus ad arbitrium tuum possis vti, & (si visum fuerit) abuti. Quod autem rarius q; fortasse par videatur, coram compareo, in causa tu ipse nosti tot tamq; molestas esse curas, solitudines, vigilias, consultationes, lucubrations, calamitates, aduersitates, angustias & tribulationes, quibus hoc sane turbulentissi-

IN V. LIB. CATH. CATE. PRÆFA. 136

lentissimo simul atq; periculosisimo tempore, non tam propter priuatas q; publicas pro sancta religione nostra res, plus omnibus (vt cum vénia dixerim) qui mei sunt ordinis, diu noctuq; nō occupor solum, sed ita etiam frequenter obruo, vti vix vel hincere vel respirare detur: sieo quod aliquo modo mihi possit ad frequentes patronorum & amicorum salutationes extra domum vacare. Transeo autem domesticas occupationes, quæ vel sola hac iniqua tempestate vnum aut alterum requirent Herculem.

Hinc facile cognoscis, quām solus ipse semper dominis, qui tam solus sum nunquam, vt æque dicere queam, quod olim dixisse traditur Aphricanus ille maior: Nunquam videlicet se minus ociosum esse, quām quum ociosus esset: nec minus solum, quām quum solus esset. Quod vero reprehendis, quia seu eremita domini me continens, satraparum palatia ac eorum aulica consortia fugiam, profecto hactu parte non reque me atque Stridonensem illum Hieronymum reprehendis, vt pote quem dicere solitum ferunt, oppida & vobis videlicet sibi tetros carceres, solitudinem paradisum, sequē retroridum Syria solum, scorpionibus & feris infestum, Romanis preferre delicias. Ita quoque si me propterea censueris arrogantem, quia non ita frequenter conuersor coniuiūque cum aliis, certe non potuit non arrogans fuisse Ioannes episcopus ille Constantiopolitanus, cognomento, propter auream ipsius eloquentiam, Chrysostomus. Sed quid multa? Tam fui quo ad vixi, ab omni superbia & arrogancia semper alienus, vt mihi mea fuerit simplicitas & humilitas, paulo submissior, vito sapienti numero versa.

Absit igitur, absit reuerendissime præful, quicquam sinistri suspiceris, quasi tibi non ex animo faueam, qui te semper non ardenter amo solum, sed & ob virtutes tuas illas insignes, & ob sancta Sedis Apostolicae dignitatem, vehementer obseruo. In cuius dilectionis in te meæ, religiosæque cuiusdam obseruantiaz signum,

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

ad eoque pignus nunquam redimendum, accipe hunc quintum nostri catholici Catechismi librum de catholicis in ecclesia catholica precationibus et orationibus, tuo a me celeberrimo nomini vel ideo potissimum diebus iste dedicatum, quia te vno vix alius sit in orando deum aut frequentior, aut deuotior, aut constantior. Nec mirum, quandoquidem non ignores, haud opus in ecclesia catholica esse aliud, quo piissimi quique frequentius & religiosius in cunctis & singulis aduerstatis bus, & quidem efficacius, videntur. Extant enim tam multa quam varia deuotae precationis & ipsius præstissimæ virtutis exempla, ut in nulla sui parte plus se minoretur humana pietas. Siquidem Mose precante, viuens Egyptus variis est cladi bus affecta: rursus eo deprecatore, a malis est leuata, & gens una vera pietatis cultrix, in libertatem adserita. Illo denique precante, gens Israelita, ea victoriis & triumphis contra hostes est potita. Heilia precente, tres annos & menses sex e cælo non cecidit pluvia: rursus, orante ipso, illa est redditia. Apud Hierochontem lethiferæ fons aquæ, Heliseo precante, salubris est factus, sterilitas in feracitatem versa, ferrea securis in Jordane fluita, defunctus reuixit. Iosephus precibus sol & luna præter ordinem cursus immobiliter steterunt. Ezechias precibus CLXXX. millia Assyriorum una sunt nocte in Sennacherib castris diuinitus percussa. Iona precante, ex belua marinæ visceribus est receptus ac deinde seruatus. Ipso Iuda Machabæo cœli numen invocante, feliciter a suis contra truculentissimos hostes pugnatum & triumphatum est. Cæterum quid plura, et quidem veteriora, de virtute precationis ad deum optimum exempla conlector, quum & recentiora sint exempla non fidei minoris? Quis enim, quæso, vel apostolorum, vel martyrum, vel eorum omnia quæ sunt in diuorum relati numerum, qui non vel virtute præcum cacos videre, furdos audire, muros loqui, leprosos mundari, claudos ire, mortuos resurgere, & id genus alia fieri fecerit? Argumento nimisrum, cœli numen in nulla re alia indulgentius humanam fovere pietatem soleat.

DE CATH. ECCL. ORATI. LIB. V. 237
solere, nec priorum sanctitatem esse pariter ac meritum, quam in precibus ad ipsum pie profusis, magis illustratum. Id quod, vti bene confido, locupletius et fuis ex hoc quanto de catholicis Ecclesiæ catholice prestationibus libro patet. Quem sinas, oro, veluti quod, dam monumentū pignusq; mei erga te amoris, aut certe perexiguum gratitudinis in te meæ argumentum apud te perpetuo repositum iri, suscepturnus quandoque quiddam maius. Interea felicissime valeas opto. Venerabile Austria, duodecimo die Decembris. Anno post CHRISTVM natum Millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Quid Oratio siue precatio sit. Cap. I.

AM verò quia nihil est oratione nec praestantius, nec fructuosis, nec magis necessarium, ut qua omnis sacrificatio, omnis benedictio, omne sacramentum, & denique omnino quidquid in cultu diuine honorificientiae agitur, perfici soleat: in rem plane videtur, ut primū dicā, quid sit oratio, & q; multiplex, qualis & ipsa, & de, pro, q; quibus rebus esse debeat. Quātus autem non ignorē, variis à variis orationi accommodari definitiones, nec indecoras, ipse tamē ex omnibus eligens, hanc vnicā subscram, dicens: Oratio est ad deum vel personā illi gratiam loquutio, qua nobis vel bonū praestari, vel malum submoueri petimus. Est autem oratio duplex, utpote Mentalis: & est, qua quis sine voce & mente sola, quasi interiori quadam loquutione, deo colloquitur, optata obtinere ex animo desiderans. Qua perfectiores & contemplationi magis dediti, minusq; solliciti de rebus alienis, frequentius vtuntur: cuiusmodi fuit Tobias ille senior, qui cum lachrymis animo orans, gratiōe exauditus est. Nec dubium, quin & Susanna illa longe castissima & innocentissima, falso a senioribus delata, sic primū scilicet mente, non voce, orauerit, quæ & exaudita fuit. Vocalis est, qua quis voce optata a deo petit, nihil plane proficiens, nisi simul & mente fiat. Vnde Apostolus: Orabo, inquit, spiritu, orabo & mente. Qua sane oratione Christus una cum suis discipulis plerunque semper vsus est.

Tob. 12
Dan. 13

Cor. 14
Mat. 26

GG 5

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

Ioan.17 est. Quem recte (vt in aliis omnibus) sequemur in hac
Mat.11 orandi formula, multis quidem modis:

Luc.23 Primo quidem, vt quemadmodum deo cordis &
operis, ita & oris obsequium impendamus. Siquidem
triplex Deo sacrificium debemus, cordis scilicet, oris,
& operis.

Secundo, vt sic ad memoriam reuocemus quod per-
tere debemus, simulq; a pigritia excitemur, qui aliqui
semper in silentio orantes, facile obdormiremus, obli-
uiscentes quod peteremus.

Tertio, vt sic proximum instruamus, ad consimile
opus inuitantes. Haud igitur audiendos censuerim nō
nullos hac tempestate schismaticos, contendentes ma-
gis expedire, vt oremus mentaliter & spiritualiter tan-
tum, q; simul & vocaliter, vt qui ad hunc modum bre-
ui essent suppressi omniem deuotionem. Nec est quod

Mat.15 allegant post Christum hoc Esaiæ: Populus hic labi-
Esa.29 me honorat, cor autem eorum longe est a me. Siquidem

Christus illic non reprehendit vocalera orationem, sed
eam quæ est sine deuotione mentis, murinure, non eri-
am pondere, constans: vbi non amor, sed clamor reso-
nat: cuiusmodi & ego orationem plane vanam repu-
tauerim, quum non procedat de corde, quod vel solum

respicit deus, cuius vel solus ipse est inspecto & ex-
auditor: proinde non clamora voce pullans, sed re-
cta cordis conscientia placandus. Non est ergo vocalis
oratio sine deuotione cordis, momenti alicuius: Tam

vero magni momenti est ipsa cum cordis deuotione,
Heb.13 vt Apostolus eam laudis hostiam vocet, qua prome-
Tob.4 reatur Deus. Atque hoc est, quod ad orandum præce-
Luc.17 ptis admonemur, utriusque testamenti, tam Euange-
Thess.5 licis quam Apostolicis literis, exemplis præterea Chri-
sti & omnium sanctorum.

Hinc in necessitatibus constituti, ad solam configui-
mus orationem, veluti sacram quandam ancoram, di-
cente Iosaphat: Quum ignoremus quid agere debea-
mus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros di-
rigamus ad te; haud sane dubium, quin in oratione.

Ipsius

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 238

Ipsius vero orationis est, sicut ex eius definitione patet, **Judith.9**
cit, quod immediate (vt sic dixerim) ad Deum diriga, **Jacob.1**
tur, utpote in cuius ditione cuncta sunt posita, a quo **Psal.83**
patre luminum omne datum optimum, & omne do-
num perfectum descendit, qui vel solus gloriam do-
nat, & gratiam per se.

Diuos in celis & terra posse orari & implorari.

Caput II.

Nihilominus & mediate nonnunquam diriguntur
ad praecipuos petitorum datores & autores, quales
non sunt; verum ceu ad mediatores, quorum meritis &
intuitu nobis Deus confert, quae ex nostris demeritis
accipere sumus indigni, illi vero in perfecta nunc cha-
ritate digni: qui & non possunt pro nobis non orare, a
nobis vt cōfratres implorati, veluti in libro Diuorum,
Catholicon, Homiliarumq; plus quam abunde te-
stati sumus, contra nonnullos haereticos & schismati-
cos, quorum in contrarium tela sacrissimis sagittis pro virili
repulimus. Ideoque non impie nostram ex imitatione
Catholicæ Ecclesie orationem pro loco & tempore di-
rigimus ad dei electos, tanquam ad eos qui suis deinde
precibus nos apud Deum adiuuant.

Nec interim ullam Deo irrogamus iniuriam, qui se-
cundum temporis ordinem sanctos ante inuocamus, q;
Deum: quinimo ingentem illi gloriam afferimus in eo
ipso opere, & quoddam humilitatis pra; nobis ferimus
insigne, reverenterq; in deum: iidemq; prius sanctos acce-
dimus, non vt in eis sistamus venerationis metam, sed
vt per eos deum proutchamur in Deum, quem vtq;
inuocatione sanctorum debita, sanctis suis multo maxi-
me maiore fatemur: nempe eum, qui solus habeat pri-
ncipalitatem potestatis petita cōcedendi, vt qui primum
sit omnium principium, omnia producēs, omnia guber-
nās, omnia administrās, sine quo nihil, cum quo omnia
possumus et habemus. Alioqui, si propterea deo iniuri-
erimus, qui temporis ordine aliquando humilitatis causa
prius ad ipsius electos, q; ad ipsum deum oramus, haud
dubie

Ioan.23

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Rom. 13; dubie Paulus deo fuit iniurius, quum prius a Romani
Heb. 13 pro se fieri pericul orationē: quidq; idem prius ab Hebre
Hes. 2 is patrōciniū, q̄ a deo, effagitauerit. Hester quoq; regi
 na illa Persari nobilissima, deo fuit iniuria, quod non
 continuo ad ipsum, sed ad Mardochrei & Iudeorū con
 fugerit patrociniū. Quid? Nonne & ipse met deus alio,
Job. 42 qui fuisset sibi iniurius, qui ipse olim amicos ipsius Job,
Gen. 20 misit ad implorandum beati Job orationē, & Abime
 lech regem Gerarę, ad exposcendam Abrahā viri fan
 cti precem? Certe neq; ipse sibi, nec quispiam sanctorū
 illi propterea fuit iniurius, quū non possit inuocacione
 sanctorū non ipse deus ut sumimus author repucari, ho
 norari, & inuocari. Quanq; enim catholica Ecclesia non
 ab ipso causa, in publicis suis orationibus rarenter vel
 nunq; suas orationes prius ad sanctos, sed ad deum diri
 gat, non tamen errat debito modo orans: In omni tribu
 latione et angustia nostra, succurre nobis beatissima vir
 go Maria. Nec est dicere, vel ideo male orari, quoniam
 orans petat sibi succurrere Mariam, quæ id non possit,
 sed solus deus. Respondeo, nos non petere, vt ea nobis
 ex se, sed medio IESV CHRISTO, cui nō potest esse nō gra
 tissima, succurrat. Id quod vbi suis precibus virtute di
 lecti filii fecerit, quodam certo modo vel ipsa fecisse, id
 est, succurrisse, creditur. Cuiusmodi est, quum constituti
 in periculo, homia ē quempiam inuocātes, dicinātes: Mi
 frater, adiuua me: quū tamē ipse nihil, sed deus ipse pos
 sit. Nihilo minus si illius suffragio liberati sumus, dice
 re solemus illum nos liberasse, vt cunq; deus præcipue
 nos liberauerit. Quid multis, quū hoc dicendi modo
 pleriq; oēs vtuntur, nec impie, quando quidem scriptu
Psal. 71 ra nec eo vacet? Nonne solus deus est, qui mirabilia sua
 virtute facit, & ipse tamen illud facere non impie ascri
 bit discipulis suis, dicens: Amen amen dico vobis, qui
 credit in me, opera qua ego facio & ipse facier, & maio
 ra horū faciet. Ad hunc sane modum sancti quoq; (qua
 uis improprie) bonorū dici possunt datores, ac ea nos
 ab eis petere possumus, dicentes: Date nobis sanitatem
 corporis, scilicet vestra intercessione. Hinc ad Aposto-

DE CATH. ECCL. ORATI. LIB. V. 23

Ios Ecclesia orat: Quorum præcepto subditur
 Salus & languor omnium:
 Sanate ægros moribus,
 Nos reddentes virtutibus.

Sed hac de re passim in Centuriis, & forte q̄ hic, cōmo
 dius. Sufficerit hoc loco reddidisse diffinitionē & diuis
 ionē orationis. Cuiusmodi autē cōditiones oratio exau
 dibilis habere, & de quibus rebus esēt de beat: nemo
 pulchrius, nemo brevius, nemo explanatus, nemo de
 nigr melius q̄ Christus doctor sumimus, tam præcepto
 q̄ exemplo suo perdocuit, vt subsequitur.

Vbi orandum sit. Cap. III.

Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuū: &
 clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pa
 ter tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

P Ostquā devortatus est ab orandi modo, quo hypo
 critæ vñi sunt, dominus illico subiicit conditiones,
 quas velit habere nostras ad Deum preces.

Prima quidem conditio est, vt nostra oratio sit secre
 ta, atq; in secreto fiat. Id quod per ingressum cubiculi,
 ostiumq; clausum, intelligitur. Quo quidem modo ora
 uit Heliseus, vt qui puerum à morte suscitaturus, de
 uitum est ingressus: & clauso ostio, oravit ad Domini
 num. Sic Daniel in coenaculo suo clauso ter quotidie
 statis horis genua demittens, cœli numen adoravit,
 & Christus alibi dimissa turba, adscendit in montem
 solus orans. Et rursus idem diluculo valde surgēs, egress
 sus abiit in desertum locum, ibique oravit. Idemq; in
 oliueto, dimisis discipulis, oraturus ad patrem, paulo la
 tius secessit; nimurum suo ostendens exemplo, quod hic
 præcipit, vt oratu; i peramus secretum locum, vt pote
 orationibus aptiorem. Nolim tamen ignores, quod
 hic dominus de cubiculo dicit, non tam ad locum, q̄ ad
 propostum orantis, referri: & frequentius spiritualiter,
 q̄ corporaliter intelligi deberi. Ipsamq; sinistram & dex
 tram, adeoq; cubiculi secretū, nō in rebus, sed in affecti
 bus esse: orareq; illum vere in cubiculo suo, & clauso
 eiusdem ostio, qui non aliud præter deum & eius glori
 am

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

am orans respicit, nec alio cogitans: verum ea sinceritate mentis deum alloquens, quasi nullus hominum se vis deret, nec aliud cupiens quam exaudiri. Ad quem vti que modum quis bonum opus, vel in conuentu, vel in eccllesia, vel in plateis, vel alibi locorum faciens, in abscondito facere dicitur: quippe faciens, non vt ab omnibus, sed vt solum a deo videri desideret.

Ediuero qui in abscondito facit, cupiens videri, & laudem ex hoc & gloriari quarens, non in abscondito, sed in publico facere dicitur: quoniam quod facit, haud vult absconditum esse: tantumq; ipsi valet, ac si gloriose in publico ficeret. Siquidem potest alius (vt publicanus faciebat) bene operari coram hominibus, nec tamen ideo facere, vt illud oculis hominum ostentet: & alius non coram hominibus, eo tamen animo, vt seid facientem videri peroptet. Atq; hinc est, quod ipse dominus non factum ipsum, sed voluntatem vel coronat, vel punit: nec fini operis, sed voluntati operantis, metcedem damnumve decernit.

Est ergo spiritualiter hoc loco cubiculum nihil aliud, quam cordis secretum, & mens a vanis cogitationibus aliena, vt est in psalmo: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubiculis vestris compungimini. Nec ostium est aliud, q; carnalis sensus, qui claudendus est, vt totus & solus spiritus ore, quasi secretus, id est, a carnali sensu remotus ad deum, qui & in secreto, id est, sine iustatione redditurus est. Id quod sufficere debuerit, vt ille solus noscat orationem nostram, qui omnium cordium nouit occulta, idem inspecto & exauditor, se ipsum nobis debitorem constituiens: quoniam, Reddet, non, Gratias dabit, hoc loco ait dominus. Vnde constat

Primo, errare eos, qui nolunt hominem sic posse bonis suis operibus aliquid mereri, vt ideo deus ei quidquam debeat, qui nulli quidquam debet, sed nos illi omnia: quoniam (dicentes) cum fecerimus omnia, quæ praecepta sunt nobis, adhuc dicere debemus: Serui iniuriles sumus: quia quod debuimus facere, fecimus. Respoderimus: et si homo ex sola suorum operum dignitate & natura nihil

Luc. 18

Psal. 4

Heb. 4

Act. 1

Luc. 17

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 240

meretur, atq; illi deus nihil debeat: meretur tamen, ac ei dominus retributionem pro ipsis operibus debet ex sua liberali & gratuita promissione, qua se nobis pro bonis operib; mercedem retributur pollicitus est, nō a. **Paris** mētiens, quæ si summa veritas, dicens: Erit merces operibus vestris. vt qui, propheta teste, reddet vnicuiq; secundum opera sua: recepturusq; est unusquisque mercede dem secundum laborem suum, scilicet ex liberalissima dei promittentis promissione, quæ usq; adeo cadit in debitum, vt ex eius obligatione Moses & Azarias in for

Psal. 68

Cor. 3

Exo. 32

Dani. 3

nace domini pro retributione hortari non dubitarint, Dani. 3 qui & exauditi sunt. Quanq; nolim sic quenquam superire, vt deum velit sibi quicquam ob opera sua bona daturum, quanvis ille pro eis debeat.

Secundò constat, etiam in errare eos, qui volunt nulli, praeterq; in solitario atq; concluso loco, orandum, et maxime omnem orandi usum è templis hac nimis parte per Christum tolli. Id quod perpera sentiunt: quā doquidem nullum hic locū dominus prohibet, sed omnem tollit in orando ostentationem. Nec enim locus nocet, sed modus & intentio. Nec vult aliud (vt diximus) hoc loco, q; vt orans, se in cor suū colligat, omnesq; suos sensus occcludat: seclusoq; omni alio cogitatu, ad solum deum respiciat, qui solus adorandus est. Id enim προσευχή x; (id est, oratio) significat, quandam scilicet in cordis secreto intētam in deum elevationem. Et qui sic orat, vbi cuncti orant, intrat in cubiculum suū: & clauso ostio orat patrem in abscondito, maxime qui orat corde & oratione interiore & spirituali, quæ nihil est aliud, q; in omnire cordis ad deum eleuatio, diuinæ opis pro se vel alii imploratio, dei laudatio, gratiarum actio. Cuiusmodi orationi, necnon & alijs, nullus plane locus, nec publicus, nec priuatus, nec vici, nec plateæ, nec forum, neque vrbs, nec villa, nec campus prohibetur, iuxta Paulum dicēt. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Quod si ita habet, minime quis negauerit in templo orandum, quū alioqui dñs ipse sibi contrarius esset, qui usq; adeo censuit in templo orane

Thes. 5

Hier. 7

Mat. 23

Mar. 18

Luc. 18

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

- Ioan. 2** orandum, ut illud peculiariter domum orationis voca
Esa. 56 uerit, ac esse voluerit. Adde & altoqui perperam egisse
 Annā illam viduam, quæ de templo non discessit, ut po-
 te semper inibi orans. Sed tantū absuit, ut male propte-
Luc. 2 rea orauerit, ut etiam proinde ab Euāgelistā summope-
 re cōmendetur. Quinimo alioqui male fecissent S. Apo-
Act. 2 stoli, qui simul cum deipara virginē post Christi adicē-
 fionem vnamiter in templo perseuerātē orarūt. Atq;
 interim male fecissent Petrus & Ioannes, qui ad horam
 orationis nonam in templum adscenderūt. Orari proin-
Psal. 102 de potest vbiq; ad deum, qui vbiq; est secūdūm vniuersi-
2. Tim. 2 cuiusq; deuotionem & spiritus sancti suggestionem.
 Tertiō constat errare & eos, qui hoc ex loco veline
 omnes circa orationem nostram cāeremonias tolli, cu-
 iusmodi sunt, capitū detectio, genu flexio, pectoris per-
 culio, et hoc genus cāerē. Quiādoquidem dixerim nec
Ioan. 13 hoc Christum velle, qui alioqui male nos suo docuisse
 exemplo, quod voluit imitādū, ut qui huiusmodi cā-
 remonias haud indiligenter obseruauit, qui nunc orans
Mat. 26 in faciem procidit, nunc oculos in cœlum leuauit, nunc
Ioan. 11 flexis genibus patrē adorauit. Qui deniq; vīsus est lau-
Luc. 18 dare publicānū, q; in templo à longe steterit, q; oculis
 infixis in terram viderit, q; suum pectus percuss̄erit.
 Varios esse orandi modos. **Cap. III.**
- Ioan. 4** **S**vpereft igitur, ut credamus vbiq; deum posse orari,
1. Tim. 2 & nullo nō modo nec posse vna ēsse speciem et vna
2. Cor. 11 orantium formā, ut quæ tam possit esse varia, q; multi-
 pliciter variet anima orans. In qua & in eius oratione
 tanta est varietas, ut, nisi speciali spiritus sancti illumina-
 tione, cōprehendi non possit. Aliter enim quispiā sup-
 plicat, quū alacer est: aliter, quū tristitia vel desperatio,
 nis pōdere prāgrauatur: aliter, cum spiritualibus succes-
 fib; viger: aliter, quū impugnationū mole deprimitur:
 aliter, quum veniam peccatorū: aliter, quū acquisitionē
 gratiā seu cuiuslibet virtutis exposcit, vel certe extincti-
 onē cuiuslibet vitij deprecatur: aliter, quū cōsideratio-
 ne gehennæ ac futuri iudicij timore compūgitur: aliter,
 quū spe futurorū honorū desiderioq; inflammatur: ali-

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 241

ter, quū in necessitatibus & periculis: aliter, quū in secu-
 ritate & trāquillitate versatur, &c. Quid multa! Sic quis
 q; orat, ut digne habet spiritū: qui prout dedit vnicuiq; **Act. 8**
 apostolo loqui, ita loquitus est. Sic quemadmodū ille
 adest orāti, ita ē orat. Siquidē spiritus est qui nostrā ad-
 iuuat vbiq; infirmitatē, solus scīes quomodo orare opor-
 tet: qui & ipse postulat pro nobis gemitis inenarrā-
 bilibus. Hic proinde ab vnoquoq; oraturo deuote est
 inuocandus, ut suggerat, quid, quomodoq; orare conue-
 nit. Hactenus de prima orationis cōditione, quæ est, ut
 secreto fiat, id est, sine ostentatione & hypocrisi.

Ibidem
 Vtrum magis expediat orare publicitus an
 secreto. **Caput V.**

I Am vero in questionē venit, vtrum magis in publico
 Ian in priuato loco orare expediat, quādē vtrō
 bīq; cōueniat sine hypocrisi orare. Respōderim, magis
 expedire in secretiore loco, et ob nōnullas qdē rationes.

Prima earum est, quoniam sic orare magis cōueniat
 fidēi, ut ita sciamus dominū vbiq; esse prāsentē, & ma-
 iestatis suæ plenitudine cœlum & terram complere, &
 vt ipse per Hieremīā dicit, occulta penetrare, ut in Cen-
 turīs abunde disserruimus. Secunda, ut sic mens citius
 meliusq; eleuetur in deum, vtpote a tumultu separata.

Tertia, quo facilius euitetur appetitus vanæ gloriæ,
 quæ vtrīq;. q; in priuato, facilius irrepit in publico. Atq;
 hinc est, q; dñs s̄epius in templo docuisse, q; orasse: et ora-
 turus, secessisse in secretum legatur: quāq; neutrobiq;
 orare prohibeatur, & maxime, propter certas etiam cau-
 fas, in tēplo, modo quis malit tacito corde, q; clamosa
 voce orare. Id quod certis qubusdam rationibus debet.

Prima, qnīa deus nō clamosa voce pulsandus est, sed
 recta cōscientia placādus, qui est cordis auditor. Secū-
 da, quoniam secretas oratiōes nostras nō oporteat alterū, **Act. 8**
 sed nos & deū duntaxat scire. Tertia, quoniam clamose
 orans, aliquotēs alterū penes se orare nō permittrit. Quā
 to proinde rectius, oraturi, intrabimus in cubiculum no-
 strū, & clauso ostio, orabimus patrē nostrū in abscondito
 to: et pater noster qui uidet in abscondito, redder nobis

HH **Quomo**

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Quonodo orandum sit. Caput VI.

Matt.6

Orātes autem, nolite multū loqui, sicut ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam peratis eum.

Psal.113

Eccl.4:
Act.1
Heb.4
Esa.46

Secunda est orationis conditio, ut ipsa non sit multo loqua, id est, battologica. Siquidem Græcus contextus hic habet: μη βαττολογεῖσθαι, id est, Ne sitis battologi. Est autem battologia, quadam præcipitata & talis verborum multitudo, quæ non modo minus intelligibilem vocem, sed & fastidium sua verborum superfluitate generat: quoties loquēs, ob præcipitationē resumit quedam, nūc quædā intercipit, velut plerūq; nōnulli in ecclesia sacrificuli, orationū multitudinē perturbant, perperā faciunt, sic præcipitanter canentes & legentes, vt potius balbutire cū graculis inarticulatis, q̄ vel orare, vel legere videantur nēpe simillimi ethnici olim. Illi quippe eiusmodi loqua citate nunq; non vtebantur, nimisrum credentes (vt hic ex Christi verbis accipimus) e non aliter quam multilo quo exaudiri posse a suis diis, qui aliqui nec scirēt nec intelligerent, quo sibi potentibus esset opus. Id quod et si de istorum diis verum fuit, vt pote qui, cum essent vel dæmonia, vel simulachra ex argento & auro, opera manuum hominum, nō audierunt, vt cunctæ aures haberent: nec, nisi deo vero permittente, quicquam senserunt: tamen haud verum est de nostro deo opt. max. patre celesti, vt qui, antequā peritus, dudum nouit, quo nobis sit opus, quidē velit aut dare nolit, omnia non secus arcti coram palamq; praesentia noscēs, cordium & cogitatuum scrutator & penetrator, de se per prophetam dices: Ego sum deus, & nō est ultra me deus, nec est similis mihi, annūcians ab exordio nouissimū, et ab initio, quæ necdū facta sunt, dicens. Eapropter Christus non vult nos orare multiloquio deum patrem, quasi minus scientem & intelligentem, quum plane necedum petitus, norit quo facto sit opus.

Hinc errat, qui volunt per Christum hac parte simpli citer tolli omnes orationes prolixas, quū eas solū carparat quæ

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 24^a

quæ eam ob causam sunt longæ, ob quam longæ fuerant ethnici: nostras vero orationes recte sunt esse prolixas, modo non eiusmodi sunt, quæ sua multitudine & prolixitate vel fastidiat, vel mentem distrahit, vel illius deuotionem impediunt. Cuiusmodi vere in pris mis esse quorundam in ecclesia sacerdotū, qui sic plerūque cum multipliciter tum præcipitanter orant & cantant, vt seipso non intelligant, vt quos nec deum arbitratur intelligere, nisi is esset, qui ex se citra doctorem omnia intelligeret: quæ tamen fastidiosis nostris prolixisq; cantilenis et preculis magis putē ad indignationē, quam ad gratiam prouocari, quum sic potius irrideri, quam vel orari vel laudari dignoscatur, rite ad ita orantem dicere valens. Hypocrita, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, Esa.29 cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me &c. Nec mirum. Qui enim vel coram quolibet rege terreno quippiam petiturus, balbutire inciperet, non cōtinuo ab illo vnā cū petitione sua repelle retur: Quanto magis coram eo, qui est rex regum et dominus dominantium? quem si rogauerimus pietate, Apo.16 nō opus erit verbositate, vt qui plus gemibus, quam sermonibus, plusq; fletibus, q̄ affatu flecti queat, non amans multam loquutionem, sed multam preicationem hic dicēs: Orantes, nolite multū loqui, &c. haud quam tamē prolixam prohibens orationem, sed prolixam et indecentem. Quinimo prolixa cum deuotione, oratio, nos excitare solet, vt nō mente solū, sed & corpore per vocē ad deū excitemur, quo dicere possimus cum propheta: Cor meū & caro mea exultauerūt in deum Psal.8; um viuu. Atq; hoc est, q̄ dominus in horto prolixius Luc.22 orauerit, & aliquoties in orādo pernoctauerit: & ipsi Luc.6 quoq; apostoli post adsumptionē domini cum Maria Mat.14 & aliis in oratione perseverauerint: ac idē quoq; dominus nos dixerit: Oportet semper orare, et nō desistere. Luc.18 Et Paulus, orantes omni tempore: itemq; Sine intermissione orate: Et alias Ecclesia pro diu Petro incarcerato, sine intermissione ad deum orauerit Act.12 HH 2 Non

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Nonne quicq; propheta regius prolixis aliquando pre cibus vsus est, vt in ipsius psalmodiis aperto videntur? Haud est proinde vt quispiam prorsus certeat sublatas quascunq; longas orationes, quū eas dūtazat dominus prohibuerit, quē sua inanī loquacitatē & riultiplicitate vel precipitant, vel deuotionem distrahant. Quod vbi nobis accidere senserimus, profuerit magis breuiter q; prolixe orare: quando quidem satius sit, pauca cum de coro, quam plurimua cum battologia & balbutie ora re: sitq; crebro potius orandum, quā diu: & intente magis, q; prolixe: & animo quidem magis, quam voce: nec p̄scriptis verbis, quasi velimus dominū à nouo quid, quam vel docere, vel certiore reddere de eo, quo nobis opus sit. Siquidem ille, ipso domino teste, nouit quo indigemus ante qāum petamus.

Cur deus oreatur et inuocetur, quum ipse sciat omnia. Caput VII.

VErum enim uero sunt, qui hac in parte, post nonnullū los hæreticos querit: Quid ergo frustra deo loqui, mur et supplicamus, quū nō solū prius sciat quo indigemus, sed velit etiam, vt benignissimus pater, dare: Respondeo nō ideo nos orare deum vt eū qui cuncta nouit vel secretissima, instruamus, verum nō nullas ob causas.

Prima earum est, vt fidem nostram augeamus ad ipsū clamando, credentes & confitentes eo pacto, ipsius esse qui solus omnia possit, in quo vnuamus, moueamur & simus, sine quo nihil possumus, à quo sint quibus indigemus, vniuersa.

Secunda, vt orando recordemur, q; simus pauperculi pleriq; omnes peccatores, quāq; nobis sine deo optimo maximo plane nō sufficiamus: adeo nimis ut insufficientes simus aliquid à nobis quasi ex nobis cogitare, verum omnis nostra sufficientia sit ex deo: possetq; propterea nos recte cū Iosaphat dicere: Domine deus, deus in celo & terra, in cuius manu fortitudo est & potentia, in nobis autem minime: quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.

Ters

Matt. 6

Acto. 17
Joan. 15
Iaco. 1.

2. Cor. 3
2. Par. 20

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 243

Tertia, vt nostrę orationis intentio cor nostrū serenet ac purget, capaciusq; efficiat ad excipienda diuina munera, qua spiritualiter nobis infunduntur. Siquidē deus nō ambitione precū exaudit, qui suam semper lucē dare paratus est: verum nos haud semper parati sumus accipere cū inclinamur in alia. Orabimus proinde, vt quae deus dare dignatur, ad accipendum digni reddamur, ne alio, qui sit dicturus: Nuptia quidem paratae sunt: sed qui in uitati erant, non fuerunt digni.

Quarta, vt orantes, quod vel datur, vel dandū speramus, magni estimemus: non autē, quod à deo datur, vile habeamus, vnde futura sit ingratitudo et accepti bñficij obliuio, sed vt eo ipso amplius eū diligamus et laudem⁹.

Quum vero discipuli proculdubio intellexissent orationis utilitatē et necessitatem, vt pote qua impetrerimus, oportet salutariter à deo, que sunt nobis ad animq; corporisq; salutē necessaria: simusq; rescirent orationē nihil aliud esse, q; cum deo colloquiam, quod oporteret omnino esse bene cōpositum, omniq; ex parte perfectum, quādo quidē plane foret quiddam magni, coram diuina maiestate loqui: insuper quoq; quū audiissent, ipsam orationē debere esse sic breuiloquā, vt tamen nihil in ea desiceret: quū quoque solus interim sp̄ritus sciret, qd& quomo do esset orandū: veriti ne orādo errarent, perierunt sibi à domino datum iri formam precandi, dicentes, vt scribit Lucas: Domine, doce nos orare, sicut docuit Ionaes discipulos suos. Ide est, Domine, quoniam orare est loqui in conspectu angelorum cum deo, qui cum decenter est locum, quum sit dominus dominantium & rex regū propheta dicente: Psallite deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite: Quoniā rex ois terrę deus, psallite fāp̄icter. Et, Quoniā dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnēm terrān. Ne proinde vel longitudine, vel breuitate erremus, & contra deum totius creaturem dominum peccemus, alia querentes pro aliis, vel deo adstantes in oratione non eo, quo expedit, modo, tuq; solus sis à deo ipso magister, te rogamus, vt nobis aliquā

Rom. 8

Luc. 11

Apo. 19

Psal. 46

Ibidem

Judith. 9

HH ; annes

Luc. 21

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

annes discipulis præscripsit. Quibus ipse dominus respondens, ait: Cum oratis, dicite: Pater noster. Quo quidem verbo in primis retunduntur, qui profsus negligunt orationem vocalem, quum tamen dominus de ea solum nobis formam præscripsit, inquiens, Dicite. Id quod est, verbis, non cogitationibus tantum, loqui. & hoc propter alias rationes, ob quas & ipse dominus vna cum discipulis frequentius vocaliter oravit, nos sic orare perdoctum, dicens: Pater noster &c.

De summa orationis dominicae dignitate & excellencia. Cap. VIII.

Quæ nimis oratio, quæ a domino ipsius autore, recte vulgo dñicā appellatur, talis suis vbiq; est numeris ac tanta, qualē & quantā nullus vnḡ rhetorum docuit, nec docere potuit: nec tali aut tanta vnḡ usus est vel Demosthenes, vel Cicero, vel si quis fuit ille vnḡ doctior aut disertior. Atq; nimis h̄c ipsa orationis formula, omnissima est cōmendatissima & laudatissima, multas ob causas: quarum inter alias quas hic transeo,

Ioan. 3

Col. 2

1. Tim. 2

Mat. 3, 17

Mar. 1

Ioan. 14, 15

Act. 3

Ioan. 16

Prima est, quia omnium dignissima, quia a Christo doctore & magistro longe digniss. & doceat, edocet & edita sit, vt pote qui solus est a deo magister, adeoq; deus ipse, solus omnes docens, qui nunq; ab aliquo didicit, in quo omnes sunt thesauri & scientiarū & sapientie, cuius ipse deus pater orationem refutare haud quaquam potest, quum ipse sit mediator inter ipsum & nos peccatores, sitq; filius patris vni genitus, in quo sibi ille bene cōplacuit, quem a nobis audiri præcipit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. Iam vero quæ possit oratio esse spiritualior, q; quæ nobis a Christo data est, a quo & nobis spiritualis sanctus missus est? Quæ apud patrem precatio exaudibilior, q; quæ ab ore filij, qui veritas est, prolata est? An non merito exaudiemur, loquentes apud patrem oratione & piece quam filius docuit, maxime q; ipse filius dixerit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis? Per quid autem magis nomine Iesu petere poterimus, nisi per orationem, quam nobis ille orandam docuit?

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 244

eat, in qua proculdubio solum ea posuit, quæ a nobis digna sunt peri, & digna ab eo dari? Qui enim venit 1. Tim. 8 nos a peccatis saluare, deoq; patri nos reconciliare: non Mat. 17 potuit nos nisi salutaria & utilia docere, quum alioqui Mar. 9 pater haud dixisset, ipsum audite. Secunda, quoniam Luc. 9 breuissima, & quidem singularis breuitatis: quādoquādem sic breuis est, vt tamen nihil profsus in ea deficiat: quæ suo magisterio mirabiliter omnē precem nostram vno quidem sermonē sic breuauit, vt merito possit crederī ille abbreviatus, quo de propheta inquit: Sermonem abbreviatū faciet dominus in toto orbe terrarū. Ideo autē dominus hanc nobis breuem fecit orationēs

Primo, vt nobis esset fiducia cito annuendi, qui breviter vult rogari. Secundō, ne in doctrina cœlesti dispensationis memoria laboraret, sed quod esset simpliciter necessarium, velociter disceret. Tertiō, vt nullus sed ipsius ignorantia excusare posset, interimq; prudenter ingeniorum, profunditatem in ea mysteriorum ad miraretur, eamq; diuinā planē crederet. Quartō, vt si ne fastidio, sed maiore attēctione ac deuotione saepius repeteretur. Quintō, vt sic in deuotione mentis, nō in multiplicatione verborum inutilium, virtus orationis ostenderetur, quū deus sit corde placandus, nō clamore afficiendus: veluti paulo supra satis superq; ostendimus.

Tertia verò ratio, quār laudatissima sic hæc oratio: est, quia omnium secundissima, quū sit magna & multa breuiter colligit, vt nihil in ea obmisiū sit, quod nō in precibus & orationibus nostris cœlestis doctrinæ compendio comprehendatur. Atq; hoc ipsum in eius petitionum numero non obscure constat, quandoquidem haec ipsa septem contineat petitiones. Iam vero, quia liquet, septenarium numerum esse numerum universitatis, perspicuum sit, hisce septem petitionibus uniuersa contineri, quæ a domino licite possunt desiderari & postulari, extraq; illas plane nihil recte peti: nec aliud nos petere posse, quām quod in oratione positum est dominica. Atq; sane si omnium sanctorum precatiōnū verba discurras, quantum testimo, inquit Augustinus, HH 4 non

Rom. 9
Esa. 50

FRID. NAV. IN CATH. GATEC.

nō inuenies, quod ista oratio dominica non includat.

Hæc autē excellentissima vereq; dominica oratio, in exordium partitur et petitionē, more orationū oratoriū, arum. Siquidem solent humani oratores quip̄ ab aliis quo impetrare volentes, à laudibus ejus quem rogare constituunt, suam exordiri orationē, vt eo quidem patrō reddant ipsum beneuolum & attentū. Sic etiam diuinī, sūdemq; sancti oratores factitare consueuerūt. Moses enim dominū rogaturus, vt ducatū populo Israeliti, co præberet in defero, dei laudes suā petitioni præmisit, dicens: Dominator domine, deus misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, & verax. Et cōtinuo petitionē subiunxit: Si inueni gratiam in cōspectu tuo domine, obsecro, vt gradiaris nobiscū. Judith quoq; vidua venerabilis, quum pro conterendis hostibus Hebræorū dominū rogare proposuisset, à dei laudibus ita cepit initium: Deus cœlorū, creator aquarū, et dominus totius creaturae, exaudi me miserā deprecantem, & de tua misericordia præsumtē. Hanc profecto formā precandi scriptura testatur obseruasse per q̄plurimos patres & prophetas, adeoq; summū magistrum nostrum Iesum Christum, pro infinita ipsius sapientia et summo magisterio, qui & nos hanc orandi formulam numeris suis longe consummatissimam docuit, inquiens:

De exordio orationis dominicæ Cap. IX.

Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in cœlis.

Exordium est orationis dominicæ, quo oraturi capemamus (non tamen oratorio prorsus modo) beneuelentiam, non quia ipsum flectamus, quum eius in se sit voluntas immutabilis: nec vt eius beneuolentia præueniamus, quū ipse prior dilexerit nos: sed vt in nobis ipsius de sua beneuolentia certam fiduciā excitemus.

Primo quidem ex consideratione charitatis, quia non strum bonū vult, quia pater, atq; nos eius filii, quos ille nō potest nō diligere, nec eis denegare quicq; ipse autē noster est pater: Primo, per creationē, dicēte propria: Nunquid nō pater unus omniū nostrum? Nunquid non unus deus creauit nos? Et alijs ad vnumquęc; scri

ptura

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 245

ptura: Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te, et fecit, Deu. 32 & creauit te? Secundō, per redēptionē. Tu aut̄, in Esa. 63 quis propheta, pater noster et redēmptor noster, a secu- lo nomen tuū. Tertiō, per regenerationē sacramēta. Tit. 3, lēni, qua nos sibi filios fecit. Vnde Petrus: Benedictus, 1. Pet. 5. inquit, deus paterq; domini nostri Iesu Christi, qui regenerauit nos in spem viuā. Quartō, per fidei instru- tionē. Voluntarie enim, inquit Iacobus, id est, sine me, Iac. 3. tritis nostris, regenerauit nos in verbo veritatis. i. fidei. Dedit quidem, ait Ioannes, eis potestate filios dei fies- ri, iis qui credunt in nomine eius. 1. Joan. 3.

Quintō, per gratia adoptionem. Accepistis enim, Ro. 8 inquit Apostolus, spiritum filiorum, in quo clamamus Abba pater. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quod filius, & hoeres per deum, id est, per opera dei.

Hicce nimisq; et alijs quoq; modis, sc. cura, defensione, hæreditatis præparatione noster est pater, in modo & prædestinazione, qua nos in adoptionē filiorū prædestinavit.

O quanta fiducia, & fiducialis audacia, q̄ factura factorem, creatura creatorē, homo deum, patrem audeat nuncupare? Quis vñq; ausus erat in veteri lege talia præsumere? Nemo certe. Siquidem nunq; præceptum legis tur populo Israel, vt diceret, Pater noster. verum eis insinuatus est tanq; dominus seruis, nobis vero pater, cui non timore, sed amore seruimus, vt pote per sanguinem domini nostri Iesu Christi, filij adoptionis effecti, confi- denterq; clamantes: Abba pater. Quo (quæso) nomine quid charius? Quid enim filius charius esse potest aut debet, q̄ pater? Aut quomodo dubitemus petita impre- re? Quid enim non det filiis petētibus, quū hoc ipse ante dederit, vt sui filii essent? Quomodo eos derelinquat, quos, vt essent, creauit: vt bene essent, redemit & adop- tauit? Sane quod natura ipsa docet in patre naturali, hoc ipsum fides nostra adstruit in patre spirituali, qualis est nobis deus Opt. Iam vero tam diligit pater naturalis filios suos, q̄ seipsum: quia caro sua, quā odio habere ne- quirit, quinimò paterna appellatio ipsum mouet ad preces filiorū, id quod alijs ostendit mater, de cuius filio defun- Ephe. 5. cto

Exo. 3

Judith. 9

1. Joan. 4

Mala. 2

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

- s.Re.3** At Salomon ille sapientissimus erat iudicaturus. Cu
nō id ipsum in patre spirituali cōstet, gratiam potiorem
esse q̄ naturam? Hinc quum filij essemus spirituales de
secundum regenerationem per Christi mortem, voca
uit nos in hereditatem aeternam, vbi nobis preparavit
bona, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, & que in
Esa. 6.4 cor hominis minime adscēderūt. Docemur autem hic,
s.Cor.2 quoniam deus dignetur nobis esse pater, vt nos eo dig
nos faciamus, id quod sit bonis operibus: meminisse
nos debemus & scire, q̄ quādō deum patrem dicimus,
Mat.5 vt & quādō filij dei operemur, vt scilicet simus pij & mi
sericordes, sicut & pater noster qui in caelis est. Alio
qui ipse pater à nobis appellatus, dicturus est ad nos,
Ioan.8 quod olim ad Iudeos, deo operibus contrarios, dice
bat: Vos ex patre diabolo estis. Si Abrah̄c filij estis, ope
ra Abrah̄c facite. Sane decet filios, à hōno patre morib
bus & operibus haudquaquam degenerare.
Secūdō ex hoc exordio capramus nobis fiduciā, et de
um cōmendamus, ex cōsideratione largitatis suā ac dif
fusionē, quia noster. Magna vtriḡ nostra fiducia et deict
dignatio, quod se nō solum patrē cōstituit in celo an
gelorū, & aliorū alibi electorū, nec solum excellentissi
morū in vera religiōtate eminētium, sed & nostri ge
neraliter omnium, quos imaginis suā similitudine insig
niuit, quosq̄ oēs paterno respic̄t affectu, adeō vt non
sit homo in terra viuens, qui se abscondat a calore eius.
Ideoq̄ ille nostri est omnium pater æqualis, qui ge
nerat, pascit, nutrit, corripit, instruit, alias communis
patris officia circa nos non definit exercere, nullus sedu
dens, quos omnes, qui ipsum sequuntur, saluos vult fes
ti. Proinde vere noster quem confidenter orare possū
i.Tim.3 si. Pet.5 mus. Hinc ad nos diuus Petrus ait: Omnem sollicitudi
nem in eum proisciētes, quoniam ipsi cura est de vobis.
Docemur autem hic, mētuam nos debere seruare
charitatem & fraternitatē, nec vnum cōtra alium quasi
alio maiorem, superbire, verum honore inuicem prae
nire. Confidentes enim orando vnum nostrum patrem,
Ro.12 confitemur quoq̄ nos omnes esse fratres, & filios vnius
patris.

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 246
patris tenacius nos mutuo diligamus, efficacius iuue
mus, & compatiamur propter illud commune, quod
aque ab uno patre cōmunicamus. Alioqui frustra ora
bimus patrem, si discordes & inuidentes filij fuerimus.
Gen.25 Eapropter alibi Abrahamus ad Loth aiebat: Ne, que
so, sic iurgium inter me & te, & inter pastores meos &
pastores tuos. Fratres enim sumus. Et ideo propheta di
xit bonum esse & iucundum, vt fratres habitēt in vnu. **Psal.33a**
Quare? Quia orantes apud patrem exaudiuntur.
Discant igitur hoc loco diuites, potentes, & genere
nobiles, nō superbire aduersum pauperes & ignobiles,
quoniā oēs simul dicunt, Pater noster: imò potius, quia
dicunt omnes pariter, Pater noster, sibi mutuo tanq̄ fra
tres debet subuenire, vt pote diues pauperi, sanus ægro
tanti, sapiens ignorantis, potens impotenti. Alioqui in
fructuose dicent, Pater noster, si iussa patris haud imple
ant, si obedientiam filialem transcedant, & fraternum
amorem in se inuicē nō exerceant. Sed, proh dolor, nunc
inter Christianos ferme peius agitur, q̄ vel olim inter
ethnicos, vel adhuc inter Turcas, quum superior oppri
mat inferiorē, fortior debiliorē, diues inopem, miles ci
uem, ciuius sacerdotē. Contra quos efficax est remedium,
recordari nos esle fratres, ex hoc Euangelij loco, quo
vñs est olim Boetius ille Seuerinus, in hac verba perq̄
docte canēs: Omne hominū genus in terris,

Metro.6
libri 3.

Simili surgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater est,

Vnus cuncta ministrat.

Mortales igitur cunctos

Edit nobile germen.

Quid genus & prauos strepitis?

Si primordia vestra,

Autoremq̄ deum spectes,

Nullus degener extrat,

Ni vitiis peiora fouens,

Proprium deserat ortum.

In summa proinde, hac clausula, Pater noster, **C H R I**
S T V S erudit cōmūnem pro fratribus facere oratio
nem,

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

nem, quā nō iubet orandum, Pater meus &c. per quā
inimicitiam destruit, elationē comprimit, amulationē
expellit, matrem honorū vniuersorū amore inducit, &
inæqualitatem humanarum causarum exterminat, &
multam monstrat ad pauperem honoris æqualitatem,

Tertiō nobis in hoc exordio certam benevolentiam
& fiduciam cōparamus, deumq; laudamus cōsideratio
ne immutabilitatis, qua nos immutabiliter predestina
uit immutabilitate perpetua, quum vere additur, QVI
E S. Quod sane complexum, prorsus ostendit diuinia
tatem semper immutabiliter subsistere, non in tem
pore ut in mensura, sed in ν κ ε τετρατισ, vt pote
quæ in tempore nō incipit, cum tempore non definit,
in tempore nō labitur, nulli temporali mutationi subil
citur: imo quæ sic vel sola vere est, ac per se subsistit, vt
in deo duntaxat p̄fens tempus est inuenire, nō autem,
nec p̄teritum, nec futurum, propriæ: quum semper
sit idem, et immutabilis, immortalisque. Id quod ipse
met olim Moi respondens, arguit, dicens: Ego sum qui
sum. Sic dices filiis Israēl: Qui est, misit me ad vos. Et
Christus: Amen amen dico vobis, anteq; Abraham fui
ret ego sum, s. secūdum diuinitatē, qua tempori nō sub
sacit. Et rursus: Nisi credideritis quia ego sum, moria
mini in peccatis vestris. Non dicit, Fui: sed, Sum: ostendens
se, utrū verū deum, vere esse, ac semper esse, non in
cepisse, nec aliquādo desinere. Id quod soli deo cōuenit,
nulli autem creaturæ, nimirū quæ vanitati subiecta est,
nunq; in eodem statu permanēs: cuius viuere & esse, est
tantq; non esse, quum eius vita sit vmbra & mortis simili
lma. Hinc ad deū propheta: Dies, inquit, mei sicut vmbra
declinauerit, et ego sicut sc̄num arui: tu autē domi
ne in æternū permanes. Et paulo post: Initio tu domine
terram fundasti, & opera manū tuarū sunt cœli, ipsi pe
ribunt: tu autē permanes, & omnes sicut vestimentum
veterascen. Et sicut operatorium mītabis eos, & muta
buntur: tu autem idem ipse es, & anni tui nō deficien.

Orantes proinde hac oratione dominica ad deum,
certi sumus de exauditione: quia immutabilis est, qui se
orat

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 247

orari docuit & mandauit, Qui es. Vnde non obscure se
quitur schismatics nostro tempore pessime errare, quā
hoc complexū, Qui es, ex vernacula lingua nescio quā
ob cauam abstulerunt, ipsum obmitentes, quod tamē
Hebraici, Græci & Latini codices hactenus habuerūt.
Quod autē idem in vulgari idiomate, quo nunc paulo
peruersius omnia edunt, dictionē Noſter, proposuerint
dictionē Pater, nō prorsus errarūt, quā vtrāq; dictio sita
sit in casu * vocādi: quanvis inibi minus doctos scanda
lizarūt propter nouitātē minus necessariā, introductā,
maxime q; nec vetus ordo inibi malus fuerit, verum
idem manserit apud intelligentes sensus ac intellectus.

Quartō nobis captamus cum summa dei Max. laude
& gloria, benevolentiā & fiduciā a sublimitate mani
onis excessiū, qua potentiam et maiestatē eius, qua da
re petitā potest, protestamur, dicentes: Qui es in cœlis,
id est, in secreto tuæ maiestatis, in iustis hominibus, &
in cœlesti supra nos regione: quandoquidem cœli sunt
nonnulli spiritalis, nonnulli verū corporales, & qui
dem triplices: quoniam tripliciter cœli sumi possunt, in
quibus vere deus esse dicitur, idemq; creditur.

Primō quidem cœli capiuntur pro ipso ineffabili se
creto diuinæ maiestatis, quæ nos adhuc latet, quēadmo
dum quoq; nos adhuc latet hoc, quod supra cœlos est il
los visibiles. Nihil enim de iis scimus, nisi quod nobis
credendum scripture tradit. Orātes igitur, dicimus: Qui
es in cœlis. i. in abscondito tuæ maiestatis, quæ vtrāq; nos
latet, q; diu viuimus in hoc seculo. Atq; ideo ipse deus
ab Eſta dicitur absconditus, quā ait: Vere tu es deus ab
ſconditus deus Israēl ſaluator, & abſq; te non est deus.

Idemq; aliās ad Mosen: Nō poteris, inquit, videre faciē
mē, & viuere. Non enim videbit me homo, & viuet.
Et quare? Quoniā dico ipse est deus absconditus, habitās
in cœlis, id est, in ſeipſo, et in abscondito diuinæ maiesta
tis, quā nunc (Apost. teste) duntaxat fide videmus, quā
per ſpeculum in ænigmate, tunc autē facie ad faciem,
ubi videbimus eum ſicuti eſt, teste Ioanne, interim no
bis in cœlo, id est, in ſecreto ſuæ maiestatis, absconditus.

Secundū

Exo. 33

Cor. 13

Ioan. 5

Exo. 3

Ioan. 8

Rom. 8

Iob. 14

Pſal. 101

Ibidem

Eſa. 45

Exo. 33

Cor. 13

Ioan. 5

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Secundō sumūtur cœli pro iustis & sanctis hominibus, in quibus deus Opt. quasi in quibusdam cœlis, pœculiarius per suā gratiam hic, & alibi per gloriā, effe ac habitare dicitur. Ad quos dicit Apostolus: Vos estis pluim dei viui, et sp̄ritus dei habitat in vobis, nisi reprobisti, sicut dicit deus, quoniam inhababo in illis &c. Nam & dūs ait: Si quis diligit me, sermonē meū seruit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansiō apud ipsum faciemus. Atq; hinc est qđ scrip̄ra dicit animam iusti sedem esse sapientiæ, quæ & le illam transferat, vt pote cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominū, id est, cum iustis. Nam illi sunt cœli, qui vere gloriam dei enarrant, Cœli nimirum metaphoris appellati, quoniam cum illis per similitudines quadam conueniunt. Siquidem in iustis hominibus & dei electis cœlata sunt secreta cœlestia dei. Ex eis enim rutilat sol sapientiæ, lucet luna scientiæ, miscat stellæ virtutum, coruscant fulgura signorum, crepant tonitrua prædicationum, & manant pluiae scripturarum.

Est præterea in illis sol intellectus, luna fides, astralitutes & coelestes operationes, qbus gloriā dei enarrant. In quibus ob ea ipse deus hic singulariter per gratiā, & alibi per gloriā, nō aliter atq; in cœlis suis est ac habita-

Tertiō capiuntur cœli pro corporibus illis cœlestibus, quæ supra nos sunt & supra elementarem regionem, quorum magnificientiam & pulchritudinem & stabilitatem soliditatēm arguit mirabile firmamentum, & terra adornatum pulchritudine stellarum, astrorum & siderum. Quæ sane corpora mansio dicuntur dei optimi maximi, quoniam in eis habitare dicitur à scriptura, dicente in persona dei: Coelum mihi sedes es, & terra scabellum pedum meorum. Hinc ad ipsum * propheta: Qui habitas in cœlis, miserere nobis. Eos nimirū cœlos vidit olim apertos protomartyr Stephanus, et inibi Iesum

Esa.66
Act.7
Joan.14
Heb.13

stantem ad dexteram dei patris. Ibi quidem domus est dei patris, in qua, dicente domino, multæ sunt manentes, quas post hanc vitā habēdas nunc quærimus, Apo-

stolo dicente: Non habebis hic manētem ciuitatem, sed

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 148
futuram inquirimus. Scimus enim quoniam sit terrestris & Cor. 3
domus nostra huius habitationis dissoluatur, qđ edifica-
tionem ex deo habemus, domum non manufactam, sed
eternam in cœlis. Ibidem enim deus suis viuis cœlis, id
est, iustis hominibus, ea & tantâ præparauit bona, quæ
& quanta oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor
hominis adscenderunt. Rechte proinde orare docuit do-
minus: Pater noster qui es in cœlis.

Hoc autem loco quæri solet, Quomodo deus est in
cœlis? Respondeo deum non esse aliquid sicut in loco,
quo circucriberetur sicut corpus, aut quo definiretur si-
c ut angelus. Siquidem huiusmodi locabilitas duntraxat
cœnunt creaturæ, quæ corporea est & finita, cuiusmodi
est homo: vel solum finita & non corporea, cuiusmodi
est angelus, non autē deus, qui sp̄ritus est substantialis,
incorporeus, simplicissimus, imparibilis, immensus &
infinitus, qui propterea nullo possit cōcludi loco, nec cir-
cunscribi, nec definiri ceu angelus, qui quum sit sp̄ritus
incorporeus, loco circunscribi nequit. Finitus verò
quia est, sic à loco definiti potest, vt ei quidem loco ita
præsens sit, vt extra illum non sit. Ipse verò deus, quia
nec corporeus, nec finitus est, certe nō potest nec circun-
scribi, vt totus sit in loco æquali, & pars in parte sibi
commensurabilis: nec definiri, siquidem illuminatissime
omnem locum & creaturam omnem respicit.

Et hoc est, quod ipse deus à diuino Iob dicitur esse cœlo
lo excelsior, inferno profundior, terra longior, maris la-
tior: nimirum qui sua immensurabilis mensura cœlum
& terram replete. Id quod haudquaquam intelligimus, Hier. 13
quasi ille sit per spacia locorum diffusus, qui vscq; adeo
non est finitus, vt vbiq; esse dicatur & sit, propheta ad
eum dicente: Quo ibo à sp̄itu tuo & quo à facie tua
fugiam? Si adscendero in cœlum, tu illic es: si descendes
ad infernum, ades, &c. Quod nec ipsum debemus cor-
poraliter intelligere, quasi ipse deus corporeis lineamē-
tis extendatur, verum spiritualiter.

Ille quidem esse dicitur Excelsior cœlo, quoniam in
circumscriptione sui sp̄ritus cuncta transcendit: Inferno
profunde

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
profundior, quia transcedendo subiectum omnia: Tercia longior, quia creaturæ modum perennitate suæ eternitatis excedit: Quartiliarior, quia rerum temporalium fluctus sic cogens possidet, ut hosce sub omnimoda potestia sua præstantia coangustando circundet: nimis magis inter omnia, extra omnia, infra omnia, et super omnia. Superior per potentiā, inferior per sustentationē, anterior per magnitudinē, interior per subtilitatē. Sursum regens, deorsum cōtinens, exterius circundans, interior penetrans, ut qui sic ubique est et per cuncta diffusus, non sit qualitas mundi, sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, sine onere cōtinens mundum, totus in celo & terra, nullo cōtentus loco: sed in seipso ubique totus, nulli parti retinens, totus cuilibet parti sic præfens pariter ut sit ubique totus apud oēs, quia nulli absens est totus ubique in seipso, quia non cōtinetur ab eis quibus est præfens, quasi sine eis esse nequeat. Et hoc est quod ad illū ait Salomon: Ergo ne purādum est, quia vere deus habitet super terrā: Si enim celum et cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam adificauit tibi? Loquitur autem Salomon de corporali susceptione, quoniam illum capere potest, qui nec corporaliter ubique est, sed spiritualiter, quum ipse spiritus sit, totus ubique & in omnibus creaturis: Per potentiam, quia omnia suæ potentiae sunt subiecta: per præsentia, quia cognoscit omnia, non localiter distans: per esentiam, quoniam vim invisa intime penetrat, omnibus rerum interioribus immensatus, omnibus dans vitam & inspirationem, qui omnia fecit, in quo vivunt omnia, sunt & mouentur.

3.Re.8
Ioan.4
Act.17
Ecc.3

Hactenus, quomodo deus sit in cœlis & ubique. Hoc autem quæ diximus, sic esse necessario credimus: Quomodo vero sic sint, non intelligimus. Quemadmodum enim multa de deo intelligimus, quæ penitus loqui non valeamus: ita multa loquimur, quæ intelligere non sumus idonei. Siquidem deum esse ubique, vera fide scimus & dicimus: quomodo autem ubique sit, intellectu non capimus: nec est ut scire studeamus, quum de altioribus sit, quæ nos scire non expedit, scriptura dicente: Altiora te ne quæsies.

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 249
quæquieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.

Iam vero queri sentio a nonnullis, quur deus esse in celo dicatur, quū sit ubique: quur præterea Christus nō ligerit nos ita orare, Pater noster qui es ubique: sed ora re docuerit, Pater noster qui es in cœlis.

Respondeo: Quum oratur, Qui es in cœlis: non excludi, quin sit ubique & in omnibus locis, verum sic dici et orari propter causas admodum proficuas. Quarum est

Prima, ut nominantes verbum, in cœlis, cogitemus quantus sit deus ipse, quem oramus. Siquidem dei maximæ potentia manifestatur in cœlorum magnitudine et stabilitate. Nihil enim solidius cœlis, Iob dicente: Cœli solidissimi quasi ære fusi sunt. Dei sapientia, in ipsorum pulchritudine, ordine & speciositate, siquidem spiritus dei cœlos ornauit, quorū species gloria stellarum. Dei bonditas & clementia, in ipsorum fructu & causalitate. A cœlo quidem sol & pluvia super omnia æqualiter in tempore venit: ita & deus omnibus bonus & clemens est, eque omnia diligens, nutritiens & sustentans, quos omnes vult fieri saluos, qui propter hominem produxit omnes creature, & cetera bonitatis sue munera impendit.

Secunda, quoniam in cœlis maxime reluceat dei gloria, quum ibi locus sit sanctorum, quibus se clare facie ad faciem contemplandum actu beatifico præbet.

Tertia, ut nominantes deum patrem in cœlis, cogitemus ne petamus caduca & terrena, sed cœlestia et permanentia: hoc est, cœlestem & paternam hereditatem, pro qua filii diligenter laborare debemus. Si enim (inquit Apostolus) cōsurrexisisti cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est, in dextera dei sedens: quæ sursum sunt sapientia, non quæ super terram. Orantes proinde, cœlestia petamus, & in cœlis hereditatem filiorum dei cogitemus. Quarta, ut orantes, in cœlis, cogitemus nos habere patrem cœlestē, volentes nos habere filios

Iob.37

Iob.26

Mat.5

1.Tim.2.

Psal.8

1.Cor.13

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

cœlestes; nec nos debere consecrari patri terreno, cuius modi est, quidquid sapit vel diabolum, vel carnem, vel mūndum. Erubescamus proinde nos substruere terreno patri, terrenisq; rebus, qui patrem habemus in celis. Hinc alibi dominus: Nolite, inquit, vobis patrē vocare super terrā. unus est enim pater vester qui in cœlis est.

Quinta, vt orantes, in cœlis, cogitemus quot & quāta beneficia deus clementissimus impendat ibidē in cœlis abunde suis electis, quū tot & tāta nobis tam iustis q̄ iniustis, beneficia ab eorū cœlorum firmamento extiore per solem, lunam, cæteraq; sidera proueriant, que ille haud dubie pro sua misericordia ineffabilē vniuersa largitur: quandoquidē, teste Iacobo, omne datum optimū, & omne donum perfectū, desursum est, descendens a patre luminū.

Sexta, vt orātes, Pater noster qui es in cœlis, recordatione tantæ patris, exhorreamus hanc vallem miseria, inconstantē & peregrinam, miseriis et angustiis plenis simā, nos à patre nostro cœlesti separantē, atq; vt hic peregrini, bonis & cœlestibus operibus sic ad verā illam nostram & cœlestē patriā desideremus & properemus, vt ex animo singuli dicamus cum propheta: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, multū incola fuit anima mea. & Quād modū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus. Situit anima mea ad deū fontē viuum; quād venīa et apparebo ante faciem dei. Sicut nimis Tobias, sic Simeon, sic Paulus, sic multi alij iusti homines oprabant dissoluī ex hac peregrinatiōe, & esse in cœlis cū patre cœlesti, illoq; in copia omnīū honorū frui, & eius gloria saturari. Qui et voti sui cōpores sunt facti, nūc inibi cū patre cœlesti feliciter viuētes, quoniā cœlestia hoc in mūndo, nō terrena, cogitarūt: ac ad cœlos, vbi deus pater eorū thesaurū est, adspirarūt cœlestibus operibus. Apud quos et ipsi erimus, si illorū faciēdo et orando imitatores fuerimus.

Et hēc, quo ad prologū huiuscē dominicē et excellētiſſimē orationis, à dñō edocē et promulgatē: in quo, vt dictum est, benevolentiam & fiduciam captamus.

Primo,

Mat.23;

Iaco.1.

Job.7.14

Heb.13

Psal.119

Psal.41

Tobi.3

Luc.2

Phil.1.

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 250

Primo, à dei charitate, quia dicimus, Pater: quod est nomen dilectionis, dulcedinis, benignitatis, torius gratiae et prouidentiae. Secundo, à largitate & bonitate ipsius, quoniam tam liberalis, largus & bonus est, vt seipsum nobis donet, hacq; ratione velit esse noster, nec formum angelorū & iustorum, sed nostri, qui peccatores sumus, quos æque vult saluos. Tertio, ab immutabilitate perpetua, quoniam ipse semper est voluntate immutabilis, semper gratia et potentia idem, semper potes dare et volēs dare petita, modo vere eius simus per opera bona filij. Quarto, ab ipsis potentia & sublimitate maiestatis, quia in cœlis omnia creans, omnia regens, omnia largiri potens & cupiens, &c.

Atq; haſce ob causas, summa dei maiestatem frequenter in cœlis illis etiam corporalibus esse dicitur, quoniam inibi magis suę diuinę operationis potestas et virtus reluceat: quāq; alioq; nō modo in cœlis, sed et vbiq; sit ac esse dicitur. Quādmodū et aīa vbiq; dicitur esse in corpore, int̄ēsius tamē in corde et capite: quia inibi nobiles illius operatiōes magis q̄ alibi apparere videātur

Orantes igitur, Pater noster qui es in cœlis, vel maxime curemus nos piis operibus cœlestes reddere, cuius gratia, quondam orātes cōuertebant se ad orientē cœli partē, vnde cœlū surgit: non tanq; deus ibi sit, cæteras mundi partes deserens, sed vt admoneretur animus ad naturā excellentiōē se conuertere, id est, ad deum &c.

De petitione prima. Caput X.

Sanctificetur nomen tuum.

P Osto orationis procēmio, quo captari cōuenit spes et fiducia petendorum, subseq̄uit modo pars orationis altera, qui continet petendorum tractatum. Qui sane non solum ponit quāt̄ à deo possunt ac debent precari ac deprecari, verum etiam quo ordine et modo peti debent. Nam vero, quia in presenti oratione preces ad deum optimum maximum, tanquam filii ad patrem Exo.20 dirigimus, sitq; proborum filiorum, vt ante omnia quāt̄ Deut.5 rānt patris honorem et gloriam, et illius laudi & de cori omnia posthabeant, vt cui honorem & timorem II. 2 debeār̄,

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mal. v. debeant, eo ipso ad nos per prophetam dicente: Filiū honorat patrem, & seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et si dominus ego sum vbi est timor meus? Ideoq; summus ille doctōr a deo, fātuator Iesu Christus ordinate nos docuit ante oīa orare et optare ea, quā spectant ad gloriam & honorē patris. Id quod est prima in hac dominica oratiōe petitio, qua petimus & optamus, vt dei patris optimi maximī nō men sanctificetur. At quomodo, inquis, petimus nomē dei sanctificari, quod iam antea sanctum sanctorum est quūm ipse sanctus sit sanctorum propheta dicente: Cōfiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est, quoniam & ipse dominus sanctus? Idem iterum. Sanctū & terribile nomen eius. Nunquid, inquis, illi sanctitas aliqua aduertit, quās a nouo addī potest? Haud quaquam, respondeo, quām utiq; illius nomen vt ipse est immensē sanctitatis in omnibus bonis, vñq adeo sit perfectum, vt nō possit augmentum nec decēmentum capere. Quidquid enim boni in deo est, summe & plus q̄ abūnde in ipso est. Cuius causa Paulus ait: Qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Non enim hic petimus nec optamus, vt eius nomē in se ipso augeatur, quod sanctissimū est, nec sanctius effici potest: verum petimus & optamus ante omnia. Primo, vt ipse deus pater der, & sua gratia efficiat, quatenus sanctitas suā gloriōse maiestatis excellētissima (vt sic dixerim) toti mundo innotescat, declaretur, prædicitur, credatur, diligatur, reuereatur, honoreturq; ita nimirū, vt quicquid est vñp̄iam perfectionis & dignitatis, si mulēp̄ excellentiā & honoris, ipsi attribuatur, vt in toto orbe ipse habeatur & nominetur solus sanctissimus, altissimus, potentissimus, fūlissimus, sapientissimus, ac pater misericordissimus. Et sic recte cognitus, vt solus deus veneretur, magnificetur, & diligatur, nec a quoniā contemnatur. Siquidē sanctificare nō aliud hoc est modo, q̄ efficere: vt quoquo modo eius gloria et maiestas palam omnibus innotescat, et magis ac magis illuceat apud plerosq; oēs, tā fideles q̄ infideles: ac illis ita innotescat,

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 25
 reſcat, vt credant, eo ipso qualis est, nihil esse sanctius, nō hil quod sit aut magis timendū, aut minus offendendū. Atq; hoc nimirū pacto erit sensus: Sanctificetur nomē tuū, id est, O pater noster in cœlis existēs, da, quāsumus & op̄ram, vt celebris sis ac glorioſus in omni terra, vt adoren te vniuersē gentiū familiq; vt sit nomen tuū glorioſum & benedictū apud oēs gentes: fiatq; tua sanctitas & diuinitas sic nota toti mūndo, vt totus mundus noscat te verū esse & vnicū deū: te etiam laudet totus mūndus, reuereatur, et honoret, cōfiteatur et agnolcat, vt tuām decet eximiā sanctitatē. Ita sane propheta petiit olim sanctificari nomē dei patris, dicēs cōtra inimicos dei & suos: Deus meus, pone illos vt rotā, & sicut stipula ante faciē venti. Sc̄c. Ita persequeris illos in rēpeſtate tua, et in ira tua turbabis eos: Ut cognoscāt quia nomē tibi dñs, tu solus altissimus in omni terra. Sic Christus patrē petit, inquiēs: Pater, clarifica filiū tuū, vt filius tuus clarificet te. Vbi q̄uigi posset, quomodo patrē clarificauerit filiū, cū sempiterna claritas patris nec diminuta fuerat in humana forma, nec augeri potuerat in sua perfectiōe diuina. In se ipsa, dico, patris claritas nec augeri nec minui poterat: apud hoīes procul dubio minor erat quando in Iudea tantūmodo notus erat, et haud dñs solo ortu vñp̄ ad occasum laudabāt nomē dñi. Id qđ per euāgeliū Christi factū est, quo p̄fecto patrē clarificauit filius. Hoc qđ ipse deus pater futurū p̄dictit, in hēc verba. Et nō meū sanctum, nō rū faciā in medio populi mei Israel, et nō prophanabo amplius nomen meū sanctū, et sciēt gētes, quoniam ego dñs sanctus in Israel. Hoc autē quid aliud est dicere, qđ Reddā nomen meū gloriosum et augustū, cū iā p̄fīlm agnoscetur qđ ego dñs sum saluator populi mei. Ad hunc ideo modum aliās iubēmur a deo petere, vt det vocē virtutis euāgelizātibus, Psal. 57 vt per eorum p̄dicationem & doctrinam apud oēs gentes innotescat sanctitas dei, & vñns verus & xter Ioah. 10 nūs deus eis manifestetur, vt sic toto orbe conuerso, si at vñus pastor & vñum ouile. Id quod Apostolus pro Galia 1 virili p̄fātare conatus est, aliās dicens: Et in me claris 2. Thes. 8 II 3 sicabāt

Psal. 82

Ioan. 17

Psal. 75
Psal. 112

Ezec. 38
et 39

Psal. 57

Ioan. 10

Gala. 1

Theſ. 8

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

scabant deum. Sic idem alibi dicit, se orare pro Thessalonicensibus deum, ut is dignetur eos sua vocatione, & velit implere omnē voluntatem bonitatis sue, & opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in eis, & in illo ipse. Et hoc est quod ex pracepto domini oramus; Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Non ut ut illi aliquid sanctitatis per nostram sanctificationem accrescat, quod ante secula sanctum est & in æternum, sed ut tam sanctum toto orbe habeatur, quam in se sanctum est.

Secundo, orantes sanctificetur nomen tuum, oramus, ut nos sic sanctos sua gratia reddat & conseruet, quatenus nomine eius per nos indies fiat & sit sanctum, celebre & inclyrum, atq; in nobis operetur sua sanctificationis augmentum. Siquidem sanctificatio filiorum, eius nominis attribuitur, ut videlicet quia nos nimia charitate filiorum suorum nomine honorificauit, efficere dignetur, ut tales simus quales nominamur, scilicet filii Dei tam nomine & opere, vita & verbo; vt nos pro animi affectu, ore, opere & gestu, sanctissimum eius nomen honoremus, ipsum semper animo fixum meditantes, ore reuerenter & cum tremore nominantes, atque cum illud audimus ab aliis nominari, inclinatione, genuflexione, aut alio exteriore signo decerter honorem illi sanctissimo nomine exhibentes. Nam vero orantes, sanctifice tur nomen tuum, quod in se & semper sanctum est & venerabile, in nobis (id est, in nostra vita & conuersatione spirituali) sanctum appareat, ut quicquid vel cogitamus, vel loquimur vel facimus, in eius gloriam celebrat, ne ipsum malis aut verbis, aut operibus violemus, aut polluamus, aut blasphememus, aut contemnamus; verum sic ipsum sanctificemus & glorificemus, ut vere simus nomine & re filii tui, quemadmodum tu nomine & re dignaris esse pater noster, ne per peccatum a filiis omnis gratia separaremur, sed filii tui per gratiam semper maneamus. Atq; utinam, fratres dilectissimi, hodiernis temporibus ita tam ore & spiritu deuotissimo, deum patrem, quibus (proh dolor) sic passim videmus nomen

dei

Ioan §

Cel. 3

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 252

dei nostris verbis & operibus non tam sanctificari, sed blasphemari; sic illud in vanū sumi iurando & pecierando, ut non potest illud ab infidelibus tantum opere negligi, quātum a nobis cum minoribus tum maioribus neglegitur, qui vel hoc nomine audit, nullum penitus illi honorem & reverentiam impendimus, quod tamen vel Iacob. 8 dæmones contremiscunt. Hinc non dubitamus, quin nūc adsit tempus, in quo per prophetā merito nobis deus, querendo de nobis, dicere potest: Magnum est nomen Mala. 2 meum in gentibus, & vos polluistis illud. Per vos iugiter tota die nō meū blasphematur. Deberet iraq; post Ro. 13 testas in eiusinodi blasphemos gladio animaduertere, memor quia lex quōdam diuina iusserit cum educi extra castra, & lapidibus obrui, qui blasphemarat nomen domini, iniquas: Non usurpabis nomē dei tui frustra, Deu. 5 qui nō erit impunitus, qui super re vana nomē eius ad sumpserit. Qui maledixerit nomini domini, illudque blasphemauerit, morte moriatur. Admonitā igitur velim potestatem sui gladij, quem in timore & penam gerit, quatenus ipsa attendat populo: ipsostiparentes admoneo sui & suorum filiorū, quatenus nomen dei nō blasphemant, sed sanctificant, dicentes: Sanctificetur nomine tuū, id est, facito nos sanctos, ut tu per nos glorificeris, et ut hactenus nomen tuum male loquendo & viviendo blasphematum est a nobis, ita nunc bene loquendo et viviendo sanctum glorificetur, non contemnatur, nō in honore tur, sed penitenti habetur, et reuerenter et cum timore exprimatur et audiatur. Ni hoc fecerint, sciānt se læse summae maiestatis reos, haudquaquam euasiros durissimū dei iudicium. Tertiō orantes, sanctificetur nomine tuū: oramus, ut sic nos in munda & sancta conuersatione seruare dignetur deus pater, sicque nos faciat effulgere sanctis verbis & virtutibus, ut per nos cuncti ipsi sumi omnino sanctificant, id est, celebrent, laudent & glorificant, utpote nos sic sanctos adspicientes, ipsum incipiānt sanctificare & glorificare, quēadmodum cum cœli pulchritudinem adspicimus, dicere solemus, Gloria tibi Deus, nempe capti gloriola cœli speciositate.

II 4

Ita

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ita quoq; vt vel mali animaduertentes nostram sanctitatem, sanctificare deum cogantur. Et erit sensus: Opater coelestis, fac vt nedium nobis tua sanctificatione, sed & aliis proficiamus, ita vt nos te, & alij per nos te concelebrent, nomen tuum glorificant. Et hoc est quod dominus inquit: Sic luceat lux vestra cora hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in celis est. Sic inter cetera Petrus ait: Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificant deum in die visitationis. Et hoc est quod propheta horatur, inquit: Laudate dominum in sanctis eius.

De petitione secunda. Cap. XI.
Adueniat regnum tuum.

Anteq; declaremus hanc secundam dominicæ orationis petitionem, qua docemur petere regnum dei venire: prius sciendum duximus, regnum non esse aliud, q; rerum variarum & multarum possessionem: regnare vero, res illas possidere. Iam vero regnum dei est multiplex.

Primum quidem est, regnum dei & uniuersale et alterum, quo illius poterit omnia in celo & in terra et in omnibus abysmis subiecta sunt. Id quod est regnum omnium seculorum, in quo deus regnat tanquam rex regum & dominus dominantium, suo quidem nutu potenter. Id regnum ut veniat non est petere, quasi dominus non iam contra eos inimicos regnet ubique & semper, quoniam iuxta suam voluntatem regnet ab eterno sine impedimento: sed est petere, vt hoc ipsum suum regnum omnibus hominibus innotescat et manifestetur, vt ipse appareat rex regum, & solus verus rex. Id quod fieri in extremo iudicio. In quo per euidentiam apparebit uniuersale ipsius regnum & dominium. Quod sane regnum non hic proprie petimus, sed in prima petitione. Sanctificetur nomen tuum. Quia nimis petitio diuersa est ab hac petitione, quia nonnulli voluerunt prioris esse expositiua: qualis profecto non est, quoniam hic proprie incipimus petere, que nostra intersunt.

Secundum regnum dei, est regnum scripturarum, ubi reg-

Mat. 5

1. Pe. 2

Psal. 150

Exo. 15

Psal. 144

1. Tim. 6

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 253

rat deus, quasi rex in secreto consilio, de quo Christus ad Iudeos: Aufferetur, inquit, a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Hoc dei regnum petimus venire, quoniam petimus veram scripturam intelligentiam, ne, vt olim Iudei & ceteri infideles, ignoratim tenebris obruamur, & velut ceci in foueam ceterorum principum temur, ne audiamus dici nobis a Christo: Erratis, nescientes scripturas. Id quod non est aliud dicere, q; ignorantes scripturas damnabimini. Atque ideo magna est petatio, qua petimus venire regnum dei: quod est eius scriptura, in qua puratur esse vita: qualis utique est, si accipitur ad spiritum, qui vivificat. Tertium dei regnum, est regnum eius ecclesie, in quo ipse deus haud aliter atque paterfamilias in domo sua, vel rex in exercitu regnat, de quo multæ passim in euangelio parabolæ narrantur: veletuti est, Colligent de regno suo omnia scandala. Id regnum petimus, quoniam petimus ecclesiam dilatari & exaltari & augeri numero & merito, vt videlicet infideles efficiantur fideles, ecclesia preceptis contra satanam obedientes, vt unus tandem fiat pastor et unus ouile. Quæ nimis petitio non propriè huc, sed ad primam pertinet petitionem, quæ principie concernit gloriam & régimē dei.

Quartum dei regnum, est regnum gratiae diuinæ, qua anima in omnibus mandatis diuinis recte gubernatur et regitur. De quo dominus apud Lucam: Regnum, inquit, dei intra vos est, id est, gratia, quæ vera regni origo est & principium. Hoc sane regnum venire petimus, quoniam petimus ad nos venire gratiam dei, vt illa in nobis regnet, & destruatur corpus peccati & malitiae, vt per ipsam pareamus preceptis dei & consiliis, vt ita non solum sit rex noster potentia, sed in nobis regnet & principetur gratum faciente gratia.

Et recte petimus hoc regnum dei venire, quoniam sine eo non possumus venire ad quintum & ultimum dei regnum.

Vltimum vero regnum dei, est regnum gloriae & beatitudinis in æterna patria, in quo deus regnat sicut rex in conuiuio, de quo ille: Beatus qui manducabit panem in regno dei. Id quod hoc proprie loco non aliud

Ioan. 5

Ioan. 6

Heb. 3

Mat. 13

Ioan. 10

Luc. 17

Luc. 18

Luc. 19

II, 5

intel

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

Intelligimus, q̄ regnum gloriae & beatitudinis, in quo ipse deus pater haud aliter atq; rex regum, regnat in eternum, cuius regni non erit finis, in quo totius est de siderij satieras, propheta dicente: Satiabor cum apparuerit gloria tua. In quo iusti fulgent quasi sol in splendido diuinoꝝ tabernaculo, quod ineffabiliter ex auro mundo & lapidibus preciosis est extructum, non indigens nec sole, nec luna, vt luceant in eo: nam claritas dei illuminat illud. Id sane regnum dei, neceſſum est ut summa deuotione & humilitate peramus ad nos venire, quoniam nos ad ipsum non nostra virtute naturali, sed solo dei beneficio peruenire valemus: quum nobis idipsum nō nostris meritis & operibus, sed ex sola ipsius misericordia liberalitate debeat deus, vt qui non ex operibus iustitia, que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Orabimus igitur ab eo, vt eius ad nos veniat regnum, quod praetiruto tempore omnibus perfectis ac dei filiis generaliter est repromissum, ad quod indies a salvatore nostro invitamus, quum ait: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.

Petimus autem recto admodum ordine, regnum dei ad nos venire, post primā illam petitionē, qua pertiuimus, quod pertinet ad dei honorē & reuerentiam. Nam enim (quod constat) oppido conuenit ordinī, vt filii adoptionis, post petitionem eorū quae ad patris honorem pertinent, tanq; ad hereditatem dei adsciri, regnum eius peramus tanq; filij. Sicut igitur filij ad hereditatem vocantur paternam, & in domo patris manent in eternum; ita & nos tanq; filii summi patris, & heredes dei, coheredes autem Christi, petimus post huius exilii incolatum, nobis hoc regnum patris aduenire, dicentes: Adueniat regnum tuum. Id est, O pater cœlestis, quoniam pondere peccati & mole corporis prægrauati, nō valemus ascendere ad regnum tuum, quod regnum est omnium seculorum et summę felicitatis, quod nobis tua bona te repromisisti, & vngenitū tui filii Iesu Christi sanguine acquisiuiti; des, quas sumus, vt tua gratia ad nos veniat,

Mich.4

Luc.1

Pſal.1

Mat.23

Apoc.7.22

Tit.3

Mat.16

Apoc.19

Ioan.8

Rom.8

Sap.9

Pſal.14.4

1.Pet.1

Apoc.1

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 234

niat, vt qui in hac miseriariarum valle tibi vt cunctis seruis uimus, tecum tandem inibi regnante regnemus, non ut in regno aliquo temporali & terreno, sed in cœsti tuo regno, scilicet perpetuo et nullo vñquam fine terminando, vt quo tu modo regnas per fidem in nobis, tandem in regno tuo cœlesti regnes in nobis per speciem, & transeat regnum fidei ad regnum speciei, non per translationem loci, sed vt fiat nostra habitatio regnum tuum, locus sanctorum domus patris, in qua constituta sunt multæ mansiones lucidissimæ, in quibus requiescent sanctorum animæ in pulchritudine pacis & rei opulentia: in cuius atriis melior est dies vna, quam alibi decem millia.

De peritione tertia. Cap. XII.

Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

Quanus ipse deus pater sua nimis bonitate nobis regnum suum repromisit, nosq; ad illud creauit & vocauit, vt quos velit oēs fieri saluos: ad ipsum tamē haud vult nos ingredi, nisi eius voluntatem fecerimus, Christo dicete: Non omnis qui dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœlorū, sed qui facit voluntatē patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Iam vero constat, nō in nostra prorsus esse potestate, facere voluntatē dei, sed in dei gratia, que, Apostolo testatur, vel sola, adeoq; ipse deus operatur pro bona voluntate nostra velle & perficere in nobis. Spiritui quidē, voluntatē dei facere volenti caro & illius cōcupiscētia, instigante diabolo, aduersatur, ne quod bene volumus, perficere valeamus, quemadmodum Paulus ad Rom. grauiter disputat, & aliās. Quam ob causam summus ille doctor nos docuit deum patrem orare, quatenus cōcedat, vt sua a nobis fiat voluntas: nec quidem simpliciter, sed vt fieri solet in cœlo .i. ab angelis: sic in terra, id est, ab hominibus, qui de terra sunt, & in terram reueruntur. Angeli quidem sic vñcē adeo addicti sunt rectitudini & diuinæ bonitati, vt ab eius voluntate deflecti non possint, utpote qui ministri multo paratissimi, verbum ipsius Dei maximi faciunt & voluntatem eius, Ipsi

Mich.4

Luc.1

1.Cor.13

Ioan.14

Esa.22

Pſal.85

Mat.28

Mat.25

1.Tim.6

Mat.7

Gala.5

Ro.7

Gene.2

Sap.10

Pſal.102

1.Pet.1

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ipsi verò homines, terrestrem adhuc regionem incolentes, haud semper dei voluntatē amplectimur, vt (proh dolor) rerum experientia plus q̄ abunde commōstrāt, quū sic pleriq̄ onines facti sumus inutiles, vt vix vius sit qui faciat bonū cōtemnētes quæ p̄cipit ipse deus, facientes quæ prohibet: atq̄ sic eius à nobis voluntas haudquaq̄ sit, vt sedulo fieri adsolet in cœlo à sanctis spiritibus, & iustis electisq̄ ibidem. Siquidem diabolus, caro & mīdus, pleruncq̄ sic nos à voluntate dei retrahere conatur, vt noltris plane viribus voluntatē dei face, re nequeamus. ideo dñs docet, vt patrem cœlestem, qui solus cuncta potest, dans gratiā & gloriā, petamus, dicentes: Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra. Qua quidem petitione non perimus, vt deus faciat quod vult, sed vt eōcedat, quatenus virtute eius facere possimus, quod ipse nos vult scilicet velle et facere: nec ipsius voluntati quoquo modo repugnemus, quum solus ipse sit qui bene vult, nec male possit velle, quum solus sit summū bonū, à quo nihil nisi bonū, cuius voluntas omnium est voluntatū regula & norma. Ideoq̄ recte perimus, vt eius, non nostra fiat voluntas, quæ multories praua est et indirecta. Sicut Christus in persona cuiuslibet infirmi hominis, vt faciendo doceret, orabat, Pater, si fieri potest, transeat calix iste à me. Veruntamē nō quod ego volo, sed quod tu. Idem altis: Non descendam, inquit, de cœlo, vt facerē voluntatē meā, sed eius qui me misit. Ita & nos exemplo eius facere debemus, maxime q̄ p̄ceperit, vt oremus patrem: Fiat voluntas tua &c. In quo ab ipso patre cœlesti duo p̄cipue petimus. Primo, vt nos faciat velle & facere, quod nobis faciendum velit ac p̄cipiar: et nō velle nec facere, quod ipse prohibet velle & facere, quemadmodum angelii et eius electi in cœlo faciunt quod ipse vult, & dimittunt quod nō vult, & suas voluntates diuinæ voluntati con-

Psal. 13: Mat. 26 Mar. 14 Ioan. 5 Psal. 14:2

formant. Hoc pacto David orabat, dicens: Doce me facere voluntatem tuā, quia deus meus es tu. Id quod ipse precamur, dicentes: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Et est sensus: O pater in cœlis, da, quæsumus, ut quemada

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 255
quemadmodum angelii & electi tui in cœlo sic se tuat voluntati conformant, vt p̄ceptis tuis vbiq̄ & semper, libentiq̄ animo obedient, inculpareq̄ seruiant: sic et ipsi homines hac in terra conuersantes, & de terra facti, agamus quæ p̄cipis, fugiamus quæ prohibes, amemus quæ commendas, detestemur quæ odis, & summas, vt tibi in omnibus obedientiam p̄sternemus, quam p̄stare decet filios probos patri optimo, qualis tu es, cuius voluntas semper optima non esse non potest.

Secundò, orantes, Fiat voluntas tua &c. petimus, vt de ipso deus nobis velle & grata habere, quæcunq̄ nobiscum egit aut agit, vel quamlibet nobis amara & dura, et quū illa fecit, haud impatiēter murmuremus, tanq̄ quæ minus recte hant ab ipso, vel quæ minus recte sint facta, quū deus pro sua ineffabilē bonitate & sapientia nō poslit nō omnia facere bene, recte et sapienter. Hinc grata quoq̄ debemus habere bella, p̄alia, incendia, clades, famem, caristiam, pestilentias, paupertates, mortes, & hoc genus aduersa omnia, quæ nimis nō possunt non fieri & permitti voluntate diuina, quæ nihil maliveri seu nocui velle potest: verū potens etiam, quæ nobis pessima videri soleant, nobis in bonum conuertere & in suam gloriam. Proinde in id genus aduersis omnibus sic tenemur nostram voluntatem diuinæ cōformatre voluntati, vt omnia ipsa dum sunt seu accidunt, nobis placeant: eaq̄ sic fieri velimus, tanq̄ volita à deo suo rectissima & iustissima voluntate. Ad qđ nos horratur

Primo necessitas, quoniā tam nobis est ad patrini cœlesti necessaria implatio voluntatis diuinæ, vt cōtra ipsam nō possimus illuc ingredi. Apostolo dicente: Patientia vobis necessaria est, vt voluntatē dei facientes, reportetis promissionē. Siquidem soli sunt fratres et sorores Christi, qui patris voluntatē faciunt. Ideoq̄ ne nemo ad patrē venire potest, nisi qui eius facit voluntatē.

Secundò charitas filialis, quando quidem sic filij charum habere debeant patrem, vt velle debeat, quicquid pater eorum velit, nec contra illius voluntatem quoq̄ modo reluctari, quanvis durum videatur, quod pa-

s. Cor. 10

Ro. 8

Heb. 10

Mat. 12

Mar. 8

ceg

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Heb.13 ter vult aut facit. Memores enim debuerint esse, patre
Pro.3 eos diligere filios, quos & corrigit & flagellat.
Ecc.39 Tertiō, scriptura, quę ait: Benedic dñō in omnibus
Psal.110 operibus suis. Et discessis in cōfessione; Opera domini
vnūuersa bona valde, vt pote cuius omnia opera, exqui
sita sunt in oēs voluntates eius. Quartō, exemplum,
Gen.22 Nonne et Isaac voluit vel vſq; ad mortē, quod pater ip
Dani.3 flus voluit Abrahamus? Nonne tres quoq; pueri in for
nace vſq; adeo voluerūt, quod deus voluit, vt etiā lati
Dan.4 deo benedixerint hymno? Nōne et Nabuchodonosor
gratissimā habuit suam poenam & ignominiam, quam
deus illi infligebat, cuius voluntati suam voluntatem
Psal.33 suppliciter conformabat? Nonne et David vbiq; vſq;
ad eo voluit, quod deus voluit cum eo, vt etiā in sum
me aduersis canere solitus fuerit: Benedic dñō in omni
tēpore, semper laus eius in ore meo? Et ipse quoq; Job
in maximis suis aduersitatib; dīscēbat: Dñs dedit, do
minus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sic
2. Mac.3 nomen domini benedicūt. Sic Iudas alibi Machabæ
us cōtra suos inimicos robustissimos bellaturus, dīce
bat: Sicut autē fuerit voluntas in cœlo, sic fiat. Ita Chri
stus exemplar omnis sanctæ imitationis, ad patrem aie
bat: Non mea, sed tua fiat voluntas. Quod si ille, qui deo
patrī ad omnia æqualis fuit, sic ad omnia suam volunta
tem cōformauit voluntati patris: quur nō & ipsi hoc ip
sum faceremus, qui putredo sumus & vermis, maxime
Act.1 q; is voluerit nos suo exēplo facere, qui fecit & docuit?
Quintō, ineuitabilitas: quādoquidem sive volumus,
sive nolumus fieri voluntatē dei, nihilominus tamen ip
sa fit: vt pote cui nemo possit resistere, contra quam nec
valeat cōsilium, nec sapientia, illo de seipso dicēte: Con
Gene.50 siliūm meūm stabit, & omnis voluntas mea fieri
Efa.4.6

Supereft igitur, fratres charissimi, vt Christo docto
re semper oremus ad deum patrē: Fiat voluntas tua &c.
Id est, da, vt quod tu nos vis facere, faciamus; quod tu
prohibes, caueamus: quod tu cōsulis, impleamus: quod
tu vis, velimus tam in prosperis q; in aduersis: quēadmo
dum qui tecum in cœlo sunt, tibi in omnibus obediūt;

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 298

sicut etiā in omnibus tibi obediamus, qui sumus in terra.
Docet autē, vt orando dicamus, siat voluntas tua, scilicet
medie & impersonaliter; nō autē personaliter, Pa
ter, fac voluntatē tuā in nobis: nec, faciamus voluntatē
tuā. Ne videlicet illud dei tātum, aut hoc hominis tātū
esse videatur, quū falsum foret utrumq;. Sicut enim ho
mo nil bonū facere potest, nisi habeat adiutoriū dei: sic
nec deus bonū operatur in homine, nisi homo velit. At
q; ideo ad operationē bonū requiritur utriusq; coopera
tiō. vt deus inibi habeatur magis adiutor quam faciōr.
Hinc aliás ad hominē dominus: Si cōuerteris, inquit, cō
uerterā te. Hac nimirū causa dicere solebat Augustinus
ad hominē: Qui creauit te sine te, nō saluat te sine te. Id
quod est cōtra eos, qui perperā negāt libertatē arbitrii,
falso dicētes, nil prorsus hominē facere ad suā salutem.

De petitione quarta. Cap. XIII.

Panem nostrum supersubstantiale da nobis hodie.

Quoniam (quod abunde cōstat) ex duabus sumus
cōpositi substantiis, corpore scilicet & anima et Gen.2
earum qualibet iuxta naturā sive cōditionē indiget re
fectione, defensione, cōseruatione, variis quoq; adiuto
riis & sustentātēs, & pro eis omnibus deus ipse, cuius
omnia sunt, est orandus: sitq; substantia anima dignior
substantia corporis, admodum ordinate Christus do
ctor summus, primo & hactenus docuit nos a deo ora
re, que pertinet ad salutē animæ, iuxta ipsius verbū: Pri Mat.6
mō quārēt regnū dei & iustitiam eius, &c. cuiusmodi
sunt, vt in nobis dei nomē sanctificetur, vt nobis regnū
gloriæ adueniat, vt per gratiā nostrā diuinæ sive volun
tati conformemur. Iam verō deinde docet orare, quod
pertinet ad salutem corporis, cuiusmodi est panis refe
ctionis, dicēs: Panē nostrum supersubstantiale da no
bis hodie. Hunc quem recte iussi illius a deo patre coe
lesti oramus. Si quidem filij a suis parentibus cibum
quo indigent, petant: & infantes vbera matris, quibus
lactentur, expostulent: nec ad alienos confugiant, negle
ctis parentibus, vt ab eis victum emendicent: & ipsi sive
mus per creationem, fidem, gratiam et adoptionem filii
dei:

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

def: profecto nō absurde configimus ad eum, petentes necessaria corporis, quē vt dare potest, ita proculdubio rogatus paternē largiatur. Quod dare possit, inde liquet, quoniam ipse solus sit, qui vt omnia solus creāt, ita solus

Psal. 115 est, qui dat escam omni carni: i quo & proinde omnia

Psal. 88 exspectat, vt det illis escam in tempore. Quo dante illis, colligent: quo aperiente manū suā, omnia implebū

Psal. 143 tur bonitate. Hinc ad illum propheta: Oculi omnīū in te sperāt domine, & tu das illis escam in tempore oportuno. Aperis tu manū tuā et implex omne animal bēnedictione. Quod verō nobis rogantibus est daturus,

Gene. 2 inde claret: quādāquidem ipse eit pater noster, & nos ad eū imaginem creati sumus, quos nō potest propriea, vt filios suos & creaturas suas, odire: vt pote quos

Sap. 11 creauit vt essent, non vt perdereret: maxime, q̄ ipse tanq̄ creator optimus, cibum dat illis, quæ propter nos tanq̄ nobis longe minora, creauit. Indubie, si pascit vilia, palacet & preciosa. Iam verō si (quod constat) ipse deus pa-

Psal. 146 ter dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorū inuocati bus eum: sī ille pascit volatilia cœli, passeres & cor-

Psal. 133 uos, & vestit lilia agri, quæ neq̄ nent, neq̄ metunt, neq̄ congregant in horrea, & ne vnū quidem eorū in obliuione est apud eum: quur hornines ipsos, quos longe pluris habet, necessarij alimenti præsidio destitueret, quos ad imaginem & similitudinē suam factos, & super opera manuum suarum cōstitutos, sine necessarij victus ad miniculō desereret? Haud hoc certe sineret paterna illius benignitas, immensa bonitas, & exuberantissima in homines beneficia. Quid multa? Nisi pater ille cœlestis dare nobis necessaria posset ac vellet, nunq̄ filius viñigenitus, idem cum eo, docuiset ipsa petere ab eo. Non est igitur, quin humillime, quæ nostro corpori necessaria sunt, ab eo peramus, vt sic eum patrē nostrum recognoscamus, profiteamur q̄ nos ipsius prouidentia indigere.

Qui enim ab alio perit, in se indigētiā, et in alio benevolentiā attestatur. Atq̄ hinc est quod propheta hortatur: Iacta, inquiēs, super dñm curā tuā, & ipse te enutrit. **Psal. 54** At inquit quispiam: Quur petimus hæc corporalia;

carnas.

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 257

carnalia & temporalia, quū dominus alibi noluerit nos hæc ipsa petere, dicēs: Nolite solliciti esse, dicētes: Quid Mat. 6 māducabim̄us, aut quid bibem̄us, aut quo opere mur̄ Ro. 3

Et ipse quoq̄ Apostolus prohibuerit, ne curā agerem̄us in desideriis carnis. Respōdeo dominum illuc orationē

pro temporalibus & necessariis haud quaq̄, sed superflua sollicitudinē, quasq̄ avaritā & desperationē &

ambitionem temporalium, more infidelium, prohibue

isse, vt illuc audituri sumus, nec Apostolum pro tempo-

ralibus orationē, sed voluptuosam curā inhibuisse in rebus corporalibus: atqui dominū & Apostolum admis-

isse moderatā curam et orationem deuotā pro eis, qui

bus humani corporis fragilitas ad sui sanitatē & cōser-

uationem indiget: cuiusmodi sunt cōueniens cibus, po-

tus, vestitus, habitatio, & id genus reliqua temporalia,

quibus corporaliter sustentamur, vt ad omne opus bo-

num paratores sumus, eorumq̄ administriculo obsequatur

corpus animi, et anima deo. Quę vel ideo sunt à deo op-

timo creata, Dauide aliás testante. Prohibuit aut̄ uter-

q̄, tam Christus q̄ Paulus in locis supra memoratis, si-

ni causa curā agere & petere superflua, delicata, & vo-

luptuosa et curiosa, veluti hisce verbis in præsentia pul-

chre dñs et graphicē subinsinuat, docens vt orādo dica-

mus: Panē nostrū suprsubstancialē da nobis hodie.

Prīmō quidem, per panē intelligit duntaxat tēpora-

lia fortunæ bona, ad hanc vitā degendam necessaria &

sufficientia: cuiusmodi sunt, cōmunia cōscientia et poci-

lenta, victus et amictus pro naturali sustentatione, qui-

bus (vt aliás Apostolus euidenter ostendit) cōtentī esse

debemus. Hęc aut̄ hominī in hac vita esse necessaria, te-

r. Tim. 6

Eccl. 29

statur scriptura, dicens: Initū vita hominis, aqua et pa-

nis, et vestimentū, et domus protegens turpitudinē. Id

quod et ipse hoc loco dñs intendit primo, addens, No-

strum. Siquidem noster, hic est panis, quo cōmode et ne-

cessario ad pie viuendum atq̄ fratribus inseruendum

alimur: nō alienū, s. deliciosum et splendidum, quo ad

laetiuiendum, et tam nobis ipsis q̄ aliis pereundum, pre-

ter necessitatē luxuriari possemus: qui certe non effec-

KK panis

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

panis et victus noster sed alienorū, hoc est filiorū diaboli;
li: qualis fuit epulo diues, q̄ quotidie splēdide et oppipa
re vixit. Insuper noster est panis, qui (deo duce) nostris
laboribus honestis, nō rapinīs, nō furtis, non versutiis,
et id genus peccatis per nos acquiritur, vt qui potius
est aliorū. Nec noster est panis, qui à nobis dūrāxat mā
ducatur, nec pauperibus amore Iesu cōmunicatur: quī
quod habemus residuū, q̄que est pauperū arq; nostrum.

Secundo, addens supersubstantiale. Siquidē is est pa
nis hoc vocatus nomine, teste Theophilacto, qui sub
stantia & constitutioni nostrae sufficit, quasi superaddi
tus substantiae nostrae ad sustentationē. Hūc Lucas pro
pterea, quasi interpres Matthæi, vocat quotidianum,
id est, parabilem, yilem et cōmūnem, quo diebus quo
tidianis, non autem festis, homines vti plerūq; solent;
quo quidē pane dominus euidēter admittit nobis studiū
sumptūq; deliciarū, quo seculi diuites abutuntur in cor
poris et animæ perniciē, nō dicens, da nobis vel carnes
vel pisces, vel potus preciosos, hoc est, superflua et deli
cata, quibus voluptuosi, carnales et crapulosi abutūtur
contra dñm alibi dicentē: Attendite vobis, ne forte gra
uentur corpora vestra in crapula et ebrietate et curis hu
ius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa.

Non igitur, inquiunt nonnulli, licebit petere nec car
nes, nec pisces, et id genus preciosiora reliqua, nec iis vī
lo modo vesci, sed solummodo ea, quæ ad victum tenu
issimū pertainet, petenda sunt: an peccant oēs, qui selau
tius et largius reficiunt, q̄ victu tenuissimo, videlicet pa
ne & aqua, quibus natura, ne deficit, sustentari valeat.

Respondeo, eos haberi hereticos, qui hoc ipsum ad
strūt, et ex numero eorū, qui (Apostolo scribēt) pra
cipiunt abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipi
endū cū gratiarū actione fidelibus, et iis qui cognoue
rūt veritatem. Quāvis autē dñs hoc loco panē dūrāxat q̄
tidianū docuerit petendū a deo patre, nō tamē est, quin
et aliis quoq; cibis cōueniat nobis vesci et vti potibus
q̄ pane et aqua solum. Quandoquidem constat iſce no
bis licere vti, quoniam deus omnem creaturam in vti
litatē

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 258

Itracem nostram creauerit, quum et omnis dei creatura
bona sit, nec aliquid reiūcendum, quod cum gratiarū
actione percipiatur. Sic enim dominus ad Noe post di
luvium dixisse legitur: Omnes pisces maris manū ve
stre traditi sunt, & omne quod mouetur et vivit, erit vo
bis in cibum. Hinc saluator noster pharisæos, qui cibos
ceremonialiter discernebant, arguit, dicens: Audite et
intelligite: Non quod intrat in os, coiquinat hominē; Matt. 15
quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, et ea co
inquinant hominem. Atq; hinc est, quod idē dominus
ad prædicandum missurus suos discipulos, ait: In quam
cunq; domum intraueritis, in eadem manete, edētes &
hibentes quæ apud eos sunt. Iā vero nō dubitatur, quin
aliquoties recepti sint ab iis, qui etiā lautos cibos pra
parauerūt. Nec insuper dubitari potest, quin dominus
ipse fecerit, quod alios facere vel docuit, vel iussit, quū
(teste Luca) facere cōperit & docere: nec prohibēs nos
facere, quod ipse more humano fecit, quum aliis dixe
rit: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego fe
ci, ita & vos faciatis. Quod autem ipse carne et vīno, id
q̄ genus meliori victu vīsus sit, arguit mendacissimi et
inuidiosissimi pharisæi et scribē, illum (vt cung; falso)
voratorem carnium & potatorem vīni, polluto ore vo
citantes. Præterea, si nō alio victu homines q̄ pane &
aqua vti voluissent, nunquam tantopere sua præsentia
cōmendasster nuptias. In quibus ex more laudabili in Ioan. 8
honorem sacramenti & coniuvarum, alimentis & po
culentis vti cōuenit gratiōribus. Cuius argumento ip
se in nuptiis aquam vertit in vinum, a quo vix abstinu
it, quī alii ministraverit. Qui etiamnum in deserto in
gentē turbam refecit, non modo panē, sed et pisces mul
tiplicauit, quibus et ipse sāpēnumero vīsus esse legitur.
Constat proinde, nos alii quoq; quām aqua & pane, Ioan. 6
sue tenuissimo victu, vti posse ex concessione benevo
lentiae dei, exemplo Christi & apostolorum.

Nec obstar, quod hic Christus doceat orare, panem
nostrum quotidianum &c. Siquidem responderim, ali
ud esse orare, & aliud vesci; quum vesci liceat eis,

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

quæ non orauimus. Nonne creditu dignum est, q[uod] S[an]ctus Ieronimus rex potentissimus delicioribus aliquando v[er]o usus sit cibariis, maxime in regiis conuiuis, quāuis non illa sed in h[oc] verba orauerit? Mendicitatē et diuitias ne de deris mihi, sed tācū tribue victus meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandū, et dicā, quis est d[omi]n[u]s? Aut egestate cōpuslus furer, & perire nomē d[omi]ni? Quis dubitat et Abrahamū deliciorib[us] aliquando suisle v[er]o sum cibariis quū tamen nō illa, sed ita duntaxat orauerit? Si dominus dederit mihi panem ad vescendum, et vestimentum quo operiar, erit mihi dominus in deū! Et procul, dubio apostoli nō nunq[ue] alius et melioribus alimētis v[er]o sunt, quū tamē duntaxat ex precepto domini orarū, Panē nostrū quotidianū &c. Nec est quod quispiā alleget regulā, quæ habet, affirmantē de uno, negare de altero, l[et]cū præter ff. de iudicii. Respōdeo, regulam de vere cōstat, traris, quorum duo tantum sunt, intelligi, nec habere quoq[ue] locum, vbi de facto cōstat in contrarium, veluti hoc liquet loco, quum et Christus et eius apostoli, alii quoq[ue] alimentis v[er]o sint q[uod] pane et vino. Præterea, petentes panem, non solum panē perimus, sed à parte totum, id est, quæcumq[ue] corpore statuq[ue] nostro necessaria, quæ panis appellatione veniunt, vt in multis scripturæ locis appareat. Quo sane pacto etiā lautiora virtutia non nullis sunt pro loco, tempore & persona percōmoda et necessaria, quæ et sub hac dictione, panē nostrū &c. l[et]cīte intelliguntur et petuntur, quibus & ipsi diuersis (vt ita dixerim) sine culpa vti possint, et vilioribus nō sine reatu conscientiæ. Siquidem Esau primatū per lenticulam perdidit. Helias autem in erēmo virtutē corporis carnem edendo seruauit. Insuper quoq[ue] hostis ille antiquus, primum sibi hominem non carne, sed pomu subdidit: & secundum non carne, sed pane tentauit.

Nulla ergo nutrimenta corpori nostro salubria & necessaria, appellatione panis hoc loco Christus exceptit, sed tam vilia q[uod] preciosa intellexit, modo sint, vt nostra sint. nobis tam ad salutem animæ q[uod] corporis, cōsentanea esse possint. Ut autem pleriq[ue] omnes hac in re tā ardua,

Pro.30

Gene.28

Gen.29

Gen.25
3.Reg.19
Gen.3
Mat.;
Marc.8

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 250

dua, sciant quid sibi factō sit opus, notandum censuerim licere v[er]tu indiscernitam vti, sic tamen, vt in dei gloriam et in nostram salutem cedat, ad quod tria necesse sunt consideranda. Primo quidem consideranda est conditio et natura vtentis, vtpore, an sit prælata vel plebeia, ignobilis vel generosa, secularis aut religiosa, docta vel rustica, tenera vel robusta, sana vel infirma. Ad hunc quidem modum Apostolus voluit Timotheum vti modico vino propter stomachum agrorantem & frequentes illius infirmitates, quo alios cœsunt abstinerere ob luxuriā, que est in vino. Secundo, cōsuetudo conuentuum: atq[ue] hinc est, q[uod] qui sunt in frigida regione, copiosus et conditius veluntur, q[uod] qui sunt in calida. Ideoq[ue] viuendum est iuxta morem regionum et conuentuarum, vt viteretur scandalum. Tertio, intentio vtentium, quo videlicet animo cibos exquisite sibi præparant, an videlicet propter iactantiam aut inanem gloriam vt liberales prædicentur, aut inordinatos in se motus excident, vt potentes sint in malo, & ita nemini licet vti delicatis, immo nec cōmunitibus cibis, sed ad corporis sustentationē, ad sensum integritatē &c. Nō enim v[er]o usus sed abusus reddit malos fā delicatos, q[uod] cōmunes cibos.

Per panem ideo quotidianum Christus subindicat nos debere ea petere alimenta, quæ saluti sunt & ad vitium vnicuiusq[ue] necessaria et opportuna, vt ea habentes & quibus tegimur, iis contenti simus, haud quaq[ue] postulant nec ciborum diuerstites, nec vina odorifera, nec id genus reliqua, quæ delectant guttur, onerant vērem & mentem perturbant: veluti gulosi et crapulosi heluones facere solent, cuiusmodi erat diues apud Luc[as] ep[iscopu]s. Alioquin ratione subsistente, vesci licet omnibus cū moderamine: et ita quidem, vt semper in memoria habeamus quod Apostolus ait: Siue ergo manducaris, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriā dei facite. Eapropter inquit Augustinus: Ut tātū diuites consuetudine infirmitatis fugi, et doleant se nō aliter posse ut rātū necessariis, et dēr superflua pauperib[us], ac illis exhibeant vilia, si v[er]tūtūr preciosiss. Atq[ue] sic fiat, vt recta KK. 3. intenca

Tim.5
Eph.5

Luc.16

1.Cor.10

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Intentione oreint: Panem nostrum superflstantialem da nobis hodie. Hodie nimicum, ut intelligamus omni die orandum esse, nō aut sollicitudinē habendum esse de crastino, ad quod nescimus an perueniamus, iuxta dominum dicentes: Nolite solliciti esse in crastinū. Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipſi. Sufficit dies malitia sua. O igitur sapientia vera & diuina prouidentia, quae docuit & panem solum petere et hodie nomiunare. Hoc enim dicto & auditas & auaritia tollitur, & humanae vitæ incertum insinuatur. Orare enim ab illa docemur, Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. Id est, O pater cœlestis &c. ita nos condidisti, ut agentibus in carne, cibo opus sit; quemadmodum ergo necessarium illum corpori fecisti, sic eum benigne suppedita, sed pro necessitate portione, ut tantum nostro pane, qui nobis scilicet ex tua constitutione cōperit, vescamur, & suppedita quotidianum. exquisitas enim delicias nō requirimus. Deniq̄ hodie nobis suppedita, crastino enim die si viuire tantisper dederis, te rursum orabimus. In diem enim viuendum est, quandoquidem tibi nunquā deest, unde nos alas, & abunde de necessariis nobis propiscere possim⁹, qui implet⁹ omne animal benedictione, & das escam omni carnī. Quatenus verò liceat nos esse soliditos de futuris, suo dicam loco. Nunc verò scientiam, putauerim, per verba htc Graca, ἐπει τὸν θεόν τοιούτον, non modò intelligi viētum illum & panem in materialē, quo corpus duntaxat sustentatur, sed & panem anagogicū, id est, spiritualem, quo homo interior (id est, anima) reficitur. Primo quidem per anagogam & mysterium, panis est eucharistia, Iesu Christi corpus, de quo ipse dominus: Ego sum, inquit, panis viuus qui de cœlo descendit. Hic sanc⁹ est panis, cor hominis confirmans, de cœlo sine labore delatus, habens in se omne delectamentum & omnis saporis suavitatem. Hic sane panis est Iesus Christus vitalis & viuiscus, permanens in vitam æternam. Est & panis noster, quia nobis filiis hominum datum & paratus, nō mittendus vilo modo canibus: tamen quia necessarius. Sicut enim corpus sine suo nutrimento diutius

Mat. 4

Ioan. 6
Sap. 16
Psal. 103

Ioan. 5
Mat. 15

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 264

diutius persistere non potest incolume, sic anima queque nostra suo destituta edulio, elanguida fit et tota cōtabescit. Quid autem prodest corpus suo fouere cibo, si anima, quae plus est q̄ corpus, relinquatur famelica, & macte confecta suprema ē. Atqui cibus animæ peculiaris, sacratissimum est Christi corpus: & potus eius, preciosus illius sanguis, ipso attestante, quum ait: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendit. Si quis manducaret ex hoc pane, viuet in æternum, & nō esuriat. Quo de pane in nostris passim Centuriis multa diximus.

Est autem et idem panis noster quotidianus, quoniam ipso quotidie indigemus ad spiritualis vita sustentationem. Sicut enim corpus cōtinuo indiget alimento, ne resoluantur. & pereat secundum esse suū naturale, sic anima eget cibo spirituali, ne deficiat in esse gratia. Quapropter hodie. i. omni die, per eūdus est a deo, et sumēdus quotidie, si nō sacramentaliter, saltē spiritualiter per fidem et charitatē, quo ad effectus sui cōfederationē et augmentū gratiae, quē & quotidie sumimus nos, tanq̄ corpus eccl. a. Cor. 11. s̄ vnu, per sacerdotē in altari cōmunicātem, qui membrum est ecclesie, et quasi os omniū, quo manducante panem illum, quotidie manducamus & ipsi omni fide & charitate, manducationisq̄ pleriq̄ oēs efficiuntur cōpositi, iuxta prophetā dicentē: Parricēps ego sum omniū. Psal. 118. timētū te &c. Proinde orabimus parrē cœlestem, vt is nobis hunc de panē nostrum quotidianū & supersubstantialem, oēm excellentissime supereminentē substantiam, corpus domini nostri Iesu Christi, vrpote panē diuinum & cœlestem, & super omnem cibum corporalem. Dabit autē pater hunc panem quotidie, si perentes sic quotidie vixerimus, vt quotidie mereamur accipere. Accipiamus quotidie, vt quotidie proficiamus: ne q̄ in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibū salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, nō cōmunicātes, a cœlesti pane prohibeantur, et a Christi corpore separaremur. Ideoq̄ peramus, vt det hodie. i. in die gratiae, nō nocte peccati, ne indigne accipientes,

KK 4 corpo

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

corporis & sanguinis rei efficiamur, vt illi ad dominum dicebant: Domine, da nobis semper panem istum. Ad quem & ipsi, deuoto animo quæ dicta sunt recolligentes, oremus: O pater noster, qui es in cœlis, creata omnia cōseruans & gubernans, aperiens manum tuam, & implens omne animal benedictione, dans escam omni carni: da nobis tuis mācipiis, precioso filii tui sanguine emptis, panem corporalem nostrum, propter nos atque creatum, quotidianum, nō neq; superfluum, neq; paulo delicationem, sed quotidianum, hoc est parabilem, vni cuiq; seruientē pro loco, tempore, & persona tibi, qui omnina nosti, nota: quo caro non laetiviat, sed moderate sustentata, spiritiū subserviat, tibi & tuis mādatis hoc scilicet obediatur, nō prouocetur ad voluptatē: dāq; nobis tuis mācipiis ac filii hodie. i. sine peccato, nō solum patē nostrū corporalem, sed et spiritualem supersubstantiam lemī, s. viuifici tui sacrosancti corporis et sanguinis mysteriū, sacramentaliter & spiritualiter digne participare, vīq; nostrū panē, quia nobis paratū, nobis incarnatū, nobis natū, nobis datū, nobis in cruce igne diuini amoris coctum. hūc oramus panem nostrum supersubstantiam sic nobis hodie. i. in gratia nobis da, vt sit vitæ spiritualis nutrimentū, virtutis & gratiæ fomentū, amoris incrementū, morborū medicamentum, et totius deniq; perfectionis complementū, transitus ex hoc seculo nostri ad montem dei Oreb, s. æternæ beatitudinis viaticum.

De petitione quinta. Cap. XIII.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Quem quicquid a deo petimus, sit vel de acquisitione bonis, quæ nobis ab illo dari precamur, vel de remouendis malis, quæ ab eodem deprecamur, ut submoveat, nosq; hactenus ex instituto salvatoris pertinimus bona tam animæ q; corporis, quorum nonnulla precipue pertinuerunt ad dei honorē et reuerentia, cuiusmodi est diuini nominis sanctificatio: nonnulla verò ad nostram salutem & indigentia, cuiusmodi est regni diuini aduentus, diuine voluntatis executio, panisq; quotidiana

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 22

tidiani distributio: subsequens est, vt hac parte ex eiusdem domini nostri instituto deprecemur a Deo mala, quibus nisi submotis, haud est vt bona consequamur: quædammodum agricola nunq; feliciter percepturus est de agro fructus, nisi illum prius liberet fructibus. Iam verò & in primis sciendum est, mala, quæ deprecanda sunt, esse triplicia, ut pote maxima, cuiusmodi sunt mala culpæ, nimisq; peccata, quoniam nos à summo bono prorsus separant, Esaia dicente: Peccata vestra diuiserūt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra abscondebunt faciem eius à vobis. Media, et sunt peccatorū occassiones, quæ inducunt & precipitant in mala culpæ, cuiusmodi sunt tentationes cacodæmonis, mundi, & carnis. Minima, & esse putant mala pœnæ, quæ vulgo corporis vel animæ afflictiva vocari solent, veluti dolor et tristitia, ægritudo & paupertas. Atq; hinc est, q; hoc loco dominus admonet, vt oremus initio & ante omnia, quatenus pater cœlestis nos liberet à peccatis tanq; vere malis, & iis quidem maximis, quum per ea nomen dei nō sanctificetur, sed blasphemetur: nec per ea venire ad nos possit regnum dei, ut pote quo nō intrat aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, nec per ea fit voluntas dei: quinimo illa sunt cōtra dei voluntatem, nec per ea manducamus panem nostrum, sed alienū, scilicet diabolī, nobis haudquam proficentem. Quū proinde tot ac tanta nobis à deo cōferenda bona, plane peccata impediunt, nec in peccatis eorum honorum partipes esse valemus, recte ac necessario petimus ante omnia, nobis à deo patre remitti peccata nostra, dicētes: Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Nominantur autem peccata, nomine singulari debita, alio Euangelista tanq; interprete, dicente: Et dimitte nobis peccata nostra. Et ipsi quoq; peccatores, nominantur debitores ab eodem Euangelista.

Primo quidem, quoniam peccando soluere debitū recessamus, quo deo tenemur, s. obedientiam & amorem: siquidem peccantes, cōmittimus mala & agimus cōtra diuina præcepta, subtrahentes illi debitā obedientiam

KK 5 &

Esa. 49

Apoc. 23

Luc. 11

Luc. 13

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

& seruitutē. Sic per eum, qui domino suo debebat decē
Mat. 18 millia talenta, intelligitur peccator, qui deum peccatis
Exo. 20 suis offendit, negligens illius decem præcepta, quorum
Deu. 5 reus est ipse. Secundō, quoniam nos debitores poenæ
faciunt: quandoquidem cōtra deum peccantes rei effici
Mat. 26 mur poenæ gehennalis, quam soluere & luere tenemur,
Luc. 13 nisi pœnitentes deum roguerimus, ut nobis ea remittat,
qui alioqui ad eam sultinēdam propter peccata, quibus ipsum deum patrem contempsumus, iuste obliga
mur, iuxta veritatem dicentem: Nisi pœnitentiam ha
bueritis, omnes similiter peribitis. Ea verò pœnitentia
ex decreto Ecclesiæ est confessio, contritio, castigatio
vel satisfactio. Ideoq; heretici hic errant, negantes quā
cunq; satisfactionē, sed opus esse nuda duntaxat ad de
um preicatione: quū nō modò verbum domini passim,
Act. 8 sed & nomen pœnitētiae, quod pœnā sonat, & debitor,
imō & exemplum in cōtrariū est. Petrus quidem ad Si
monem ait: Pœnitentiam itaq; age ab hac nequiria tua,
& roga deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cor
dis tui &c. Cui ille: Precor vobis pro me ad dominū,
vt nihil veniat horum super me, quæ dixistis. At hac
de re passim in Homiliis nostris, et quidem copiose. No
stra quoq; & non necq; diaboli, necq; angeli, nec alterius
nominantur peccata: non quia ceu temporalia quæpīā
nobis iuste possiderentur, sicuti domicilia dicuntur no
stra: verū quia nullam aliam habeat causam, q; volunta
tem nostram: quæ nobis nō aliis imputari possunt, quū
voluntate nostra libere peccamus, domino per scripturam
dīscēte: Perditio tua Israel exte, tantūmodo in me
auxiliū tuū. Nec res alia adeo in causa est nobis, vt pec
cēmus, q; peruersa voluntas nostra: non aut id, ad quod,
Osee. 13 deo relicto, peruerterimur. Id quod hoc non obscure po
test parere exemplo: Si duo & que animo & corpore ad
fecti, videat vnius corporis pulchritudinem: qua visa,
vñus illorū ad illicitū fruēdum mouetur, et alter in vo
luntate pudica stabilis perseveret: quid (obsecro) pute
mus esse cause, vt in illo fiat, in isto nō fiat volūtas mala
præter ipsam? Non vtq; corporis pulchritudo, que am
bos

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 262

habus & que obiicitur. Ideoq; propheta: Auerte, inquit, Psal. 118
oculos ne videant vanitatem. Atq; profecto nullius eis
se possunt peccata, q; nostra, vtpote propria et libera vo
luntate admissa. Quapropter vehementer errant hereti
ci, negantes liberum arbitrium, quādo vel inter alia do
minus cōtra illos dicat ad peccatorem: Sub te erit ap
petitus eius, & tu dominaberis illius. Et scriptura: Ne Gen. 4
mini, inquit, mandauit (scilicet deus) impie agere. Ab Ecc. 29
initio constituit hominem, & reliquit illū in manu
consili sui, &c. Quo de multa in nostris Centuriis.

Secundō plurimū errant, qui sua peccata vel in deum,
vel in farum resiciunt, impie dicentes, falso sua peccata
excusando: Si deus hoc nō vellit, nō faceremus: vel hoc
voluit fatū, vel fortuna: veluti faciunt astrologi, in vim
fatorū & astrorū omnia nostra opera resicientes, & im
pie quidem, vtpote quæ nostra sunt, id est, ex libera vo
luntate nostra sunt. In quoru numero ne eslet sanctus
alioqui propheta, dominū rogauit, dicens: Non decli
nes eorū meum in verba malitiæ, ad excusandas excusa
tiones in peccatis. Ego dixi domine miserere mei, sana
animā meā, quia peccavi tibi. Ego, inquit, peccavi, non Psal. 40
natura, nō fortuna, nō fatum, nō constellatio, non gens
tenebrarū me peccare coegit, sed meum arbitrium me
peccatorem constituit. Et hoc est, quod quū libere pec
camus voluntate nostra, per quā & domini sumus no
strarū operationū, dominus docuit nos orare ad deum
patrem quotidie, dimittite nobis debita nostra: nimis, ut
nos humilitate ducti, semper nos peccatores cōfitea
mur, nec mundos corā illius maiestate existimemus: &
de munditia falso gloriātes, magis ac magis peccemus,
nempe mendaciū pessimo omnino obnoxij: quādoquin
dem hæc vita mortalitatis, communī lege vix duci potest
absq; peccatis vñcialib: nec est iustus qui faciat bonū, Eccēs. 7
qui nō peccet. Vnde discipulus ille, quē diligebat Iesus,
eui & ob puritatē mentis & corporis mūdiām, domi
nus matrē suā cōmēdauit, dicebat: Fratres, si dixerimus & Ioan. 2
quia peccatū nō habemus, nosipso seducimur, & ve
ritas in nobis non est. Atq; reuera querit sapiens: Quis Pro. 20
potest

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Ecces.9 potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccatis, quū nemo sciat, an odio vel amore dignus sit. Elle fortassis poslunt, qui se vt iustos insinuāt, acqui se manu festare nequeunt. Tamē si quoq; nobis de peccatis consciū non sumus, propterea tamen sine peccatis haud existimus. Siquidem vas electionis dixit, Nihil mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus non sum. Vnde stat, homo, minem suū ignorare peccatum, & deum ipsum, vt peccatorem reprobare. Id quod propheta sanctus resc̄s, orabat: Ab occultis meis mūda me domine. Q.d. Indulge mihi peccata mea, quae non video, sed tibi, qui omnia etiam occultissima nosti, plane manifesta.

Cor.4

Quum proinde dominus ipse nosset ac resiceret, nos quotidie peccare, nec esse qui forēt sine peccato, vel q̄libet sibi suis in oculis iusti: idco docuit, vt quotidie dominica oratione cōfiteremur nos peccatores, nostri ipsorum, si iusti effici vellemus, accusatores, prōp; nostris peccatis gratiam remissionis peteremus, humiliante dicentes:

Pro.18

Col.2 Et dimitte nobis debita nostra. Iam verō si do minus veritatis ac omnis sapiēt̄ magister, docuit orationē dominicā discipulos suos, illos magnos pri mos apostolos suos, hoc est, homines alioqui perfectissimos, ac eam orationē illis dicendam tradidit, profecto dubium nō erit, quin non sit, qui sine quibusq; peccatis vitam istam mortalem transigat: nec esse, qui hac oratione, dimitte nobis debita nostra, non indigeret. Quin, mo et si omnes sancti, inquit Augustinus, quorū sunt vel fuere a primo iusto usq; ad ultimum, simul essent, nihil aliud dicerent, q̄ dimitte nobis debita nostra: excepta diuia virgine, de qua, dum de peccatis loquimur, nullam prorsus volumus habere mentionem. Ad quam vel solam vere dicit spiritus sanctus: Tota pulchra es amica mea, & macula in te non est. Et, sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias Hierusalem.

Cant.4

Cant.2 Cum igitur, fratres, pleriq; oēs peccatores sumus, qui donec in peccatis sumus, regnū dei possidere inequimus: haud supererit aliud, q̄ vt p̄cūtētes ea nobis misericorditer remitti petamus. A quo? Nō vtq; à creatura, que

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 163

vaniati est subiecta, nec in eam peccatū est præcipue. **Ro.8** sed a solo creatore, deo nostro patre, qui in cœlis est: quādoquidem solus ille, euāgelista teste, peccata dimittit, in quem vel solum a nobis peccatum est, quīq; solus **Maria** præcipue per peccatum nostrum Iesus est: ideo solus potens est per se illud remittere, & quidem gratis, nō neq; **Esa.5.5a** auro, nec argento, nec lapidibus preciosis, honorū nos strorum nō egens, de seipso dicens: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates vestras propter me. Hinc ad ille **Psal.15** regius propheta orabat, dicens: Miserere mei deus secundum magnā misericordiā tuam, & secundum multitudinē miserationū tuarū dele iniquitatem meā &c. **Ela.4.8** Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatiū meū cōtra me est semper. Tibi soli peccavi et malum **Ibidem** coram te feci. Sic & cōuenit nos illum sequi, dominica oratione petentes: Et dimitte nobis debita nostra &c. **Psal.50** Sicut enim filij, qui benignū offenderunt patrem, p̄cūtū ducti, ad eius genua supplices prouoluuntur, & veniam cōploſis manibus orant: ita et nos qui grauiter offendimus patrem coelestem, multisq; debitū sumus adstricti, procumbimus humiles ante solium maiestatis eius, nosq; peccasse fatemur, dicētes: Pater noster qui es in cœlis &c. dimitte nobis debita nostra. Quādoquidem alioqui nō venit ad nos regnū, quod optamus, nisi liberi a peccatis nostris sumus. ideo suppliciter oramus, vt ea nobis misericorditer remittas. Si enim tu dñe iniquitatē obseruaueris, quis sustinebit quū solus sis, qui potes illa dimittere, quibus iuste irasceris, quem solum offendimus nostris peccatis, quibus vt clementer parcas & indulgeas, dolemus, gemimus & precamur.

Ad hunc sane modum veraciter si orauerimus, non aberit quin nobis ea sit remissurus, seruata per nos legem remissionis, quā illico subiungit in hac verba: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris &c. O ineffabilis dei clementia, qua ipse non solum nobis formā orationis tradidit, qua deus semper sit orandus pro nostris peccatis, quibus ipsum offendimus: sed & legem addidit, qua oratio nostra esse possit apud deum patrē vere fruētua ſa

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

ctuosa & vtilis: & quodammodo potestatem tribuit, qua iudicis nostri nedum sententiam possimus tempore rare, sed & eundem exemplo nostra remissionis ad remissionem coarctare, docens orare: Dismittit nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;

Ecc. 8 plane sciens impetrari quod pro peccatis perimus: haud posse, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus, iuxta scripturam dicetem: Relinque proximo tuo innocentem te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Qui proinde nos orare pro debitis & peccatis docuit, adiunxit legem, certa nos conditione & sponsione constringens, vt sic nobis dimitti peramus debita, secundum quod et ipsi debitoribus nostris dimittimus. Quia huius si ex corde (vt suo loco posthac fuisse auditur si, mus) quae contra nos fecere, remiserimus: proculdubio & ipse pater cœlestis nostra contra eum peccata remittet, alioqui minime. Siquidem qua mensura mensi fuerimus, eadem & nobis mensura remetetur. Dimittimus autem nostris debitoribus, quando malorum quibus nos offenderunt, ex animo obliuiscimur, nullam vindictam, nec aeternam, nec temporalem propterea desiderantes, sed magis eorum piam emendationem & salutem &c. Ad hunc quidem modum, vbi amore dei nostris debitoribus dimiserimus, non dubitemus quin & nostra peccata, quibus illum offendimus, plane clementer dimittet, nec pro ipsis paenam eternam exposceret, sed eam vel viam cum culpa remitteret, vel qualitate nostra paenitentie commutatur est in poenâ temporalem, vel Iusti cum Davide egit. Non enim non poterit remittere nobis, qui pater est misericordiarum, cui proprium est misericordia & semper parcere, cuius misericordia est super omnia opera eius: non volens mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, et vivat: nec gaudens in perditione morientium, sed in conuersione peccatorum. Si enim remiserimus nostris debitoribus, & nostra peccata (inquit Iohannes) confessi fuerimus, fidelis & iustus est dominus, qui nobis peccata dimittit. Hinc est quod sapientissimus magister hoc loco utruncq; complexus est, vt s. pro peccatis remittenda

Mat. 7

Mar. 2 dimittimus autem nostris debitoribus, quando malorum quibus nos offenderunt, ex animo obliuiscimur, nullam vindictam, nec aeternam, nec temporalem propterea desiderantes, sed magis eorum piam emendationem & salutem &c. Ad hunc quidem modum, vbi amore dei nostris debitoribus dimiserimus, non dubitemus quin & nostra peccata, quibus illum offendimus, plane clementer dimittet, nec pro ipsis paenam eternam exposceret, sed eam vel viam cum culpa remitteret, vel qualitate nostra paenitentie commutatur est in poenâ temporalem, vel Iusti cum Davide egit. Non enim non poterit remittere

s. Cor. 1 nobis, qui pater est misericordiarum, cui proprium est misericordia & semper parcere, cuius misericordia est super omnia opera eius: non volens mortem peccatoris, sed magis

Eze. 18 vt conuertatur, et vivat: nec gaudens in perditione morientium, sed in conuersione peccatorum. Si enim remiserimus nostris debitoribus, & nostra peccata (inquit Iohannes) confessi fuerimus, fidelis & iustus est dominus, qui nobis peccata dimittit. Hinc est quod sapientissimus magister

s. Ioh. 1. 2 hoc loco utruncq; complexus est, vt s. pro peccatis remittenda

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 264

rendis oremus, & de indulgentia eorum omnino confundamus, spe bona dicentes, Et dimitte nobis debita nostra, nisi enim deus pater peccata nostra posset & vellet remittere nobis humiliter efflagitantibus, indubie nos orare haudquaquam iussisset, dimitte nobis debita no. &c.

Ex his modo omnibus perspicuum sit: Primo, errant et haereticos Pelagianos, qui audent dicere, hominem iustum in hac vita nullum habere omnino peccatum, & in talibus hominibus esse iam in praesenti tempore ecclesiam non habentem maculam aut rugam: cum utique Ephe. 8 veritas æterna cōmonstret plerosq; omnes peccatores esse, quum quotidie omnes orare docuerit pro peccatis, etiam eos, quos de mundo delegit, qui tamen de mundo non fuere, nec aduenæ, sed amici eius, & ciues ccelorum, & domestici dei.

Secundo, errare haereticos Novatianos, qui negant remissionem peccatorum post baptisma, quoniam utique falsos filios & errantes hic declarat summa veritas, quando doceat fideles et baptizatos suos discipulos petere remissionem suorum peccatorum. Qui alibi & ad Petrum dixit de fratre proximo, utpote baptizato: Non dico tibi usq; Septies, sed usq; septuages Septies. Id quod & ipse dominus deus subindicat, dicens: Impietas impij non nocabit ei, in quocunque die conuersus fuerit. Si quidem non arctatur nec sine aliquo clauditur, nec aliquas habet metas diuina clemencia. Sit modo qui inuocet, erit qui exaudiat: sit qui preeniteat, non deerit qui indulget.

Tertio, errare eos, qui quoquo modo retinent aduersum suos debitores iram, rancorem, & vindictam cupitudinem, & tamen petunt alibi a deo patre remissum iri sua peccata, sicut ipsi dimisstrum suis debitoribus: utpote qui mentientes se propria sententia damnant, dicentes: Remittimus, & non remittunt. Atque hinc est, si debitoribus nostris, qui in nos peccant, non dimittimus, ipsi nostra oratione inculpamus, & deum aduersum nos ad iracundiam prouocamus, & supra nos maledictionem inducimus potius quam benedictionem: & peccata quae minuere debuimus orando, augemus, apud deum gratiam non obtineremus

Mat. 18

Luc. 17

Ezec. 33

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

obtinētes, sed æternam damnationē nobis postulantēs,
Quarto, errare eos, qui orātes orationē dominicā, ob
mittūt proper rancorē in inimicos, hæc verba, Sicut di
mittimus &c. quādoquidem sic obmittendo orātes, nō
orant ut docuit Christus, nec ipsius sunt discipuli, quo
nec pater exaudiet, quum filij sensus & verba negligunt.

Quapropter fratres, oraturi & exaudiri cupientes, an
te omnia (monitore domino) remittamus, si quid habe
mus aduersus aliquē, vt & pater noster qui in cœlis est,
remittat nobis peccata nostra, qui miser icordiā apud il
lum nō habemus, nisi & proximo nostro misericordes
fuerimus, vt vere possimus orare, dicentes: Dimeſte no
bis &c. Id est ḥ pater coeleſtis, qui solus habes claves vi
tae ac mortis, & solus deducis ad inferos et reducis, quo
niam ob peccata nostra, quibus te voluntarie offendis
mus, eterno supplicio sumus obnoxii, et à tuo regno fe
clusi: ad te proinde ſolum recurrimus, ſuppliciter peten
tes, vt nobis non ſolum peccata nostra, ſed et ſupplicia,
quaे propterea iuste debemus, vel plauſe relaxa, vel in
temporalia clementer commuta: velut nos quoq; di
mittimus nostris peccatoribus ea, quaे cōtra nos fecere
&c. quum vtiq; ſi ipſe misericordiſſimus omnium.

De petitione ſexta. Cap. X V.

Et ne nos inducas in tentationem.

Quoniam dominus proxima, & quidem quinta
ſecundum ordinē petitione, nos maxima mala,
& quidem præterita, cuiusmodi ſunt mala culpa, hoc
eft, peccata, deprecari docuit; ſubſequenti nunc ordine
docet, quonodo deprecemur mala media, & quidem
 futura, cuiusmodi ſunt tentationes, quaē ad maxima &
& ad præterita rurſum mala prouocant.

Iam verō, tamet ſi multi, præſertim ex recentioribus
huius loci interpretib; plane multa de tētatione, deq; illius ſpeciebus collegerint, et ſatis doce, nescio tamen,
q; pie oēs coaceruauerint: haud tamen eft, vt aque cum
iſp̄is hoc ſim loco prolixior, vt qui ex infinitis, quo ad
potero, pauca ſic, deo duce, de tētatione colligā, vt que
cæteri variis longisq; ambagib; vix attigerit, nos ita
paucis

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 265

paucis reddemus, vt noſtris iſſe paucis diligens vel au
ditor, vel lector, illorū infinita (deo dante) ſi pcepturus.

Est proinde (vt à nominis descriptione exordiat) ten
tatio, à tentando vox deriuata, atq; re ipsa generatim nī
hil aliud, q; diligens & (vt ſic dicam) non ſine moleſtia,
ſtudioſa de re aliqua, quid inibi faciendum ac agendum
ſit, vel fieri poſſit aut debeat, exploratio & inquisitio;
per ſe haudquaquam mala, ſed media, vtpote intuitu ſi
nis aut cauſa intentionis bona aut mala.

Est autem triplex tentatio, ſecundum triplicem eius
autorem. Prima quidem tentatio eft hominis, qua
quispam ſe vel alium ideo in re aliqua, quam nō ſatſe
nouit, explorat, vt ſciat quid ſit factu inibi vel utile, vel
inutile, quid agendum, vel dimittendum.

Ad hunc ſane modum Dauid ſeipſum de robore &
agilitate aſſuetudineq; armorū tentauit, quādo depugna
turus contra Goliam Philisteum, accinctus gladio ſu
per uestem ſuā, coepit experiri ſi armatus poſſet incedere
re. Ita quoq; regina Austri & Saba veniens a finibus ter
ræ, tentauit Salomonem in ænigmatibus, vt illius adini
randam toto orbe ſapientiam exploraret. Hæc vtiq; ten
tatio, qui est hominis de homine, eft iudicanda iuxta ſi
nem & huius intentionem, vtpote bona vel mala: qua
de dominus hic non p̄cipue loquitur, quum plane poſ
ſit eſſe abſque peccato: quando autem hominis eft de
deo, prorsus eft pefſima, & damnationi obnoxia, obq; id ſemper deprecanda. Sic Israelitæ quondam in deſer
to deum de eius potētia & ſapientia multoties & in ſu
am perničiē tentauerunt, & ipſe etiamnum cacodæ
mon in erēmo tentauit Christum: cōtra quem ſcriptu
ra: Non tentabis, inquit, dominū deum tuū. De quibus
ad nos Apoſtolus ait: Non tentemus dominū, ſicut qui
dam eorum tentauerunt, & a ſerpentibus perierunt.

Secunda eft tentatio dei Opt. Max. qua ille hominē in
re aliqua, vtpote virtute, nō vt rem ipsam adeoq; homi
nis cōditionem ignorans, qui omnia anteq; fiant, nouit:
ſed vt ille ſibi & aliis ea in re notus & probatus ſiat &
appareat, experitur & tentat. Velut nōnunq; magiſter Mat. 6
LL tentat

1. Re. 2.
Sap. 16

1. Re. 18

4. Re. 10
2. Pa. 9
Mat. 12

Nu. 14
Num. 22

Mat. 4
Deu. 6
1. Cor. 10

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

tentat discipulum in cōspectu aliorū de eo, quod nouit discipulum scire, vt sic alii illius scientia fiat nota & idē magis ac magis in eadē scientia augmentum suscipiat. Quo nimis pacto deus optimus suos s̄penumero tentauit, & adhuc tentat. Eisi enim ille compertum haberet Abraham erga se fidem & obediētiam, nihilo minus illum de fide & obedientia tentare. i. explorare ceperit, quā iuberet sibi illū immolare filiū suum; nempe vt sibi et aliis fidelis et obedientis innotesceret. Sic quoque quanvis ille Iobi patientiam resciere, tamen illum multis tribulationibus de patientia explorauit, tentauitq. Id quod & cum Tobia illo seniore fecit. Cui ut diuino Iob (inquit scriptura) ideo eam permisit dominus euenerit, vt posteris daretur exemplum patientiae eius. Ita etiam et si deus ipse nosset Israelitarum fidem & infidelitatem, patientiam & impatientiam, & id genus virtutes et vicia, tamen vt sibi ipsi fierent noti, in seiq; defunderent, eos de ipsorum patientia et fide, de infidelitate et impatientia multifariam, vt pote nunc fame, nunc siti, tentauit. Vnde declaratum fuit, quā multi eorum nihil adhuc fidei in cordibus haberēt, & præcepta dei nequaquam obseruarent, vt à quibus animū omnino alienū obtinebant. Ad quos Moses ipse: Tentat vos dominus, inquit, deus vester, vt palam fiat, vt rūm diligatis eum, an non, ex toto corde vestro. Sic quā Christus nosset quid de ipso sentire. Philippus, sciretq; quid facturus esset, cupiens tamen illum sibi & aliis, quām fidelis esset, innotescere, ait ad ipsum, inquit euangelista, quārens: Vnde ememus panes vt manducemus illi?

Huius autē temptationis vt proprie dominus est ductor et tentator per se vel medio quodam, sic rogatus ab nobis, inducitor non est, vt pote qui (vt Paulus testatur) fidelis est, qui nō patitur nos tentari supra id quod possumus, nec sinet nos nisi humana cōstatō apprehēsum iri. Est autem hic, duci ad temptationem, nihil aliud quām temptationem ipsam facere & permettere experiri & aggredi in bonū, nō in malum. Induci vero in temptationē,

ab ea

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 266
ab ea tentatione sic perniciose vinci, superariq; et ita sue cumbere, vt quispiam cedat virtuti, & amplectantur vitiū. Ductus est a deo ad temptationem Iob, sed non in ductus, vt pote qui usq; adeo nō cessit in suis tribulatiōnibus, vt factus fuisset impatiens, vt etiam ex corde disixerit: Nudus egressus sum de vtero matris meae, et nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit, Iob. 1 sicut domino placuit, ita factum est. sit nomen domini benedictum.

Tertia tentatio est diaboli de homine ad malum, qua iste per se vel medio quodam, vt pote feculi et carnis, sic malum suggestendo tentat, vt ipse a malo vinci possit ac induci ad peccatum. Hoc enim modo tentare nihil aliud est q; malū aliquod suggestere, & ad illud diuersis modis nunc per blanda, nunc per aspera sic allicere, vt cedat homo in peccati consensum & opus. Tentatio autem hoc modo nihil aliud est, quam ad malum quoquo modo suggestio, qua in ruinam animæ fiat inductio. Inducere vero in temptationem, est hominem prauis suggestionibus allicere in consensum peccati, vtique vt temptationi succumbat, callide efficere. Ita nimis cacoēdemon in paradiſo per serpentē ad malū superbiq; aquarū, & gula Euam, & per Euam tentauit Adamū, & utrosque in temptationem induxit, id est, sic superauit, vt consensum ad prædicta vicia præbuerint. Ita idem tentare coepit iisdem viciis subdole Christum in deserto sed eundem nō induxit; quia ille viciis, scilicet superbiz, avaritiae, & gulæ consensum haudquaquam præbuit, sed ita victor inde abiit, vt etiam angeli ad eum accesserint ministraturi. Hoc pacto tentatus est ab eodē per mulierem deimpudicitia Ioseph, sed non inductus in temptationem. Sic quoque ab eodem per seniores tentata est libidine Susanna, sed in temptationem non inducta. Sic quoque Ananias ille in actis Apostolicis ab eodem per avaritiam pecuniae est tentatus, & in temptationem inductus. Ad quem Petrus: Cur tentauit, ait cor tuum fathamas 'mentiri te spiritu sancto, & fraudare de pretio agris? De hac quidem temptatione &

LL. 2 huius

Gen. 3

Mat. 4

Luc. 3

Marc. 8

Daniel. 13

Acto. 5

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

huius inductione, hoc loco proprie nobis est sermo in oratione dominica: qua dominus orare nos docet, vt orantes ad deum patrem dicamus. Et ne nos inducas in temptationem.

Coloss. 2
Ioan. 3

Ezec. 18

Osee. 13
1. Tim. 1

Mat. 19

Marc. 10

Luc. 18

Iaco. 1.

Gen. 3
Iob. 1
Tobi. 8

Iob. 1
2. Cor. 12

Gene. 30
1. Tim. 6

Quibus quidem verbis ipse magister et doctor omnium docet: Primo, deum Opt. Max. non esse propri nec tentatorem, nec inductorem in temptatione: quando, quidem ipse optimus est, idemque pater omniū, qui quā nolit mortē impīj, sed ut is conuersus viuat; quātū magis haud vult mortis illius esse per temptationē vel autor vel causa, quum ait: Ex te Israel perditio tua, ex me tantummodo auxiliū tuū nēpe volēs oēs homines saluos fieri? Atq; nimisū qui fieri possit, vt ipse efficeret nostri inductionē in temptationē: vtq; id ageret, quo in temptationē induceremur, quā ipse sit summe bonus, nec in eo, nec ab eo sit ullū malum, nec alicuius autor malis? Hinc est quod vere Iacobus ait: Deus neminem tētat, scilicet temptatione ad malū: nā intentator malorū est. Hæc ille. Si quidē omnis mali est autor diabolus, adeo, vt à scriptura nominetur ἦτε πάτερει μου id est, tētans vel tētator, et satanas, q; per ipsum, tam cum prava suadeat, vt olim protoplastis & Christo: q; qui aduersis adfligat, vt Iobū et Tobiam, aliosq; adfligit, nobis et aliis, quales sumus, manifestamur. Est enim omnino tentare, vt diximus, periculū de aliquo capere, et experimentū sumere. Solus proinde ad malum tētāt diabolus, nunc per se, quemadmodū tētāt Iobū: nunc per carnē, velut tētāt Paulum, de se ipso dicentē: Datus est mihi stimulus carnis meq; angelus satanas, qui me colaphizet: nunc per mundū, id est, per hominē mundanū & malum, veluti per mulierem luxuriosam tentauit Joseph: vel per id quod huius est mundi, velut per diuitias tentat eos, qui diuites fieri volūr, dicēte Apostolo: Qui volūt diuites fieri, incidūt in temptationē & in laqueū diaboli &c. Nam vero quanquā quispiam dicitur à carne vel seculo tentari, tamē proprie tentatio à carne et seculo, est à dænone, tanquam à fomento primo, quum & seculi et carnis tentatio manauerit ex illius corruptione, qui ut soa

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 267

lus proprie est dānationis per peccatū hominis auditus, ita ille solus est tentator & inductor ad malū, circumiens tanq; leo rugiens, quarens quem deuoret. Hinc ad Thessaloni. Paulus: Et ego, inquit, amplius nō sustinēs nisi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentauerit vos is qui tētat. Q. d. qui solus est, cuius proprium est tentare. Atq; idē ad Corinthios: Nolite, inquit, fraudare inuicem, nisl forte ex consensu ad tempus, vt vase tis orationi, & iterum reuertimini in id ipsum, ne tētet vos satanas propter incontinentiam vestram.

1. Petr. 5

1. Theff. 3

1. Cor. 7

Solus igitur proprie cacodēmō ad malū tentat & inducit, quanuis aliquādo caro & homo et mundus sic videantur tentare, hoc tamen haud secus agit, atq; instrumenta cacodēmonis, qui per hēc intendit hominē decipere, & inducere ad peccādūm. Non enim est nobis (inquit Apostolus) collectatio, scilicet intentione, aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitate in cœlestib;bus. Ad hunc qui dem modum scribit, et ita nimisū est accipiens S. Iacobus, inquiens: Nemo quum tentatur, dicat quoniam a deo tētatur. deus enim intentator est malorum. Ipse autē nemine tētat. Vnusquisq; vero tentatur à cōcupiscētia sua abstractus & ille. etus &c. Quod modo supereft, videant isti, qui nuper docuerūt, deū proprie esse tentatorem et inductorē in temptationem, vel (quod plus est) malorū, quum nec caro, nec homo proprie sit tentator. Quur etiā dñs hoc sane loco doceret nos debere deū patrem precari, ne nos inducat in temptationē? quur vel ille peccatis trasceretur, vel ea puniret, si ad ea adhuc p̄prie tētaret & hoīem induceret? Nec obstat q; fortasse scriptura alicubi dicat deum tentare, vel quid aliud, quod in Gen. 3a malam partem sonat, fecisse. Siquidem respondeo, tum eiusmodi verba exponi & accipi per verbum fieri & permittere, esicq; id loquendi genus in sacris literis, teste inter alios Damasceno, vñstatisimum quo deus illa dicitur agere, quæ fieri permittit. Est autē permettere quasi ad malum (quo dici solet) cōsuere, quasib; ex cau-

LL 3 fa

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mat.19
Mar.10
Deu.24

Psal.104

Exo.7

Rom.9
Ro.11
Rom.14

Esa.63

Amos.3

2.Re.14
1.Pa.22

fa plane iusta, vt cuncti nos latente coacte facere. Sic Mo-
sen dicit scriptura permisile libellum repudij. Quo vti-
q; pacto deus multa recte permittit, vel maxime mala,
qua tam proprie non facit, vtcunq; scriptura modo il-
lum ea facere dicat. Id quod ne ducae lectorum ad ab-
surditatem & impietatem, semper per verbum permit-
tere, vel huius simile, exponendum volunt. Ad hunc qui-
dem modum propheta: Conuertit cor eorum, inquit,
vt odirent populum eius, id est, cõuerti permisit. Et scri-
ptura ait: Et indurauit dominus cor Pharaonis, id est,
permisit vt indurarerur, &c. Et Apostolus: Concluse
deus, inquit, omnia sub peccato, id est, permisit cõcludi.
Ita idem ait: Propter quod tradidit illos deus in deside-
ria cordis eorum in immunditiam, in passiones ignomi-
nia in reprobum sensum &c. id est, tradi permisit. Ita
electi per prophetam dicunt: Tu domine pater noster, re-
demptor noster, a seculo nomine tuum: Quare errare nos fe-
cisti dñe de viis tuis, indurasti cor noltrum, ne timeremus
te: id est, quare permisisti nos errare, & cor nostrum in-
durari: Quid multa, quū ad hunc modum propheta di-
cit, non esse malum in ciuitate, quod dominus non fecerit,
id est, fieri permiserit? Nisi enim hoc quidem pacto ex-
posueris & acceperis, deum plane dices, ac cōtra oēm
veritatem facies, iniurū, iniustum, & impium, vt que
facies totius malū culpā & poenā autorē, & inique pec-
catores punientem, & homini auferentem liberū arbitriū,
quod tam illi multis scripturis & rationibus
testantibus reliquerit. Non est igitur nec pietati nec ve-
ritati cōsonum, quod multi nostro tempore, verbo scri-
ptoq; docuerūt, aperte scripturā testimoniis euinci, do-
minū vere tam tentare q; inducere in temptationē, tam su-
os q; reiectios: nec solum, qua aduersus externos pro-
bentur, quæ tentatio peculiaris est sanctis, verū etiam
qua errent, peccant, & malis seipsoſ ac alios inuoluāt.
Nec enim dominus, vt ipſi falſo adseuerāt, Dauidem in
temptationē induxit, quū Israeli iratus, cor eius incitarit,
vt numerari populum preciperet: Verū permisit cor illis
us incitari, et illū superbię, iuxta quorū opinionē, vtc
hic

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 268

hic dominus orare iussisset, quatenus precemur deū pa-
trem, ne ipse tanq; autor & cauſa, nos inducat in tenta-
tionem. Id quod nequaq; orare docuit, sed in hunc qui-
dem sensum, ne ipse pater cœlestis sicut nos induci in te-
tationē, neve permittat pertrahi in cōſensum mali; aut
ab ea vinci. Et est huiusmodi sensus: O pater q; es in ce-
lis &c, ne permittas nos induci in temptationē, & tentari
supra id quod possumus ferre, sed fac cū temptatione etiā
prouentū, vt possimus sustinere, ne irretiti teneamur, &
cuius fortitudine supererum. Etsi nos permittas duci per
sensum, vt exercitemur: non tamen permittas induci per
cōſensum, vt succumbamus. Si quidein deus permittit
nōnullos induci in temptationē, quādo eos suo cōſilio &
auxilio deserit. Quare verō illos nō permittat, hosce ve-
ro permittat induci in temptationē, plane non est a nobis
quærēdum, nec scitu necessariū est ea videre nostris ocu-
lis, quā absēdita sunt. Ipse quidem is est, qui interrogā-
ti vel murmurāti ait: An nō licet mihi facere, quod vo-
la? Atq; is est ille apud Apostolum filius, qui habet po-
testatē ex eadem massa facere aliud quidem vas in ho-
norē, aliud verō in cōtumelīā. Nec est vt dicat figmētū
ei, qui se fixit: Quid me fecisti sic? At ei sufficere debue-
rit patris familiās respōſio haec: Amice nō facio tibi in-
juriam. Et profecto nō conuenit vlo modo hac in re de
permisione murmurare contra dominum, nihil plane
sine iustiss. & sapientiss. causa faciente, vt qui tamen si
mala permittat, malus ramen nō est, malum ad bonū et
decorēm viuersi noscens optime reformare, iustissime
& sapientiss. mala tam culpā q; poenā permittens, iuxta
sua occultissima nobis iudicia, & abyssum suā sapien-
tiae infinitā & bonitatis, qua potens est etiam pessima
in gloriam suam & utilitatem nostram cōuertere opti-
mam: adeō nimirū, vt vetus fuerit apud nōnullos, nec
minus verū dictum, opus dei in peccato bonū esse, re
cte aut rationis defectu, nobis esse tanq; malum: hoc ta-
mē sic a deo ordinari, vt inde boni aliquid cueniat, vt ne
huius q; dem causa, deo peccati quiddam adscribi que-
at, quātumuis ipse satanās permittat huc hoies incitare.

2.Cor.10

Ecc.3

Ibidem
Mat.20
Ro.9

Mat.3:8

Ro.8

LL. 4 Nōnne

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mat.26 Nónne quia Petrum permisit induci in tentationem, se
Mar.14 quira est illius deinde humilitas, & nostri cautio, ne no
Luc.22 bis tanḡ nō errare potētibus, superbiamus, deq̄ nobis
Psal.43 plus æquo præsumamus? Nónne etiamnum permisso
Ro.8 crudelitatis olim infidelium tyrannorū , diuina bonita
te operata est martyrum patientiam , nobis exemplum?
Quod vt in iib⁹ , ita & in aliis creditu dignum est fieri
permisionib⁹, vñq̄ adeo quidem, vt interim credamus
deū in eis omnibus vbiq̄ & semper esse sapientiss. nec
quicq̄ permittere illum sine causa iustissima, vel qualis
bet nobis occulta : quam vel tum saltem agnoscemus,
vbi deum, vt̄ est, viderimus. Quo vbi peruererimus,
sane fatebimur nihil iniiqui, nihil absurdī vñq̄ esse desig
natū a deo Opt. Max. qui nunc ratione nostra multo
maiori esse solet, ideoq̄ nō mirum si iudicia illius nunc
peruidere nequeamus : quādoquidem sapenumero (vt
videmus) hominū sapientia præcellentium consilia, ab
sorda et iniusta viseri solent, quorū vbi exitus apparue
rit, videmus fuisse cōsultissima. Profuerit eapropter in
terim ad ea diuina opera & consilia, quæ vel non intel
ligimus, vel intelligi nō oportet, cum Apostolo excla
mare: O profunditatem diuinitati sapientiae et cognitio
nis dei, q̄ inscrutabili sunt iudicia eius, et imperuestiga
biles viæ eius? Secundò docet nos hac sexta petitio
ne dñs , adeo nos tentationē nō debere deprecari, ne vi
delicet prorsus tentemur, et omnino tentationū simus im
munes , quādoquidem malum foret hoc ipsum petere,

Prīmo, quoniam deprecantes omnino tentationem,
precaremur cōtra conditionem vitæ nostræ, quæ deus
sic cōstituit, vt nunq̄ esset vacua temptationibus; adeo vt
tota vita nostra, quod Job ait, tentatio sit & iniuria sua
per terrā: in detestationem prīmi peccati, vnde successit
in vitam nostram maledictio justa ex verbis dei Opt.
Max. Maledicta terra in opere tuo. In laboribus come
des ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos
germinabit tibi, et comedes herbas terræ. In sudore vul
tus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de
qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerē reueteris.

Non

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 269

Non est igitur orandum , vt omnino non tentemur. Id R. 13
quod eset nō modō frustra, sed & contra dei ordinatio
nem orare, cui nemo debet refertere.

Secundò peteremus cōtra vtilitatem & cōtra beatia
tudinem nostram, quā pleriq̄ omnes optamus, quo ta
men sine temptationibus ingressuri nō sumus: quoniam,
inquit Apostoli, per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnū dei. Siquidem natura & deo autore na
turæ constitutū est, vt nil ardui nilq̄ preciosi, sine arduo
labore possit acquiri, cuiusmodi est beatitudo æterna,
quo dominus iustitia sic exigente, constituit arctam vi
am angustiamq̄ portam; vbi nō vult coronatum iri nisi
eum, qui temptationes vincit, quomodo quispiam vincet,
nisi qui certat & quomodo certet, qui inimicos & ten
tationes nō habet. Atq̄ hinc est, inquit Origenes, quod
deus Opt. & sapientissimus permittit aduersarias virtu
tes exire aduersum nos in prælium , vt & nos victoriā
capiamus, & illi interitū consequantur: quæ nimirū nec
interfici, nec exterminari poscent, nisi peccata operaren
tur in nobis, nec prouocarent nos ad peccādum, nec la
cesserent ad dimicandum . Sublatis igitur passionibus,
per temptationem excitatis , sublata eset nobis materia
certaminis pro corona æterna gloriæ, quæ vincenti &
certati legitime duntaxat dat⁹ promissa est. Præterea cō
stat, nostras nō aliter animas nos in æterna beatitudine
possessuros, q̄ per patientiā. Iam verò vbi erit apud nos
patientia, si tribulationes per temptationē non habemus,
vt pote quā sola tribulatio operatur, quum virtus in in
firmitate perficiatur? Atq̄ hinc est, quod ad nos oēs in
quit apostolus: Omne gaudium existimat fratres, quū Iac.1.
in varias temptationes incideritis, scientes q̄ probatio fi
dei vestre patientiā operatur. Et ideo gloriamur, inquit R. 5
Paulus, in tribulationibus, scientes quia tribulatio pati
entiam operatur, quæ vñq̄, eodem teste, nobis necessa
ria est, vt voluntatem dei facientes, reportemus promis
sionem. Insuper nō obscure liquet, nō sufficere ad acqui
sitionem æternae coronæ, vt quis certet & vincat, sed et
opus est, vt probatus sit, vtpote in patientiæ constantia

LL. s. tang

Mat.7
Apoc.2
2. Tim.2
Orig.ho.
15.sup.12
cap. Iesu
Naue.

Luc.22

2.Cor.12

Heb.10

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

tangit aurum in fornace. At qui haec probatio sine tentatio-
ne fieri haudquaquam potest, nec ullo constare modo. Vnde
Tob. 12 Raphael ad Tobiam ait: Et quia acceptus eras deo, ne-
Sap. 3 ceflum fuit ut tentatio probaret te. Ita quidem deus op-
timum suos probauit hactenus, & eos tentauit, tangit au-
Iacob. 5 rum in fornace, & inuenit eos se dignos. Beatus proin-
de, inquit Iacobus, qui suffert tentationem: quoniam qui
probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit
deus diligentibus se. Sileo interim per plurimos alios,
& eos quidem non vulgares fructus, quos in nobis ope-
ratur, deo autore tentatio. Siquidem quum tentamus vi-
tiis, pia dispensatione nobiscum agitur, ne iis, quibus pro-
ficiimus, virtutibus extollamur: ut pote quod virtutis nos
tentatibus, proficientes virtutes humiliant, qui interim
discimus, quid de nobis sentiamus, nempe parvum vel
omnino nihil. Id quod perspicuum fieri coepit inter alios
Mat. 26 in diuino Petro, quem ob id dominus cadere permisit, ut
Mar. 14 sciret quod ex se nihil esset, obij id humilis erga se & alios
a. Cor. 12 redderetur: & in diuino Paulo, de se ipso dicente: Et ne ma-
gnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimu-
lus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Siq-
uia flagellis & miseriis tentamur & affliccimur, haud dubio
admonemur, ne in modo blandiente seducamur, agnosce-
tes quod hoc mundo fugiamus: quandoquidem flagella
dum nos tentat, surgentes in corde huius mundi volunta-
tes eradicator, nostri dei memores esse cogunt. Id quod in-
ter non parum multos videre fuit in diuis Job & Tobias.
Proinde opere precium est, ut donec hac in vita sumus, vi-
tiis tememur & flagellis. In laboribz enim flagellorum, &
in certamine vitorum non solum nobis nostra infirmitas
innotescit, sed etiam quata virtute proficiamus cognoscen-
mus. Nemo enim vires suas in pace cognoscit. Si enim
bella desunt, virtutum signa non prodeunt. Improuidus qui
dem miles est, quod se forte in pace gloriatur: prosperis eni-
m prestantibus, cerni viri documenta non possunt.

Igitur docet hoc loco Christus, non id a nobis oran-
dum esse, ut non tentemur, quoniam tentari malum non sit, sed
plane utile et ad virtutis exercitium, quando illi viriliter
resistit.

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 270

reficitur, quoniam sine ea nemo probari possit nec sibi, nec
aliis. Superest eapropter, fratres in domino charissimi,
ut tentati non contra deum nec hominem murmuraremus,
quasi dilectis dei olim sanctis meliores: immo memoris
sumus, quod vel quamlibet sancti quoddam (ut aiebat Iu-
dith) tentati sint, ut probarentur si vere colerent deum su-
um: memoris quoque sumus, quomodo Abrahamus, Isaa-
cus, Iacob, Moyses, Job, Tobias, David, hocque genus
alii patriarchæ, prophetæ, apostoli et martyres, teste Pau-
lo tentati sunt & per multis tribulationes probati, &
dei amici effecti. Qui denique oculi, in quibus deo bene
placuerunt, per multis tribulationes transferunt fideles. Illi
vero qui tentationes haud suscepserunt cum timore domi-
ni, & impatientiam suam & impropterum murmurationis
sunt contra dominum protulerunt, exterminati sunt ab ex-
terminatore, et a serpentibus perierunt. Ideoque nos non vili-
ciscamur tentati pro iis quae patimur: sed reputantes pec-
catis nostris haec ipsa supplicia minora, flagella domini,
quasi serui qui corripimur ad emendationem, & non ad
perditionem nostram euenissemus credamus, scientes deum
tantum esse bonitatis et fidelitatis, ut non patiatur nos ten-
tari supra id quod possumus, sed facturus sit etiam cum
tentatione prouentum, ut possimus sustinere.

Tertiò docet dominus, ut tentati caueamus ne indu-
camur in tentationem. Id quod plane horribilem forer, quoniam
doquidem induci in tentationem nihil aliud est, quod à tenta-
tione superari, & peccato adeoque diabolice contra deum
& animæ salutem suggestionibus consensum præbere.

Id quod ne faciamus, caendum hic admonet Christus, **Mat. 4**
sed tentationibus esse pro virili resistendum, veluti do-
minus in deserto cacodemonis tentationi fortiter resisti-
vit tentatus, sed non inductus, veluti restitit Job tentatus, **Mar. 1**
sed non inductus, ut pote qui ad illam, ad quam traheba-
tur, tentatoris voluntatem ore impio blasphemus non
intrauerit: veluti Josephus quoque restitit, qui turpi illece-
bra tentatus est, sed in tentationem non illatus. Veluti
quoque Susanna, quae tametsi tentata fuerit, non tamen
inducta, quoniam tentatori consensum non præbuit. Ita **Luc. 4**
Dan. 13
quoque

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

quoq; docet nos debere temptationibus resistere, ne tentatores, scilicet caro, mundus & diabolus contra nos praeualeant, ne illis in malo cōsentiamus, iuxta Petrum dicentem: Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanq; leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. Et Paulus: Induite vos, inquit, armaturam dei, ut possitis stare aduersus infidias diaboli. Tentati proinde, vitiis occurramus vitiis, liter contrariis virtutibus.

Verbi causa, tentatur aliquis à carne et mīdo per diabolum peccato fornicationis, ad cōcupiscendum video, licet vxorem proximi: is repugnet. Primo, fide, que dicit: Mortifera est voluptas, auerte oculos ne videant vanitatem. Secundo, timore dei, qui suggerit, deum iudicatur fornicatorem, qui regnum dei possidere nō possit. Tertio, spe, quæ dicit: Quid mihi offers in terra o misericordia caro vel demon, qui expecto tanta in celo gaudia: quær delectares momentū, vt inde cruciāres aeternū?

Quarto, castitate, que dicit: In vacuū laboras, puritas. Secundum mihi desponsauit. An nescis, quia cum Christo regge matrimonium contraxisti? Quinto, fortitudine, dicens te: Non timeo ferrum & ignes propter deum superare, & vis me in plumaribus superare? Sexto, magnanimitate, quæ ait: Quoniam es tam pusilla & foeda voluptas, vt me ad te studeas prouocare? Septimo, iustitia, dicens: Iniquum est, à iustissima dei voluntate ad te perueniā voluptatem declinare. Octauo, sanctitate, quæ inquit: Hæc mulier dei templum est in baptismo cōseratum, quod violare nō licet. Ultimo, sapientia, quæ dicit: Gaudeo ego sapore mundissimo, exi a me facultrissima luxuria. Et ira fratres oportet resistere aliis temptationibus quorumcunq; vitiū considerando cuiuslibet virtutis proprias operatiōes, effectus, causas & modos ac fines earum, per quæ reperitur quædam in qualibet virtute repugnātia ad quodlibet vitiū, quæ tentatori opponi debet, siue mundo, siue carnī, siue diabolo.

Potest aut̄ quilibet virtus se cōtra vitiū defendere trifariam. Primo quidem, proprio gladio, cōtemplans

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 275
sui ipsius nobilitatem, preciositatem & utilitatem, quā tentans ad vitium, velare nititur & abscondere.

Secundo, alieno gladio, quem sumit ab ipso vitio: nisi mirum obiciens illi suam horrendam turpitudinē, & cōsiderans omnia nocturna, quæ idipsum vitium inducere consuevit, tam in rebus exterioribus, q; interioribus, tam in corporibus, q; animabus. Verbi gratia: Luc. 18

la mentem obnubilat, corpus eneruat, aegritudinem adducit, honorem aufert, impudentiam vitiū omnium souet, bona temporalia cōsumit & negligit, nempe fam euacuans. Tertiō, fugiendo iacula vitiū, id est, occasione ad ipsa: quoniam ignis nisi subtractis lignis,

haud deficit, nec fieri potest, quin coinqüinetur a pice, qui illam tangit. Sic à luxuria tentatus, fugiat & viter

alpectus lasciuorū, spectaculorū, cōsortium fœminarū, petulantiam iuuētiū, lasciva carmina, vinum & ociū, & id genus reliqua, quæ ad vitia prouocant & pelliciunt, iuxta prophetam dicentem: Declina a malo, & fac bonū. Auerte oculos ne videant vanitatem. Quartō do-

cet hic dominus, vt interim nos ita temptationibus, ne in eas inducamur, resistentes, patrem cōlestem oremus, ne nos inducat in temptationē: nō quidem, ne ipse causa sit

& autor inductionis, verū (vt supra exposuimus) ne sis- nat nos induci in temptationē, neve permittat pertrahi in cōsensum mali, aut à temptatione vinci. Sic Christus horabatur in mōte olīvarū discipulos, dicens: Orate ne in- tresset in temptationē. Et ipse quoq; Paulus ait, se tentatū, ter rogas te dominū, vt satanas tentator ab eo discederet: nimirū ne ab ipso in temptationem induceretur.

Oportet autem nos pro virili nostra temptationibus, ne in eas inducamur, resistentes, orare deum patrem, ne permittat nos induci in temptationē: quoniam ipse solus potens est aduersum illas, et nostra sufficientia in eo vel solo sita. Nisi enim ille, inquit propheta, cōdiscaverit dominum, in vanum laborauerunt, qui cōdiscant eam: Nisi ille custodierit ciuitatē, frustra vigilat qui custodit eam

Ipse verò contra temptationis inductionē, soli sumus insufficientes & impotentes. Primo, propter propriā

z. Cor. 3

Psal. 116

z. Cor. 14

Mar. 14

Luc. 22

z. Cor. 22

noſt' am

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

nostram fragilitatem. Etsi enim nostra voluntas ita sim
pliciter sit libera, vt cogi nō possit: potest tamen variis
quidem modis ad varia mala inclinari, trahi, & persu
deri: vtpote cuius potentia originali quēdam peccato
plus nimio & adeo sit vulnerata, vna cum ratione ipsa,

Gen.8 vt ad malum prōnos ab adolescentia nos faciat: fieri
demum solet, vt faciles simus ad seducendum, debiles
ad operandum: fragiles ad resistendum: discernentes in
ter bonum & malum, decipimur, tentantes facere bo
num, deficimus: conantes resistere malo, superamur.

Mat.26 Atq; hinc est, quod ad discipulos olim dominus ait: Spi
ritus quidem promptus est, caro autē infirma. Et Apo
stolus: Nam velle, inquit, mihi adiaceat: perficere autem

Ro.7 bonum non inuenio. Secundō, propter potentiam
tentantium, vtpote quæ non vna, sed multiplex est.

Prima quidem est multitudinis, quoniam tres sunt
acerrimi hostes, caro scilicet, mundus & diabolus: con
tra quos ipsi soli parum possumus, quum ne Hercules
quidem contra diuos valuisse dicatur.

Secunda est varietatis eorum temptationis, quum non
vna tantum, sed multiplici specie tentent. Siquidem ca
ro suggerit voluptatem, mundus vanitatem, diabolus
iniquitatem. Caro molliā, mūdus inania, diabolus mor
tifera. Caro infestat per lasciuia desideria, mundus per
prospera & aduersa, diabolus per turpitudines & vitia.

Tertia, falsitatis, quādoquidem prætextu virtutis &
bonitatis tentant, maxime diabolus, qui ob id nūlle art
ifex dici cœpit, quoniam multa vitia virtutis specie pal
liat, transfigurās se in angelum lucis: prætextu prouiden
tia, avaritia: misericordia, remissionem indebitā: iusti
tia, crudelitatem: zeli & rectitudinis, furorem: vtpote

2. Cor.11 fraudulentissimus mercator, vendens fragmēta fictilia
pro lapidibus preciosis, vtrū viride pro smaragdo, cu
prum pro auro, stannū pro argento, quemadmodum sa
tis abunde probauit in protoplastis. Nec minus falsus
Gen.3 est hic mundus, totus in maligno postus, vna cum car
ne semper falsificante. Quarta assiduitatis & frequen
tiae, quandoquidem illi tres tentatores nusquam nec vng
tentat.

4. Ioan.5

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 17^a

rentare cessant, nec dormiunt, sed vigilant quem deuo
rent. Quocunq; nos vertimus, temptationū laqueos ad ca
piendum nos inuenimus, vndiq; & omni tempore isto
rum bella insurgunt, tela volant, temptationa & pericula
la minātur, in esu & potu, in verbo & opere, in vigilia
& somno, in cogitatione & delectatione, in diuitiis &
paupertate, in patientia & rigore, & in omni id genus
materia occurrēte. Siquidem carnem nec fugere, nec fu
gare possumus: circunferre hanc necessum est, quoniam
alligata est nobis, perire nō licet, sustinere cogimur:
cum illam impinguamus, hostem aduersus nos nutrit
mus, quoniam sana nobis aduersatur. Mundus verō per
quinq; corporis sensus, quasi per portas, sagittis suis vul
nerat nos, & mors quasi per fenestras nostras intrat. Día
bolus verō, quem videre nequimus, proinde periculo
flore, terredit arcum suum, & in eo parauit sagittas su
as, vt sagittet nos in auro & argento, & in omnibus sis
quibus abutimur, quum illis male delectamur.

Psal.7 Qui proinde sufficeremus tot ac tantarum totidemq;
potentiarū tentatoribus, scilicet mundo, carni & diabo
lo, quum vel hic solus plus q; cōtra nos eset validus ad
inducendum nos in temptationē, quando, Job teste, nō sit
super terram potestas, quæ illi valeat comparari, vtpo
te cunctis animalibus callidior. Sola igitur gratia di
uina est, quæ nobiscum cōtra tot tamq; potentes inimicos,
& eorū insidias, præualere potest, sine qua & ab ea
destituti, cum valemus, q; valent equi, quibus frenū quo
regantur, sublatum est, quos necellum est in præcipitiū
duci: quamq; valet nauis, cui remus & gubernaculum,
quibus fluctus aquæ compescuntur, ablatum est, quam
necessum est in periculum & naufragium induci.

Iob.42 Insufficiens igitur cum simus nostris viribus resiste
re prorsus eiusmodi temptationi nostrorū hostium, nō su
perest aliud, q; vt recurramus tētati ad patrē cœlestem,
perentes ex doctrina domini. Et ne nos inducas in tem
ptationem: more filiorū, qui, si ipsis immitet periculum
discrimenve, nullius q; patris opem, in primis implo
rant. Ita & nos, iuslū Iesu Christi in medio laqueorum
positi

Gene.3

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

positi inter truculentos hostes, carnem, mundum, & demonem, ne nos superent temptationibus, initio confugimus ad patrem nostrum coelestem, qui solus potentissimus est, immo omnipotens, deuoto humility corde orantes, ne nos inducat in temptationē. Id est, ne permittar, ut deserti eius gratia & adiutorio, vel per blanda vel per aspera in temptationem per consensum inducamur, ne ali cui temptationi vel consentiamus decepti, vel cedamus adficti, non sinat contra nos praeualetere tentatores, in hęc verba dicētes: Et ne nos inducas in temptationem. Id est,

s. Cor. 10 Pater noster qui es in celis &c. oramus, ut nihil cōtra nos praeualeant aduersari potestates, quarū eti voluntas mala, potestas tamen, nisi quantum tu dederis ad nostri exercitium, penitus est adempta. Et quoniam nō expedit, omnino nō tentari, oramus ut tentatio ipsa, quā nos ferre disponis, sit peccatorū nostrorum purgatio, sit nostra infirmitatis certa cognitio, ac per hęc vera nostri humiliatio, sit per tui assistentem gratiam meritorum et

victoria cumulatio. Tu enim es fidelis ille dominus & pater, qui non permittis nos supra id quod possimus, tentari. Da ergo, queſumus, cum temptatione prouētum, ut possimus sustinere. Non est in nobis pater clementis sine, unde tantis oppugnatoribus resistamus, unde laqueos tam multiplices & latentes deprahendamus & euadamus, nisi te solo duce, qui solus es qui operaris in nobis velle & perficere pro bona voluntate.

Ita sane orandum est, fratres, ac ita nos tentatos orare docuit Christus, & quidem ob certas causas.

Prima earum est, ut sic recordemur nostrae infirmitatis & imbecillitatis, ut qui nobis solis nihil sumus, sed quod sumus, gratia dei sumus, sine qua nec digitulum leuare valamus. Secunda, ut admoneamur, a quo accipimus haec beneficia resistendi tot temptationibus, tamq; periculis insidiis, nimisq; a deo patre optimo, cui, precedentem humilitate & submissa confessione, totum dari debet, et quicquid suppliciter petitur, ipsius pietati debere praestari, ac simul dici: Non nobis domine, nō nobis, sed nominis tuo da gloriam.

Ter

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 273

Tertia, ut sciamus, cōtra nos aduersarium nihil posse, nisi deo permittente, voluntateq; nostra accidente. Hinc est quod iste ad Christum alibi: Si filius, inquit, Mat. 4 dei es mitte te deorsum, ut pote tentare, non autem præcipitare, nisi Christo volente, potens.

Supereft proinde, ut salutem temptationibus iniimicorum efficiamur, deo adiutori, superiores: extinguamus eius auxilio omnia tela inequissimi ignea, carnē spiritui subigamus, mūndum cum sua cōcupiscēria abiiciamus: et ita muniamur diuino p̄ficio, ut nō praeualeat nobis inimicus, neque se victorem glorietur, sed lati concinamus dño: Qui tribulant nos inimici nostri, ipsi infirmati sunt & ceciderūt. Id quod proculdubio facturi sumus, ubi vere orauerimus: O noster pater qui es in celis &c. Ne nos inducas in temptationem, oramus, addas scutum veritatis et patientię, queranus spiritu pietatis praeuenti, mansueti ad omnes, in patientia animas nostras possideamus in p̄senti, ut terram viventium poscidere mereamur in futuro, & ab omnibus temptationibus perpetuo liberari.

De petitione septima. Cap. XV.

Sed libera nos a malo.

Solen filij, videntes aliquam sibi imminentē adfictiōnem, ut pote morbi, calamitatē, tribulationē, nō nisi ad patrem, cui plane confidunt, configere, et in eius statum se toros proiscere: petentes obnixius ab illo, ut ab impēdenti illa tribulatione, angustia & calamitate, eius auxilio liberetur. Ita & hac petitione orationis dominice septima, docet nos Christus nō alio configere, q; ad patrem coelestem, ubi malum imminē plus nimio nobis exitiū minetur: quādoquidem ipse solus est adiutor noster & preservator, malorumq; omniū benignus propulsator, idemq; solus, propheta dicēte, nostrū refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quae inueniunt nos nimis. Qui ubi pie a nobis inuocatus fuerit, nuncq; nos deseret in die necessitatis. Oculi enim ipsius super metuētes eū, & in eis q; sperat super misericordia eius, ut eruat a morte animas eorū, & alat eos in fame.

Psal. 48
Psal. 38
MM Scitu

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Scitu autem hac est parte dignum, malum esse aliquid quod culpæ dici solet, quod male agendo contrahitur; cuiusmodi est furtum, & homicidium. At qui id verum est malum, idemq[ue] maximū, quia nos a deo separat. De quo quidem malo scriptura: Vides, inquit, deus q[uod] multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, p[ro]cenitus eum q[uod] fecisset hominem. Et alibi Moses ad dominum: Nostri, inquit, populum istum, q[uod] pronus sit ad malum. Quibus et in aliis quam pluribus locis, malum idem est quod peccatum, de quo hic sermo non est: sed fuit supra in quinta petitione, qua petivimus, ut deus pater dimittat nobis peccata nostra. Est & aliud malum, quod malum poenæ dici solet, quod plerunq[ue] deus ob mala eos missa immittit, de quo ipse per prophetam deus: Ego, inquit, dominus creans malum. Et rursus dicit scriptura: Quia dereliquerunt dominum deum suum, idcirco induxit dominus super eos omne malum. Quo nimis modio, malum dici solet etiam a Latinis scriptoribus omnis vel corporis, vel fortunæ, vel famæ calamitas, vel quæ cunctæ temporalis miseria, cuiusmodi est exigitudo corporis, despectio personæ, paupertas, famæ, & hoc genus malum reliquum, quo plenus est mundus. De quo quidem malo hac in parte nobis est sermo, a quo nos a deo patre liberari petimus, recto nimis ordinе. Siquidem precedentem quidem petitione postulauimus, nos eripi a malo culpe imminentis aut instantis, cuiusmodi est tentatio et occasio ad malum culpe: nunc presenti petitione postulauimus, nos liberari a malo poenæ presentis vite, item et futuræ, dicentes: Sed libera nos a malo. Quata vero, & q[uod] multa sint huius seculi mala, non tam quis perficie enarrauerit, q[uod] quotidiana experientia comonstrat. Hac profecto, inquam, experientia discimus, nihil plane in hoc mundo aliud esse, q[uod] laborē, dolorē, et spiritus afflictionē, & sic vniuersa hic habere sub sole, vt nihil sit in eis vere iucundum: sed transimus de una calamitate in aliam, adeo, ut nulla sit calamitas sola: ac si prosliremus ab aqua in ignem, et inde rursus in aquam, ut potest.

Gen. 6

Exo. 32
3. Reg. 14

Esa. 45
3. Re. 9

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 274

quod neutrum ferre possumus.

Atq[ue] solet propterea fieri, ut omnis laboris remedium, alterius laboris initium sit. Tam quoq[ue] laboriosa presens est vita, tamq[ue] falsa in illa omnis voluptas, & nulla gaudij securitas, ut recte lob conqueritus dixerit: Homo

Iob. 14

natus de muliere, brevi viuens tempore, repletur inutilis miseris. Qui quasi flos egreditur & conseritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Imo tam recte quoque dicit inter alia, que breuitatis gratia transeo, Ecclesiastes: Cuncti dies hominis doloribus et erumphis pleni sunt, nec is per noctem mente, re quiescit. Vidi cuncta que sunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas et afflictio spiritus. Atq[ue] hinc est, q[uod] ethniz

Eccl. x. 2

ci etiam considerates tot tamquam exumna huius mundi in prole. Pli. lib. 7

mala, ceteros non nasci, optimi, aut q[uod] ocyllime aboleri. Qui nec impij propterea iudicari debent, quoniam nihil hac in parte opinati sint, quod dissolui possit esse a piis. Inter quos piissimus ille Ecclesiastes ait: Laudau imagis

Eccl. 4

mortuos q[uod] viuentes, & feliciorem utique iudicauit, qui needum natus est, nec vidit mala quae sub sole sunt. Quid multa! Non defuere, qui putarunt tot ac tantis hanc vitam malis & miseris repletam, ut comparatione eius,

mors remedium esse censeatur, non poena: quam vel ideo breuem fecerit, ut molestiam eius, quae prosperitate vinci vel tolli non poterat, temporis exiguitate finiretur. Hinc fuere, qui hoc genus in hoc mundo malo aliqui paulo animaduerentes, ex animo mori optarunt.

Inter quos Daud: Heu mihi, inquit, quia incolatus meus prolongatus est, multum incola fuit anima mea. Et Tobias ille senior aiebat, orans: Et nunc domini secundum Tob. 3 dum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quam vivere. Et Paulus aiebat: Cupio dissolui & Phil. 1 esse cum Christo. Ac idem alias: Infelix ego homo, quis Rom. 7 me liberabit de corpore mortis huius?

Quum proinde tot ac tanta sint in hac vita tam corporalia, quam spiritualia mala, a quibus nemo possit nos quam deus, salutarius & certius liberare: non immerito

Psal. 119

Tob. 3

Phil. 1

Rom. 7

MM. ad

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

ad ipsum vel solum, vel incessanter, clamare cogamur;
Sed libera nos à malo. Primo nō obstat dicer, equod
haud cōueniat orare, vt ab iisce malis nos eripiāt, quo-
niam hæc nostra vita exigit, deo sic sapienter ordinātē.
Hinc enim quondam in mundi exordio dixit ad homi-
nem: Maledicta terra in opere tuo. In laboribus come-
des ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. In sudore vultus tui
vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua
sumptus es. Atque ideo Christus ad discipulos: In mū-
do, inquit, presurā haberis: sed confide, Ego vici mū-
dum. Secundo nec obstat, q̄ hæc mala vniuersa deo
volente & faciente fiunt, ipso dicente: Ego sum domi-
nus creans malum. Et propheta: Non est, inquit, ma-
lum in ciuitate, quod dominus non facit. Jam vero con-
stat, nos non debere resistere voluntati diuinæ, sed ora-
re, vt hæc fiat in terris vt in cœlis. Ergo

Tertio non obstat, quod huiusmodi mala & incom-
moda, proprie nobis mala non sint, sed nobis in salutē
et pietatem, tanquam bona, cooperantur. Quia nimis ratione id genus incommodis etiam sancti dei fuere ad
ficti. Quorum primarius exitiis creditur Iob, propte-
re a dicens: Si bona suscepimus de manu domini mala
quare non sustineamus?

Responderi proculdubio potest, nobis id genus ma-
la et aduersa, quæ fūt aut facta sunt, placere debere tan-
quam à deo iusta voluntate facta: verū quia dubitamus
quām diu dominus velit vt hæc maneant, recte nos et
pie posse et velle deum orare, vt hæc cessare faciat, nos
q̄ ab eis liberet. Siquidem dominus hæc mala et aduer-
sa nobis vel quamlibet iustis etiamnum immittit, non
vt noceat, sed vt vel ad orationem nos exciter, nosq; ex
audiendo, nobis suam charitatē ostendar, et hoc nimis
rum pacto dilectionem in nobis habendam prouocet.
Ad hunc quidem modum (vt alia perq; plurima exem-
pla obmittā) ipse dominus olim indurauit Pharaonem,
vt potentia suam populo liberando ostēderet; eosq; per-
sequi permisit usq; ad mare rubrum, vt eos mirabiliter
liberatos, ad sui cognitionē et amore eruditet. Id quod
& no;

Gen. 3

Ioan. 16

Esa. 45

Amos. 3

Rom. 8

Iudith. 8

2. Tim. 3

Iob. 3

Exo. 9

Rom. 9

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 273
& nobiscum proculdubio nonnunquam facere solet.
Ideoq; merito ad ipsum oramus, vt ea mala tollat, vt
nō permaneāt, quum ignoremus quid potissimum illib⁹
velit, an fortè eiusmodi mala permiserit, vt oremus.

Præterea (vt ad alia respondeatur obiecta) non ora-
mus, vt dominus omnino omnes tribulationes poena-
lesq; miseras à nobis auferat, id quod cōditio nostræ vi-
tæ et naturæ (vt dictum est) non patitur, nec nobis con-
duceret, sine eis omnino nos viuere, quā virtus in infir-
mitate perficiatur: sed oramus, vt eiusmodi mala deus
pater ita clementer mitiget et moderetur, ne ipsis preli-
niimiunij fatigati, in maius malum, vtpote culpæ, & à
vię domini reūtitidine declinemus. Quanquā enim il-
la innocenti & iusto viro possint obuenire, immo sc̄p̄ius
obueniant, plerūq; tamen animū imbecillem pertra-
hant ad culpam, vt morbus ad impatientiam, egestas
ad furta et larrocinia, aduersitas ad murmurationē con-
tra deū. Quēadmodum olim Iob, in persona hominis
propter ægreditur acerbitate impatientiēs, dicebat: Pe-
reat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, cō-
ceptus est homo. Dies illa verratur in tenebras. Nō re-
quirat eū deus desuper, & nō illustretur lumine. et hec
& id genus alia impatientiēs plena. Quēadmodum &
Hieremias in persona eiusdē impatientiēs: Maledicta, in
quit, dies in qua natus sum, dies in qua peperit me ma-
ter mea, nō sit bñdīcta. Maledictus vir, q̄ annūciavit pa-
tri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus &c. Cui si
milis erat propheta, dices: Vsquequo peccatores dñe
Psal. 98
vsquequo peccatores gloriabunt? Itēq; Quare ergo Iob. 21
impij viuunt, subleuati sunt confortatiq; diuitiis?

Ne igitur & ipsi occasionē malorū huius vitę perpel-
lamur ad aliquā turpitudinē & iniquitatē, oramus deū,
vt hisce nos malis eripiāt. Quæ alioqui nihil plane ma-
li habent, q̄ in malū aliquando deterius pr̄cipitāt
suos possessores: ideoq; minima mala dici coepit. A
quo, scilicet malo iniquitatis, quod per huius seculi ma-
la possit obuenire, si ob nostram orationem à patre
cœlesti pr̄seruemur: satis à malo, quod poenæ istæ in-

MM 3 ferunt

Cor. 22

Hier. 20

Psal. 98

Iob. 21

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

ferūt, liberamur, etiam si inceſanter nos crucient & impoſtent. Non enim aliter oramus liberari ab huius ſeculi malo, q̄ vt nobis nō noceat, & ad malum futuræ pœnitæ in alio ſeculo non deducat. Et erit ſenſus: Et libera nos à malo, id eſt, ô pater noster qui es in cœlī &c. ſciens nos malis & periculis, tribulationibus & flagellis præſentibus ſubſttere nō poſſe, ſed nec futura ex nobis cauere; oramus, libera nos à malo à foris adfligente, iuit nos ad malum culpæ propellente, & ad bonum nō poviouente, tribulationem noſtrām ſic tua gratia moſerare, vt in nullam per eā incidamus impatiētiā vel iniquitatē aliam, quo ſumus deinde in alio ſeculo libri à malo gehennæ & pœnæ aeternæ.

Ad hunc ſane modum ſapenumero dei electi in anguſtis cōſtituti ſe à malo huius mūdi liberari rogarūt, de quibus in hæc verba Dauid: Clamauerunt iuſti, & dominus eos exaudiuit, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Ita nimirū Helias petiit à domino, vt ſubmoueret malū sterilitatis terra & famis. Et Salomon contra mendicitatem, ne paupertate coactus, furari aut quid mali aliud facere poifer. Et Apoſtulus quoq̄ hoc ſeculi malo plus nimio adfectum ſe teſtatur, dicens: Nullam requiē habuit caro noſtra, ſed oēm tribulationē paſſi ſumus: foris pugnæ, intus timores &c. Infelix ego homo, quiſ me liberabit de corpo re mortis huius? Hoc nimirū paſto alibi Salomon euideſter oſtedit nos pie deū orare poſſe, vt nos ab huius mūdi malis liberaſe dignetur. Vnde catholica ecclæſia permota nō in caſsum iuſtituit Letanias publicas et priuatas oratiōes ad deum fundendas tempore pestilentia, famis & belli, idq̄ genus aliorū malorum, vt ab iis deus ipſe opt. & max. ad modum, quem diximus, nos eripere dignetur.

Ex iis modo vel omnibus nō obſcure conſtabit, eos haud omnino exorbitasse, qui hanc particulam, Sed libera nos à malo, diſcretam fecerunt, & eandem ſeptimā in ordine petitionem: quū ſint inter neotericos, qui ipſam velint duntraxat prioris eſſe petitionis partē, & expofitiuam: moti, quoniam huius mundi malum nullo ſit pa-

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 276
 cto à deo deprecandum, quum quoq̄ Chryſtoſtomo & Theophylacto teſtibus, per malū hic, vti et in aliis ſcripturæ locis, cacodæmonem accipere debeamus: quan- doquidem diabolus, ḥ πονηρός, id eſt, malus et prauus, obſuam excellentem malitiam vocetur. Accedat etiam, num, q̄ clauſule. Et ne nos inducas in tentationem, ſe- quatur τὸν coniunctioν, ſcilicet aduersatiua. Imò, quod plus ſit, Lucam propterea obmittere clauſulam hanc, Sed libera nos à malo. Quæ hoc doceat petendum: O pater cœleſtis, non permitras nos libidini tentatoris, ſed prorsus ab ipſo malo nos libera, vt nihil omnino in nos iuriſ habeat. Evidem vti in iſtorum opinionem facile concedam, ita non difficile corum rationes, quas cōtra expoſitionem diu ab ecclæſia receptam adducunt, conuinci poſſe crediderint: cum q̄ aliquo modo, vt di- c̄tum eſt, huius mūdi malum deprecari poſsumus: tum quia rarenter Latini autores voculam malus, vt ipſi viſurant, accipient ſine ſubſtantiuo. Atq; interim non clam eſt, coniunctionē ſed, nō ſemper eſſe aduersatiū: imò etiam aliquando copulatiuam, eandemq; incep- tiam, pro a: 13, vt apud Terentium: Sed Pamphilum vi- deo. Nec eſt quod Lucas particulam, Sed libera nos à malo, obmittit: quum ſufficiat, quod eam Matthæus hac in oratione ponat, &c.

De ſignificatione & efficacia verbi Amen.

Cap. XVI. AMEN.

Hac ſane dictione dominus totam orationē p̄cimis- ſam concludere docet. Eſt autē Amen, dictiuncula nec Græca nec Latina, ſed Hebraica, tres habens ſignificationes. Primò quidem quāli nomē, id eſt quod verax vel veritas, veluti Apocalypſis ait: Hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verus. Vtq; Amen, id eſt, ve- ritas. Hoc tamen modo hanc ipsam voculam rarenter puto viſurapatam. Secundò, id eſt quod Vere & Fideliter, vt ſit aduerbialis dictio adfirmandi, iuxta in- terpretationem Aquile, ad verbum ex nomine fidei di- c̄tum. Quo in ſignificatu dominus eſt viſus hac vocula, dicens: Amen dico vobis, quia publicani & meretrices Mat. 23

Pſal. 33

g.Re. 17, 18

Jacob. 5

Luc. 4

Pro. 30

2.Cor. 7

Ro. 7

g.Re. 8

1.Joan. 2
Mat. 13
Ephe. 6.
* a. 24

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Mar. 9

precedent vos in regno dei. Et iterum: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et alibi: Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia sint. Et aliâs: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et in perçplurim mis alias scripturæ locis, maxime euangelij.

Tertiò, secundum interpretationem septuaginta interprætum, idem est quod verbum, fiat, optandi significationem & vim habens, quo desiderium perentis exprimitur. Siquidem hoc verbo in hunc modum & hac in parte sumpto, orans ex animo optat, ut oratus velit petita sic habere rata & firma, ut impleantur.

Prima verò huiusque verbæ efficacia & virtus est, q[uod] non aliter orationem cōcludit optando, q[uod] sigillum, Hieronymo teste, concludit literas. Atq[ue] hinc est, q[uod] finitis quoddam sacerdotis ad deum precibus, ex animo populus dicere solebat, Amen: optates, ut deus Opt. fieri vellet, quod loco omnium sacerdos petuit ab eo. Quemadmodum & hoc loco cōpleri perficiti petimus, quæ a patre cœlesti dominica oratione supplices oramus. Q[uod] d[icitur]: O pater cœlestis, vtinam pet te fiat ac cōcedatur, quod tantopere à nobis petutum est. Atq[ue] vtinā, ô pater, hæc vota nostra, tua bonitas rata velit esse, ut desiderij nostri participes futuri simus. Secunda virtus est, q[uod] hoc verbo recolligimus intentionē super omnia præcedentia quæ petita sunt. Et si quicq[ue] ex fragilitate humana (ut fieri solet) per distractionē mentis in oratiōe absq[ue] actu, ali intentione per trāstūm fuerit, ad intentionem reddit, dicendo: Amen. Vtpote q[uod] hoc verbo, quæ dicta sunt, vere memorentur. Vnde Paulus adserit alibi, cum non posse respōdere Amē, qui, quæ dicta sunt, nō intelligit.

Iam verò, quanuis hæc ipsa vocula Amen, ab interprætibus, tam Græcis q[uod] Latinis, verti potuisse integra, tamen ab omnibus et in suo quidem nativo, scilicet Hebreo idiomate mansit usq[ue] in hæc tempora.

Primo quidem, propter veneradim illius antiquitatem, vtpote qua primum usus fertur deus Opt. Max. à mūndo cōditio, quū dixit, Fiat, id quod valet in Hebreo, Amen.

Deu. 27
Neem. 8
3. Esd. 9
Tob. 9

1. Cor. 14

Gene. 8

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 177

Amē. Est aut̄ ipsa senectus suo veluti iure venerabilis. Sap. 4

Secundò, propter eius maiestatem & magnificētiā. Siquidem nō est verbum aliud, quo deus magnificētria operatus sit, q[uod] per verbum, fiat, id est, Amen. Hoc Gene. 1.8 enim verbo deus maximus cœlum & terram, & quicq[ue] Psal. 32 quid vtrōbiq[ue] clauditur, potentissime creauit, vtpote Psal. 148 qui dixit, fiat, & facta sunt. Hoc etiamnū verbo nos ille Luc. 1.10 perditos reparauit, dicente deipara virgine ad angelum Ioan. 8 Maria: Fiat mihi secundum verbum tuū. Quo prolato, verbum est caro factū. Hoc deniq[ue] verbo seruator noster Iesus Christus opus nostræ redēptionis consummavit, in horto ad patrem deuotissime dicens: Si nō potest Mat. 26 transire calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Mar. 14

Tertiò propter cōfidentiam illius & exauditionis potentiam, vtpote qua voce quoties Christus est usus, pententes sui voti certo facti sunt cōpotes. Quia enim ille dicebat ad centurionē, Fiat tibi sicut creditisti, illico factus est puer eius. Quoniā & ille ad mulierē Cananitem dicebat, Fiat tibi sicut vis: statim & ex ea quidem hora, filia eius sanata est. Hinc, quod & Rabanus hoc te statut loco, quia hic dñs dixit, Amen: subindicat, indubitanter à deo nobis conferri oia, quæ rite postulauimus, modo nō negligamus seruare pactum conditionis adiecit, nimirum ut ipsi nostris dimittamus debitoribus.

Superest igitur, fratres dilectissimi, ut si hac oratione nostra dominica preces nostras ad deum patrē nostrum cœlestem profuderimus, illas easdem preces ad finē devotius, seruētiusq[ue] recolligamus, deuotissime cōcludendo dicentes: Amen. Et in hunc quidem, vel hoc genus sensum: O pater noster, qui es in cœlis &c. fiat, optamus & quæsumus, quod precati sumus: ratū digneris habere votū nostrum: perfice tu verba et vota nostra per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū unigenitū dictata, & ori nostro commendata: compleas ea, oramus, & dic, fiat. Siquidem parum est, quod ipsi dixerimus, Amen vel Fiat optando, nisi tu dicas Amen imperando, id est, fiat: quandoquidem dicere tuum, est facere: tuq[ue] iuslui & nutui pareant oportet omnia.

Esa. 46

MM 5 Hoc

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Hæc hactenus ad hæc usq; verba, toto passim orbe ab vniuersis Christofidelibus obseruata est à Iesu Opt. instituta oratio. Quam recte vero nonnulli vel Chrysostomi tempore codices reperti, & adhuc à recētioribus *reperti (vt ipsi dicunt) proferantur, in quibus adiecta videntur, q; paulo post sequuntur verba, subinde videre est.

An orationi dominice possit quicq; contra catholicæ ecclesiæ consuetudinē addi.

Cap. XVII.

Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula seculorū. Hæc verba sic addita, modo resperiri in aliquibus codicibus non improbauerim, nec prorsus probauerim. Quia sive illa addita à domino ipso, sive deinde, quod magis crediderim, à quopiam adiecta fuerint, haud est vt improbē, quoniam plane pia sunt, & iuxta scripturā, nec interim iis, quæ dicta sunt, et per orata, omnino dissona. Ad eā quidē orationē, quæ repulsam ferre non debet, planè requiritur, q; quæ rogamus, dare possit quod ab eo rogatū est, & quidem cum ipsius decoro sine dedecore. Id quod patrē cœlestem facere posse, hisce verbis ostendimus, dicentes: Fiat, quæsumus, domine pater, vt nos à malo liberes, quia id ipsum facies potes: quū ipse sis totius regni rex, et tibi sit virtus et potentia, qui ob id non modò non habeas formidare, sed et ipse cōsiderum se abs te fatetur aduersarius, quoniam subiectus est tibi volens nolens, qui nobis insidiatur, tentando vel huius mundi malis, quatenus duntaxat cōtra nos valens, quatenus tu permittis, folus rex gloriae, dñs fons

Heb. 2 Pro. 23 tis & potes, et in prægio dominus virtutū. Libera proin de nos à malo. nam & hec ipsum non modò facere potes est, nec nobis utile tantum est idem, verum gloria liberacionis est tua: & hæc ipsa usq; adeo cessura in tuam est

Psal. 113 gloriā, vt liberati per te, non possumus non dicere: Non nobis domine, non nobis, sed nominis tuo da gloriā: quia solus es tu, qui in nobis omnia operaris, idemq; operaris bona, sine te nihil possumus, in quo omnis nostra sita est sufficiētia. Quæ nimis veridica à nobis cōfessio, liberatis per te nobis, tua est gloria: atq; hinc sicut, q; omnia

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 278

nía nostra, & vniuersa quæ nostrarum sunt virium, te laudabunt, te prædicabunt, teq; extollent. Dic ideo ut fiat, quod te supplici animo obtestati sumus, & obtestamur. Præterea nihil est verborū, quod non congrue possit ad præcedentia necessario referri. Si quidem tuum est regnum, responder ad illud quod petitum est, Adueniat regnum tuum: ne quis diceret, Deum non habere regnum in terra. Quod vero dicitur, Tua est virtus & potentia: respondere videmus ad id quod precati sumus. Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra. Ne quis diceret, deum non posse facere quod vult. Quod autem dici solet, & tua est gloria, respondere videtur ad omnina quæ sequuntur, in quibus dei patris gloria apparet. Et videntur hæc nimis verba prorsus desumpta ex oratione Davidis inter cetera in hæc verba orantis: Benedictus dominus deus Israel patris nostri ab eterno in aeternum. Tua est domine magnificētia, & potentia, & gloria atque victoria, & tibi laus. Tuum domine regnum, & tu es super omnes principes. Tua diuitiæ, & tua est gloria, tu dominaris omnium.

Nunc licet hæc verba nihil improbauerim, quando pia sint & scripture cōsona, non tamē prorsus probaverim, vt ea dñicæ orationi actutum inseratur, vt pote q; suspicemur ea non à domino, sed à quopiam alio fuisse adiecta: cum q; non fuerit moris Iesu Christi, sic quæ dicere solitus de verbo ad verbū transcribere ex scriptura, nisi quum sententiam aliquā scripturis periude compulsus, approbaturus erat. Deinde, quæ in iis verbis ad petitā referri videntur, haud obscure desumuntur & colliguntur ex auspicio orationis dominicæ, Pater noster qui es in celis. Deniq; q; in plerisq; omnibus codicibus dicti, uncula optādi, Amē, præcedat hæc verba, in signū q; illa ad orationē ipsam dominus haudquaq; addiderit, vt quæ iam ea dictione quasi signaculo quodam, clausa & obsignata esset. Postremo, multis ab hinc temporibus nemo Christianorū dñica oratione hisce adiectis verbis, usus est, vt quæ nec in omnibus libris posita fuerint, nec apud nos in yisu lōgo tempore habita. Quo sit, vt facile suspi-

1.Pa.29

Mat. 4.11
Luc. 4
Mat. 22

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

suspiciemur, et si modi verba hac in parte non esse domini, ut pote quae nec necessario voluerit coniunctumiri.

Iam vero quis tam dubius & anceps, hoc quicquid est verborum, orando intercludat & adiiciat, qui serio dicunt nouit a deo Opt. Max. Non addetis ad verbum

Deu. 4

Deu. 1

13.28

quod vobis loquor, nec auferetis ex eo? Tamen si proprie alioqui sit addere, quod domini verbo fit contrarium, ut alias in Catholicis & Homiliis nostris, tum & in Crisi nostra abunde docuimus: ramē nō est, qd hoc loco multis morer, maxime qd ex dictis haud obliure appareat, verba præfata a domino prolatā non esse, sed a quopiam expositore adiecta, quæ nec aliquot ab hinc seculis ab aliquo vel scripta vel dicta fuere. Id quod euidenter hinc fit perspicuum, quia horū verborū nullam plane faciunt mentionem Thomas Aquinas & Nicolaus Lyranus, Euangeliorū interpres, ut nō omnino veteres ita veterioribus, quorum legendō studiofissimi fuere, nullo proorsus pacto vel eruditione vel vita inferiores, quorum ille anno post Christum natum m. cc. 1xxiiii. sub Imperat. Arnolpho obiisse, hic vero post Christum natum anno m. ccc. xxx. clarius traditur. Vnde facile coniicimus illorū temporibus verba in dominica oratione prædicta, ne in codice quidem Euāge, lorū fuisse posita, quæ nec Chrysostomus adseuerat ad ipsam orationē pertinere, præsertim quæ nec stylum sermonis Iesu Christi seruare cōspiciuntur. Nusq; enim in euangelio videre licet clausulam, In secula seculorū, sed vel aliā huic forte nō dissimilem. Puto igitur hac in restandum usui catholice ecclesiae, veritatis calumnę et firmamēto. Sin est, qui malit inibi cōtētiosus esse, haud est quod respōdeam, qd quod Apostolus olim Corinthiis: Nos talem cōsuetudinē nō habemus, necq; Ecclesia dei.

2. Tim. 3.

2. Cor. 11.

Præfatio in ipsam angelicam salutatio-

nem. Cap. XVIII.

Quem superioribus diebus apud nō parum multos in questionem venire, propter quodnā potissimum peccatum Turca, truculentissimus videlicet iste Christiani nominis aduersarius, multis iam olim annis

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 279

vscq; adeo magis ac magis aduersum nos inualeceret, quandoquidem cōstaret omnino, tantam illi cōtra nos tyrannidem a deo maximo, propter enormia nostra in ipsum peccata, serio permīsam, me respondere memini, propter horredam penēq; blasphemam nostram in gratitudinem & iniuriam in gloriosissimam illam, eandemq; modis omniis dignissimā, deiparam virginem Mariam: quæ suam pro nobis hactenus opem apud unigenitū filium suum, nō solum iure suo negaret ac subtraheret, sed & merito subtractam, cōferret contra nos aduersario Turcā, qui, pro nobis olim eadem ipsa gloriosissima virgine, propter nostras ad ipsam corā filio suo Iesu Christo preces intercedente, nō secus vincī cōceptus esset, atq; nunc, subtrahēte suas illa nobis suppetias propter remissas nostras ad eam preces, ita vinceret, superaret, triumpharet, & inualeceret alter ipse Nabuchodonosor, alter Pharao, alter Antiochus, alter Sennacherib, aut si quispiam est illis crudelior, vt breui (quod deus propicius auertat) toti esset terrarū orbi dominaturus, ita deo ipso maximo nostram in ipsum, adeoq; in eius matrem sane laudatissimam, ingratitudinem & iniuriam iuste seueriterq; vindicante, fierisq; propermodum nunc solere, quod factum traderet scriptura, pugnante quōdam cōtra Amalech Israele. qdū enim Moles suis ad deum precibus pro Israel intercessisset contra Amalech, tam diu Israel viciisse: Mose vero preces paululum remittente, viciissim superasse Amalech.

Sane perhibent annales veridici, quum olim Turca, tyrānus (isquam) omnium facile superbissimus, nec aliter a deo propter scelera nostra, qd Phārao vel Nabucho donosor cōtra nos excitatus, in nostrates ita fermē prium fœuire cōpisset, vt iis ob hostis inauditam tyrannidem plus qd stupefactis & perterritis, esset in fuga sua premapenē salus reposita, nec esset qui tanto posset aduersario resistere: cōceptum esse tandem ab ipsis contra istum ad gloriosissimā illam coeli terræq; reginā, virginem, inquam, Mariam, nō aliter atq; ad sacram quatinus dam ancoram, haberī refugium: moxq; pro pia ad eam apud

4. Re. 23
Exo. 1
1. Mac. 8
1. Pa. 3
Tob. 1
Esa. 36

Exo. 17

Exo. 8.9

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

apud ipsius filium intercessione, toto passim orbe constituti, decretoq; mandari, ut bis saltem singulis deinceps diebus illa ab vniuersis Christo fidelibus apud filium Iesum, non secus atq; gratiosissima quædam coram ipso mediatrix & interuentrix, imploraretur, per sacrofau^m etiam illam Gabrieli archangeli ex Luca salutatione, pulsis ad perpetuā huius institutionis memoriam campanis. Factum deinde, vt nostrates eatenus aduersatio p̄evaluerint, quatenus illam deuoto synceroq; corde salutauerint, salutandoq; implorauerint. Quod hostis ipse, q̄libet alioqui bis irreligiosus & impius animaduertens, nihil magis odio tum habere cœpit, q̄ ad eandem salutationē campanarū, quas appellant pullationē, non quia vsq; adeo virginem Mariam exosam haberet, verū quia non ignoraret, facto pulsu, illam contra ipsum à Christianis haud sane frustra pro suppeditis implorari: qui tamē interea plus fortasse honoris et reverentie, gloriosissimæ illideiparæ virginis deferat, q̄ nos, qui nescio q̄ vere Christiani volumus & esse et haberi: nempe nō immemor legis Alchoranicæ, in qua Mahomech, antesignanus ille, idēq; præcipiuus Turcicæ tyrānidis & impietatis autor, vel coactus ipsam gloriosissimā deiparā virginem Mariam in hæc verba venerari fertur:

O Maria, deus vtiq; elegit te, & purificauit te, et prælegit te, claram super mulieres seculorum.

Hæc iste, quantumuis alioqui Christianæ religionis insensissimus hostis.

An nō fuerūt hactenus ex nostris, Mahometo longe detestabiliores & execrabiliores, quos sub hæc nouissima tempora nō puduit virginē illam, supra q̄ dici potest fidigne, redigere in ordinē, quā etiā hostis ille superbiss. ex oibus omnium seculorum mulieribus, à deo præcle etiam fatetur? Sed & plus q̄ perficit fronte, memoriam illius nunq̄ sati laudatam, nec vñq̄ intermoriturā, vel deo ipso maximo per sacram scripturā reluctante, prorsus extinciam voluerunt, vt qui sane bis terq; impij & ingrati, superbenedictam illam & omniū profecto seculorū memoria dignissimā virginem, per quā nacti su

mus

Luc. 1

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 49

mus quidquid vñpiam veræ salutis est, nimirum salutis autorem Iesum Christum, benedictum illum ipsius virginis ventris fructum: nolint nec salutādam, nec implo- randam, pulsa etiamnū ad id campana, ea quidem salutatione, cuius initium est: Ave Maria &c. quā nō fuit à mundo cōditō, nec alia vñq̄ futura, sanctior, nec excelsior, nec gratiōsior, nec gloriōsior, nec efficacior: vt, pote quā deus ipse Opt. Max. non humano compostū inuenio, in summo nimirū cōculo sic ex omni parte perfe etiam dictauit, vt inibi nihil possit ad ampliorem benedi- cē virgini laudem nec addi, nec adimit: qua deinde de cōculo ad terras delata, Gabriel nō angelus solum, sed & archāgelus, iussu sacrosanctæ diuinæq; maiestatis, ita serio nouoq; quodam modo gloriōsissimam virginē salutauit, vt virgo alioqui fortissima, propter tam inauditā a seculo salutationis formulam, plane perturbata fuerit.

Luc. 2

Quā verò tantæ sit salutationis contra malignissimos quoq; hostes, & visibiles & invisibiles virtus & efficacia, tatis superq; fuit argumēto prima salutationis illius pro defensione cōtra Turcas institutio, in qua gloriosissimæ illa virgo per eandem salutationem veraciter implorata, sic istos deterruit, vt tum rursus approbata fuit ex scriptura, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Cant. 6

Quum proinde salutatio illa cœlestis apud nō parū multos schismaticos & hereticos ita sit explosa, vt ne eius quidem velint haberi memoriam per campanę pulsum, quem prorsus abrogarunt: apud nos verò ipsa sic parum pensi habeatur, vt ad eius pulsum perinde sura descamus, vt quorum pauci reperiantur, qui pro more non nuper recepto, sub tempus eiusdem pulsus vel genua flectunt, vel capita nudant, vel hoc genus alio modo suas ad deum mentes ea salutatione subleuant, atque hoc quidem pacto benedictissimā illam virginem post us maledicunt, q̄ benedicunt: fieri solet Iesu Christo, benedicto ventris illius fructu, iuste permitte, vt tota quondam nostra per deuotam benedictæ matris ipsius salutationem contra Turcas benedictio, nunc contra nos pro Turcis versa sit in maledictionem.

Nec

Ecc. 44

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Nec mirū quidem. Quum enim deus ipse Max. per

Nu.34 Balaam ad populum suum Israēl dixit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui verō maledixerit tibi in maledictione reputabitur: quāto magis ad Mariam matrē suā, ex omnibus electissimā, dicit ab ēterno: Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: q̄ maledixerit, in maledictione reputabitur? Dubio procul nō poterit ille benedictus esse, qui maledicit virginem Mariā, quā dominus ipse tantopere benedixit, vt sit angelo teste, super oēs mulieres benedicta. Quām sane maledicit, qui vel frigide ipsam laudat, quēd vituperare est: vel laudādam nō vult, tollens totam angelicā illius per deum fāctam benedictionē salutationem, p̄mū in terris Euā, gelion cōpleteūtē. Id quod nuper speciatim aliquot schismatī & hæretici factitare cōperunt.

Sed quāna causa, queris, hæretici hanc ipsam tot nō minibus excellentem salutationē, nolint nec dicendam, nec orandam, ad tam modis omnibus benedictam virginem? Nihil, inquā, aliud istis est in causa, q̄ inuidia, quæ, quū sit omnis & virtutis & laudis alienae impatiens, entissima, nō potest tam excellentium virginis virtutū splendorem ferre, propterea comes inuidia virtutū dici cōcepta. Sic propter inuidiam cacodæmon protoplaſtos seduxit. Ita propter inuidiam Iosephum vēdiderūt fratres sui. Sic propter inuidiam, teste etiamnū Pilato, Iudæi Chiristum innocentissimū ad mortem vsc̄ per se, quāti sunt. Propterea vero talem isti inuidiā cōtra eādem laudissimā virginem cōceperunt, q̄ ipsa catholice fidei cōstantissima, vniuersas cōtra se & filium suum benedictum hæreses vel sola interemerit, interemptu- rāq̄ quotquot posthac futuræ sunt, alloquente propterea ipsam ecclesia catholica in hēc verba: Gaude María virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quā Gabrielis archangeli dictis credidisti. &c. Sed quomodo, queris ultra, suam isti prætexunt inuidiam, qua nolunt salutationem illam plāne diuinā, numerisq̄ omnibus cōsummatam, nec dicendam nec orādam? In primis, inquā, falso malitiam suam prætexentes, aiunt, ipsam virginē

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 282

Mariā, quidquid huius est salutationis nec audire, nec intelligere, quoniam alibi ignoret, quē nobiscū fieri solēt.

Cæterum q̄ sibi hac quidem parte mentiatur iniquitas, ex hoc patet, quia quum illa sit ex eis, qui nunc per mortem hanc naturalem ita cum deo sunt, vt deus in ipsis omnia sit per omnia, sicut deus sic in eis, vt ipsi in deo sint: dubitare certe nequit: eam in ipso deo, vrpote in speculo illo sine macula diuinæ maiestatis, videre, audire & intelligere, quē vbiq̄ terrarū fiunt. Ita Hieremias olim, quum dudum obierat, solam mētris ad se eleuatorēm Iudæ Machabēi audiuit, atq̄ propterea illi gladiū munus a deo aureum, contra inimicos ipsius ē cōcelo detulit. Ita Iacobus, Petrus & Ioannes in monte Thabor virtutē dūtaxat diuinæ clarificationis, speculum diuinæ maiestatis præfigurantis, q̄ Christus in cōcelo posī adscensionē suam habiturus erat, viderunt, audierunt, et cognouerunt Mosen & Heliam cum Christo loquentes, quos tamen in terra nunq̄ viderant. Ita Abraham, qui dudum quoq̄ deceperat, ex paradiso vidit diuitē illum epulonem in inferis, & eius preces quidem audiuit, sed non exaudiuit, quia exauditione prorsus indignæ.

Quum proinde si, & id genus dubio procul alij cum deo nunc viuentes, hic viuentiū facta et petita viderūt & audierunt: quur ipsa gloriosissima virgo per omnia tam maior ipsis omnibus, q̄ maior est sol astris omnibus, haud pollit ac debeat nos in hac valle lachrymarū videre et audire & intelligere? Sed later (crede mihi) alius sub herba serpēs apud hæreticos, quem pro loco & tempore domino monstrante, detecturi sumus.

Deinde prætexentes suā isti malitiam, dicūt, propterea diuam virginē non esse orandam angelica salutatione, quoniam hæc ipsa salutatio non sit oratio, quū nihil quod petitur, in ea nec cōtineatur, nec exprimatur. Enī, inquam, iterum atq̄ iterū, Paulo prophetante, ins. 2. Tim. 3, piētia eorum manifesta sit omnibus. Nōne plus q̄ ridēda hæc est infania istorum, quia nihil aliud credunt ad deum & ad ipsius diuos dicēdum, q̄ orationē, qua quid petitur? Nōne hoc quidem pacta tollenda fuerit ē meo NN die

Gen.3

Gen.17

Mat.27

1. Cor. 19

2. Mac. 19

Mat. 17
Mar. 9
Luc. 9

Luc. 16

Ma

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

dio vniuersa scriptura, qua non fecus cum deo loqui
mur, atq; Scipio quondam per historias descriptas cum
eis, qui dudum partim domi, partim bello decesserant? Ad quem sane modum Abraham dicebat ad diuitem apud inferos detentum: Habet Mosen et prophetas, au-
diant illos. Nonne præterea plusq; ignava est istorum inspicatio, q; existimunt nihil esse nec dici posse oratio nem, præterq; illud, in quo cōtineatur desiderij nostri de eo quod à deo volumus habere, expreſſio, nec quenquā nūi quum expreſſe quicquam petit, orare? quum tamen interea plus q; aperto liqueat, Orationem etiam esse di-
ciq; ad censum mentis in deum, per pium & humilem affectum, ad quem non opus est quibuscunq; verbis in oratione, uti deus instruantur, per quem homo sapiens et citius à deo desiderata consequitur, q; per expreſſam pe-
titionem, quando in ipso pietatis affectu oīnīs sit orā-
di virtus. Et nisi res ita haberet, ipsa nimirū catholica ec-
clesia plurimū erraret, quæ multos prophetæ psalmos usurpat & habet, uti veras ad deū orationes, in quibus tamen nec ipsius petitionis verba, nec quæ ad petitio-
nem suam pertinent, cōtinere videtur. Nam quid orat ipsa, quum pro indulgentia peccatorum legit aut canit psalm. Quare fremuerūt gētes? Deus venerunt gentes,
Attēdite popule meus, et hoc genus psalmos reliquos.
Quid etiam precabatur expreſſe Susanna vxor Ioa-
chim, dicens: Deus æterne, qui absconditorū es cogni-
tor, qui nosti omnia ante q; fiat, tu scis quoniam falsum tes-
timoniū tulerunt contra me: & ecce morior, quum nū-
hil eorum fecerim, quæ isti malitiose compoſuerūt con-
tra me? Quid etiā orabat a domino expreſſe leprosus,
inquiēs: Domine, si vis, potes me mūdare? Quid orabat
expreſſe mulier fluxum patiens sanguinis, quū dixit: Si
tetigero tantum vestimentum eius, salua ero?

Quid multa? Nisi res, uti diximus, ita haberet, erra-
rent & ipsi schismatici inter primos, suoq; se gladio cō-
ficerent, qui psalmos vniuersos, neficio q; composite, in
apertas ad deum petitiones redegerūt, quarū tamē nula
la sit in psalmis expreſſio. Quid, inquā multa? Nōne
oratio

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 282

oratio est, quæ nullis etiā verbis fieri solet? Cuiusmodi fuit Annæ vxoris Helcane, quæ motis dūtaxat labiis ad deū orasse, nec vlla vox ipsi⁹ audita esse perhibetur.

Quinimo omnis iusti operatio quadam tenus oratio dici potest; & dicitur (Augustino teste) semper orare, qui iustus esse nō desinit: er omne bonū ad deū desideriū, esse orationē, et hanc eatenus esse cōtinuam, quatenus desideriū est continuū. Quinetiā satis suis fidelibus laboribus iuxta Paulū minister interpellat apud dñm suum, q; quis nihil quo indiger, expreſſe precerur ab illo.

Et profecto nisi res ita haberet, quomodo posset im-
plore quispiam, quod dominus cum suo Apostolo pre-
cipit, inquiens: Oportet semper orare, & non desicere;
& Sine intermissione orare?

Ita nimirū orat, quisquis gloriōſissimam virginē Mariam pio affectu cum Gabriele salutat, inquiens: Ave Maria &c. cum quia sine controvēſia bene agit, rū quia Mariā deiparam & in ea filium Iesum, deum et hominem laudat, & ob ipsius prīmū de ccelo euangelis-
um, quod continentur in angelica salutatione, cū quadā gratiarū actione gratulatur, ſectūq; desiderat et orat, id ipsum euāgelium et huius virtutē et salutem ia ipso ne-
quaq; frustratum iri, sed fieri foreq; ſibi ſemper aduersus quoscunq; hostes propugnaculum. Per quod, intercedente apud benedictum ſui-ventris fructum Iesum Christum, gloriōſissima virginē Maria, non dubitas-
mus aliquando pœnitētibus nobis pro peccatis nostris victum iri Turcam, vel si quis eo futurus est hostis unq; quispiam crudelior. Vniuersa vero et singula, quæ pre-
fati sumus, ita eſe ſimulq; haberī posſe, videamus Ho-
miliacē ipsius angelicae salutationis de verbo ad ver-
bum ex sacrosanctis scripturis Apologiam.

De salutatione angelica & interpretatione nomi-
nis Maria. Caput. XIX.

Quoniam proinde Gabriel archangelus a deo mis-
sus effet in ciuitatē Nazareth, vt ei nūc iacet dei patris eterni decretū & cōſiliū, nēpe q; ipsa, virginitate illæſa, de spiritu sancto cōceptura parituraq; effet æterni NN a deo

Col. 3
Ephe. 5

Luc. 18
2. Thes. 5

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

dei filium, mundi soluatorem, Iesum Christum, in lege promissum, figuris praesumpti, multisq; seculis ante a prae dictum, ingressus ad eam, coepit eam salutare, dicens: Ave gratia plena. dominus tecum. benedicta tu in mulieribus.

Luc. 1

Hæc prima est huius orationis pars, ab angelo dicta; secundam, quæ constat iis verbis, Et benedictus fructus ventris tui Iesus Christus, adiecit ecclesia ex verbis Elizabethæ, quibus ipsa visitata diuam virginem salutavit. Declarabitus igitur ambas partes sigillatim per carum verba, incipientes proinde rē à noīe Maria.

M A R I A. Tametsi contextus euangelij nō habeat, q; angelus ad ipsam virginem ingressus, nomen Maria ex presumerit, tamen legitimis ex causis Ecclesia sancta id nominis angelicis salutationi subiunxit.

Esa. 55

Prima est, quoniam legalis est præsumptio, angelū appellasse virginem nomine proprio, cū quia contextus euangeli prius hoc ipsum nominis expresserit, quod, cogente sensu, venit per revelationē in verbo vocādi. Ave, repetendum. nec potest non in ipso verbo subintelligi. Nec dubitatur, quin angelus hac ratione nomē Maria expresserit, quod ob eā certitudinē euangelista nō censuit repetendum frustra, quum constaret expressum ab angelō: tum q; emphasis honoris erga Mariam, postulauerit nominis expressionem. Secunda causa, quoniam censuerit ea nominis expressione ardentius excitari virginis affectū ad nos, & ad proniorem impendende nobis misericordiæ alacritatē atq; promptitudinē. Nā quis tantum nomen nominans, nō posset ac deberet accendi, recreariq; quum hoc ipsum sit nouū illud nomen quod dicente propheta. Os domini nominavit, nec impostum fortuit, sed ab euentu futurum, quum plane consonet cum ipsa re, naturam conditionemq; diuīg virginis omnino explicans ex suo ipsius interpretatione, quod triplex est. Primo quidem Maria idem est, qd illuminata, quoniam vscq; adeo est à deo cūctis spiritus, sancti donis & reliquis splendidissimis virtutibus & dotibus illuminata, ut credatur illa miraculosa esse mulier, quam Ioannes in Apocalypsi viderit in cœlo sole amio

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 28;

amicitā, lunā sub pedibus, duodecimq; in capite eeu coronā quadā stellas habentē, per quas vniuersæ virtutes & exēdē irradiantissimæ sic intelliguntur, vt ad eam scriptura per Salomonem dicat: Multæ filiæ congregauerūt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Est enim hæc ipsa virgo Maria propter omnium virtutum illuminacionem speciosior sole, et super omnē dispositionē stellarū: ideoq; merito Maria, id est, illuminata dici coepit.

Secundo Maria est illuminatrix, quoniam lumine suarum virtutum, nō secus atq; splendidissimis exemplis homines hoc in mundo illuminet ad eam imitandam. Cui propterea in veritate applicantur verba, que quodam figuraliter dicta sunt de sancta virtuosaq; multere Ruth, ita sonaria: Ut hæc sit exēplum virtutis in Ephra Ruth. 4 ta, et habeat celebre nomē in Bethlehē. Præterea propter illuminationem virtutum ipsius illustrium, ad eam ecclesia vna cum choro angelico mirabiliter exclamat, inquiens: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol? Sicut enim illa sidera suis radiis illuminat mundum, & ad hoc singulariter creata sunt, sic virgo Maria suis virtutibus quasi quibusdā radiis illuminat homines in hoc mundo, vt per eam procedant ad veram illam lucem, quæ sua gratia illuminat omnem hominem venientem in hūc mundum, quam ipsa virgo Maria felici partu protulit.

Apo. 23

Tertio Maria idem est, quod stella maris: quoniam vti maris stella ducit nauigatores in pelago, ne periclitent, sed vna cū mercib; suis salvi perueniat ad portū littusq; sic quoq; nos miseri peccatores, nō secus atq; nauigatores in hoc mundo, qui multis ex causis pelago cōparatur, ducti et radio lucidissimè illius stellæ Maris, nostræ nauigie bonis operibus referrati, ducere possumus saluam & in columem in portū ac stationē beatitudinis eterne.

Pro. 43

Si propterea, peccator, venti tentationum insurgunt, nec vis obrui: si incurris in scopulos tribulationū, nec vis desicere: respice illā stellā, voca Mariā, quia nō est sola stella maris, sed est et nobilis illa stella ex Iacob, cuius radius illuminat vniuersum, mūndū, nēpe Iesu sole

Sap. 7

Ruth. 4

Cant. 2

Deu. 4

Gne. 8

Ioā. 3

NN s sufficie

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Nu. 24
Mala. 4

Iustitiae potes liberare ab omni tētatione et tribulatiōe.
Atq; nimirū virgo Maria tecē comparatur fides
ri, adeoq; stellæ: quia sicut fidus emittit radium suum fla
ne sui corruptione, sic virgo Maria sine corruptione
virginitatis sue parturit Iesum radium suum, & solem
iustitiae: quæ ideoq; iuste dicta est stella, nimirū ma
ris & matutina, quoniam sequutus sit ipsam ex parti
Christus sol iustitiae.

Quid Ave significet. Cap. XX.

Ave dicitio est verbalis, tota simplex, incōposta &
primigenia, Latina prorsus, nec cōmixta ex grāco
& latīno, significās idem apud Latīnos quod salue, &
apud Gr̄ecos χαιρε, à verbo neutrali χαιρω, quod est, gau
deo et lator, quod Latīne dicitur Aveo, quod est, ex ani
mo cupio et opto. Hinc Ave, est ex intimo corde salu
tem, letitiā et gaudiū optare et annūciare. Est itaq; Ave,
hoc nimirū loco salutatiōis verbū, & idem quod salue,
gaude, vel latere, s. o virgo Maria. Cuius etiā salutis,
gaudiū & latitiae causam, nō multo post angelus redidit.

Iam verò tametsi pīeras Christiana in hac mirabi
li salutatiōne alio potiuslet vti salutatiōne verbo, vt po
te Salue, Gaude, Latere, &c. idem significāt, tamen vi
detur hoc ipsum verbum, Ave, ex arbitrio & ex cōposi
to p̄aelegile, videlicet ut per ipsum significaret, glorio
sissimā virginem nō solum omnes in Eua prima mulie
re, conditiones imperfectionē arguentes, in melius cō
mutasse, quas ipsa nō habuit, sed & ipsum nomē Eua,
quoad literatū ordinē, transmutasse in Ave. Siquidem
Eua & Ave iisdem literis, sed è diuerso sumptis, scribū
tur. Si enim id nomē Eua, p̄aepostero legas ordine lite
rarū, à calce incipiendo, cōficitur nomen Ave, quod ex
arbitrariā interpretatione significare tradunt tantūdem
atq; sine vī, q; à, negatiua sit particula: vī aut, interie
ctio maledictionem significās, quēadmodum dominus
Iesus multis in locis, scribis & phariseis ob eorum ma
litiam minatur vī, id est, maledictionem & miseriam.

Iam verò sciendum est, Euam primā mulierem, pro
pter peccatum quod primā omnium perpetrauit, se tri
bus

Mat. 11
et 23.
Mar. 13

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 284

Bus vī, id est, tribus maledictionibus & miseriis ob
noxiam fecisse, à quibus nulla mulierum propter origi
nale peccatum exempla est, præterq; unica virgo Ma
ria, quam deus gratiose p̄feruerant ab omni originali
peccato, & ab omni huius maledictione, quam quæli
bet alia mulier ferre cogitur iuxta verbum domini, di
centis ad Euam: Multiplicabo serumnas tuas & conce
prustuos. In dolore paries filios, & sub viri potestate
cris, & ipse dominabitur tui.

Primò quidem mulier concipit cum vī pudoris vir
ginei, sine cuius corruptione nō fit secunda. Ipsa verò
gloriosa virgo, secunda est facta citra pudoris corrup
tionē, quæ cum à spiritu sancto sine virili semine cōce
pit, virgo nālē ante partum, in partu, & post partū in
uiolata, nec vñq; à quopiam corrupta, vt pote quæ vir
go permāserit perpetua, quū fuerit dudum certolj p̄ae
figurata per portam Ezechielis, per quam clausam so
lus ingressus est deus Israel, cui perpetuo clausa mansit,
nec per ipsam transire debuit vir aliis vñq;. Et hoc est
quod dudum p̄aeedit Esaias: Ecce, inquiens, virgo
concipiet & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Ema
nuel. Hinc ecclesia exclamat, dicens: Erubescat Iudeus
infelix, qui dicit Christum ex Joseph semine esse natū
gaudeatq; Maria, quæ deum & hominem pariens, post
parum virgo uiolata permanist.

Secundò quidem mulier ex cōceptu fit grauida, et gra
uatur multis fatigis modis, planetj debilitis fit, in varijs ple
runcj agitudines ob conceptum in vtero cadens: ipsa
verò virgo Maria sine grauamine fuit grauida. Quæ
mox vbi concepit, surgens abiit in montaña, visitans
& salutans Elizabetham, manens cum ea quasi mensis
bus tribus, vīpore ministri trans illi citra grauamen ali
quod, quod nō habuit, cui filius non fuit onerosus.

Tertiò quidem mulier summo cum dolore parit, do
mino alibi dicete: Mulier quū parit, tristitia habet, quia
venit hora eius. Hinc Tobias senior filium hortatur, vt
matri sue habeat semper honorē, memor, quæ & quāra
pericula paſſa sit propter ipsum in vtero suo. Ipsa verò

NN 4 virgo

Mat. 11
Luc. 3

Eze. 44

Esa. 7
Luc. 1

Luc. 1

Luc. 1

Tob. 4

Ioan. 16

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

virgo Maria peperit vscq; adeo sine omni dolore, vt nul la etiam vfa fuisse legatur obstetricie: que tametsi graui da esset & iam vicina partui, non tamen grauabatur ex hoc in corpore, quin iret de prouincia in prouinciam: nimurum a Nazareth vscq; in Hierusalem, distantem tri ginta quinq; miliaribus, quum deinde in declivo montis Hierusalem versus meridiem, ita stt Bethlehem, distans ab Hierusalem per quinq; miliaria, vbi tempore edicti Cesaris peperit ipsa virgo Maria primogenitura sumum Iesum Christum, & reclinavit eum in praesepio, pannis illigans, non habens obstetricem, qua non indiguit, vti ceterae mulieres, quam & ipsi magi solam cum pueru Iesu inuenierunt.

Ex his sane patet eum libellum, qui de saluatoris infantia inscribitur, esse apocryphum, qui dicit Mariam habuisse obstetrices, quibus haud est opus, nisi propter afflictionem matris in partu, que non habuit locum in virginine puerpera, quā salutans angelus, adfirmauit eam esse absq; omni vae, id est, mulierī miseria & maledictione, quā triplex est, pudoris scilicet, laboris & doloris: à qua vel sola Maria fuit exempta, quā propterea dicitur mutasse nomen Eua, id est, maledictionis, in Aue, id est, benedictionē: s. quā ne dum mutasse fertur simplex ipsum nomen Eua, quo ad seipsum per exemptionem triplicis maledictionis, sed & omnem in Eua conditionem imperfectam, quādo maledictio Euae illata, mutetur in benedictionem per Mariam. Siquidem Eua dolorem & mortem nobis intulit, Maria verò gaudium & vitā sempiternā attulit. Eua, exiliū & expulsionis a regno coelesti, causa fuit: Maria verò reuocationis in antīquā patriā, et introitus in paradisum, prebuit beneficiū.

Et in summā, quicquid boni per Eua amissimus, idem per Mariam reinvenimus & recuperauimus, quā propterea merito dicitur mutasse nomen Eua in Aue, quod sonat, ab omni vae: a quo singulariter ipsa exempla, etiam nos exemit suo partu. Cuius causa precatur ad eam catholica ecclesia: Aue maris stella,

Dei materialma,

Aue

Luc.2

Mat.8

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 28

Atq; semper virgo,

Felix cœli porta.

Sumens illud Ave

Gabrielis ore,

Funda nos in pace,

Mutans nomen Euæ.

Monstrate esse matrem.

Sumat per te preces,

Qui pro nobis natus,

Tulit esse tuus.

Cæterum, quia puto nominis Ave interpretationē, modo quo dixi, esse arbitriariam atq; commentitiam, nec a probato designatam autore, neq; satis cum ratione constantem: cœfendum est, mutationem illam nominis Euæ, a diua virginē potius esse accipiendam, secundum conditionem & sortem ipsius Euæ, omnino mutatam in oppositas proprietates per ipsam benedictam virginem, quam tamen merito salutavit angelus, inquisiens: Ave, id est, salve & gaude, quia meruisti esse absq; omni miseria, qua fuit Eua cum suis maledicta.

Quomodo Maria sit gratia plena. Cap. XXI.

GRATIA PLENA. Hactenus ipsa glorioſſima virgo Maria suarū gratiarū & dotium cōmendata est ab angelo, ex interpretamento nominis Maria, & verbi Ave. Vnde non est obscure intelligere, q̄ dignissima sit omnium creaturarū virgo Maria, vt quā sic fuerit omnibus spirituſancti donis illuminata & virtutibus, vt etiam illuminauerit alios, quos et vt stella maris in hoc periculoſo pelago mundi nauigantes, splendore ſui partus, s. Iefu ſolis iuſtitia, perducit ad portum beatitudinis aeternæ. Prima verò, eademq; p̄cipua & exprefſa diua virginis Mariae cōmendatio, nunc illi datur ab angelo, dicente: Gratia plena. Quid Graece ſic habetur, ηχεριτωμικ. id quod Hieronymus trāſluit, Gratia plena: quāuis inter neotericos haud defuerunt, qui reddiderunt, Gratiola, quod eiusdem propemodum ſensus eft, quum eiusmodi nomina in osus, plenitudinē significāe & abundantiam, testibus grammaticis: quanq; ego ma

NN 5 lim

Luc.8

FRID. N A V. IN CATH. CATEC.

Iam reddi & dici, Gratia plena, q̄ Gratiola; cum, quoniā am Gratiola nō tantam feruat in vernacula lingua gratiūtatem, quantā cōtinet, Gratia plena: in dō quoniā sunt ex hereticis, qui distinctionem, Gratiolas, prorsus amariorie vertit, dicentes, Holdselig, quū interpretari debuerint, Voller huld, oder gnaden vol: tum, quia Gratia plena, expressius & simplicius est: tum quia Gratia plena, per omnes hucusq; catholicos translatum & lectum est, quod nec mysterio vacat. Sane noua fuit hæc formula commendationis & benedictionis, nec usquam ante lecta, nec comperta, sed soli Marī referata. Nam et si deus optimus ab exordio mundi plures utriusq; sexus gratia compleuerit, vti de diu Stephano scribitur, nullam tamen unquam creaturam sic impleuit gratia, veluti Mariam, utpote cui se totam insidit gratia plenitudo, quum cæteris per partes præstetur gratia.

Atq; vt hæc clausula, Gratia plena, rite possit ab omnibus intelligi, scitu dignum est, duplicum esse gratiam.

Prima est gratia gratiū faciens, quæ est habitus supernaturalis, mentē inesse deiformi et ad proximatum idoneo ponens, alioquin charitas infusa dici cepta, hominē ad suā ipsius utilitatēm præcipue collata, sine qua nemo deo acceptus est, quæ inter omnia dona a deo creara, est excellētissimū donū. Qua quidem gratia gratiū faciente sic plena fuit virgo Maria, vt oēm vitā suā ab omni culpa veniali et mortali custodierit, ad quā propterea dicit spiritus sanctus: Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Quaz propterea, doctribus calicis testibus, transcendit merita omnis mortalium et angelorū.

Secunda gratia, est gratia gratis sine aliqua præparatione prævia data, quæ gratis a deo datur, & ad aliorū præcipue utilitatem, non omnes deo gratificans, quum etiam pessimi hanc gratiam habeant, & multi ea abutentes damnentur: veluti est gratia prophetizandi, prædicandi, miracula faciendo, & id genus gratiæ alia, quæ tam sunt bona, quam bene quis vitetur illis.

Iam verò quū dicit angelus, Mariam esse gratia plena, vult eam non modo abundantē habere gratiam,

gratia

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 286
gratum facientem, sed & gratis datam gratiam. Et quomodo nō possit ipsa omnis esse gratiæ plena, quæ mater gratiæ, ipsum fontem omnis gratiæ habuit, & aeterna & largitorem totius gratiæ suo virginali portauit vtero, et huic mundo protulit, per quem facta est gratia & veritas, per quem ipsa non solum habuit omnem gratiam, sed & aliis impetrat, quum de ipius gratiæ plenitudine post filium eius accipiamus omnes gratiam, quam ipsa mater gratiæ in filios suos liberaliter distribuat. Hinc ecclesia non immerito precatur, Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

Ioan. 13

Et quid multa! Nonne plena gratiæ fuit Maria, quæ tantæ fuit ex vtero puritatis, vt nullam peccati vñq;, nec originalis, nec venialis, nec mortalís, maculam senserit aut contraxerit? Nonne plena fuit gratiæ, quæ spiritu sancto fecundata, verum deum deiq; filium, eundemq; verum hominem, castis concepit veliceribus, & seruato virginitatis honore, huic mundo saluatorem edidit? Nonne fuit gratiæ plena virgo Maria, q; transacto huius vita decursu, adsumpta in coelum super oēs choros angelorum et ordines sanctorū fuerit, glorificato corpore & anima, qualis gratia nulli adhuc contigit, præter q; Marī & eius filio, quæ merito singulariter est ac dicitur plena gratia, quia gratiam apud deum inuenit.

Quo pacto dominus fit ac fuerit cum virgini Maria. Cap. XXII.

DOMINVS TECVM. Hæc est secunda dignitatis & excel lentiae Marī cōmendatio, qua cōmendatur ab angelo salutate, quoniā cum ea sit dñs. Atq; licet olim quoq; Gedeon ita fuerit ab angelo salutatus, & cum ipso dñs esse dictus, non tamen ita fuit cum Gedeone domi nus, vti cum Maria, quæ nō Israelis solum, sed toti mūndo edidit saluatorem: et quæ non de manu Madian, sed de potestate satanæ asseruit genus omne mortalium.

Adde, q; hæc clausula, Dominus tecum, nō tam salutationis est forma, q; clausulæ præcedentis, Gratia plena, confirmatio, quasq; majoris laudis & dignitatis com menda,

Act. 6

a.Cor. 13

Cant. 4

b.Cor. 11

Mat. 7

Ioan. 11

Nu. 24

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

mentatio, qua sibi singulariter angelus vti cœlestis legatus, benevolentia recōciliat, dicens: Dominus tecum, Q.d. O Maria, salve, lætare et gaude, quoniam non solum singulari dei dono ab omni muliebri vze & maledictio ne exempta es, sed & ita gratiam inuenisti apud dominum, vt plena sis gratia singulariter, quia dominus totius gratiae fons et autor, tecum tanto singularius est, quanto gratiosior es ipsa, qui paulo post tecum erit in utero tuo, qui modò tecum est in animo, ventrem adimpletrus, qui tuā nunc mentem adimplet longe mundissimā.

Ad pleniorē tamē intellectum huius clausulæ, scitu dignū duxerim, dominū deum varie esse cum homine.

Primo, cum homine deus est per essentiam, potentiam et præsentiam; quo sane modo fuit etiam cum glorioissima virginē Maria, quū sic in omnibus sit creaturis, etiā inanimis, quia proflus vbiq̄ tam in cœlis & in terris & inferis, iuxta prophetā dicentē: Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiā? Si adscēdero in cœlum, tu illuc es; si descendero ad infernum, ades. Si sum ploser pennas meas diluculo, et habitauerō in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Psal. 138

Atq̄ sane vñq̄ adeo dominus hoc pacto cum creaturis est omnibus, vt earum etiam omnium habeat curā. Mat. 10 ipso aliás dicente: Nōne duo passerē aſte vñneunt, & vñus ex illis nō cadet super terrā sine patre vestro? Vestrī autem & capilli capitū omnes numerati sunt. Noli te ergo timere. multis passeribus meliores es tu.

Ioan. 14

Secundò dominus est cum homine per gratiæ inhabitationem; quo pacto pariter fuit cum glorioſa virginē, quoniam sic est cum omnibus iustis et piis hominibus, quorū corda vt cœlestis hospes inhabitat, & donis suorum charismatū illustrat. Ita dicit aliás ipse: Si quis diligat me, sermonē meum seruabit: & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, et mansio apud eum facies. Ita fuit olim cum Mose, ad quē à Pharaonis facie formidantē, dixit: Vade, Ego ero tecū. Ita fuit olim cum Exo.: Hieremia, ad quē dixit: Ne formides à facie eortū, quia ego tecum sum. Ita quoq; fuit cum Paulo, de seipso dicens:

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 287
cete: Abundantius illis omnibus laborau. nō ego aut, 1. Cor. 3 sed gratia dei mecum. Quo quidem pacto nō potuit do minus non fuisse cum sanctissima virgine, quę sic apud Luc. 1 cum inuenierat gratiam, vt plena diceretur ac esset gratia: & quō fuit ipsa plenior gratia, eō consistentia des cum ea fuit singularior atq; præclarior.

Primò aut̄ dominus singularē suā cum diua virginē præsentiam, in hoc testatus est, quod ab initio suæ benedictæ conceptionis semper cum ea fuerit, neq; discesserit vñq ab ea, quia nunq̄ declinauerit ad deuia peccati, de se dicens per ecclesiam: Dñs possedit me ab initio viarū suarū, anteq̄ quicq̄ faceret a principio, ab aeterno Prou. 8 ordinata sum, & ex antiquis anteq̄ terra fieret. Non ita dominus semper est cū aliis eius recte viuētibus, à quib; bus discedit, vbi prolabūtur in peccatū: quādoquidem longe à peccatoribus salus. Hinc propheta precabatur.

dices: Ne derelinquas me dñe deus meus, ne discesseris a me. Et rursus: Cor mūdū crea in me deus &c. Ne proicias me à facie tua, et spiritu sanctū tuū ne auferas a me. Secundò, in hoc testatus est dominus suā singularē præsentiam cum glorioſa virginē, quoniam non modo cum ea sola fuerit, sed & per eam cœperit esse nobis, cum, quos dereliquerat. Genuit enim nobis ipsa mundi salvatōrē, cuius nomē est Emanuel, quod est, Nobiscū Esa. 7 deus: quia per admirabile incarnationis mysteriū in ea Mat. 1 cōpletum, deus nobiscū cœpit esse per naturæ cōmuniōnē et recōciliationē, quēadmodum dicit propheta: De Psal. 45 us virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob.

Insuper ipse dominus suam singularē præsentiam cum Maria, testatus est in hoc, q̄ nō solum, vt dictum est, per potentiam & gratiam, sed & natura fuerit cum ea, scut naturalis filius, vt qui vere de sanctissimo eius sanguine factus est homo, caroq; verbū. Singulari pro. Ioan. 8 inde modo salutans angelus, dixit ad Mariam: Dominus tecum, quia tam singulariter fuerit cum ea.

Et nisi cum ea singulariter fuisset, quomodo potuisset puella adhuc tenera, tam fortis esse animi, vt prima omnia continentiam perpetuam voueret & seruaret, di-

cens:

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Luc. 11 cens: Quomodo fiet istud , quia virum non cognosco & quum virginitas sit donum & verbum , quod non omnes capiunt, vñq adeo positum à deo in arbitrio, vt Paulus haud dubitauerit dicere , se non habere praeceptum de virginibus, & melius esse nubere q̄ viri.

Luc. 12 Et nisi cum ea singulariter fuisset dominus, quomodo potuisset tantę esse fidei, vt prius mente dominum q̄ carne conciperet, dicens: Ecce ancilla domini, Fiat mihi secundum verbum tuum? nempe credens, quod à Iesu lo nunquam fuerat auditum, vtpore, q̄ ex se virgine circa virile semen deus nasceretur homo.

Ibidem In quo longe praestitit Zacharia, qui non censuit esse possibile, vt sibi filius ex sterili muliere nasceretur, p̄ ten propterea signum.

Ioan. 19 Et nisi dñs cū ea singulariter fuisset, quomodo potuisse tantę mentis esse fortitudinis, vt vel sola steterit inter inimicos inermis iuxta crucem intrepide, quum discipuli, qui erant viri, defecerint & aufugerint omnes scandalizati? In quo quidem casu praestitit ipsa etiam virgo Maria Petro, quantumvis animo & forti, ad quem dominus dixerat: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Qui & dicebat deinde, se non scandalizatum iri in domino, etiam si ceteri omnes scandalizarentur.

Esa. 11 Vere igitur dixit angelus ad ipsam, dominus tecum, scilicet singulariter, quum ipsa alioqui non potuisset ex se tantum habere virium, cum qua dominus fecit potentiam in brachio suo, vñq adeo, vt ipsa recte creditur esse virga Iessaea, quæ vt acies castrorum ordinata, sic terribilis cacodæmoni serpentisq̄ antiquo, cuius ipsa capit & potestatem contrivit per semen, id est, per filium suum & dominum Iesum Christum, qui singulariter semperq̄ cum ea fuit.

Quomodo virgo Maria sit ac fuerit non solum inter mulieres, sed & inter omnes creaturas benedicta. Cap. XXIII.

BENEDICTA TV IN MULIERIBVS. Tertia est glorioissima virginis Mariæ dignitatis & excellentiae commendatio.

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 288

mendatio, quę illi non solum ex dei commissione datur ab archangelo, qui salutat eam, sed & virtute spiritus sancti ab ipsa sanctissima Elizabetha, quę Mariam visitantem resalutans, ait: Benedic̄ta tu inter mulieres, vt ostenderetur, virginem Mariam merito benedictam esse in mulieribus, quę veneranda est & angelis, in dō nedum angelis & hominibus veneranda, sed & omnibus formis praferenda, in dō vt & oīs creature mirādo agnosceret ac attestaretur, eam esse benedictam & exaltatam super omnem creaturam tam coelestem q̄ terrestrem.

Porrò vt hęc benedictionis clausula paulo rectius accipiatur, sciendum erit, benedicere hoc loco nō aliud esse, q̄, deum alicui homini suam diuinam gratiam infundere, sua beneficia conferre, aeterna p̄missa promittere. Sicut enim ros coelestis herbas germinare facit et vire re, sic diuina gratia anima facit in praesentia per fructus bonorum operum germinare, & fructificare per gloriam in futuro. Sic de viro iusto dicit propheta: Hic accepit benedictionem a domino, & misericordia a deo salutari suo. Sic angelus ad Mariam salutando dicit: Benedicta tu in mulieribꝫ. Q.d. O virgo Maria, salve, gaudie & lērare, vel ideo, quoniam tu bñdicta es nō solū inter oīs mulieres, sed et inter bñdictas maiori bñdictioē in signis: quoniam tantam tibi deus gratiam misericordia & beneficentiam contulit, quantam nulli vñq mulieri.

Id quod verum est. Nam et si benedictę sint ab homine Iahel et Judith inter mulieres, illa, quia Sisaram: iuc. quia Holophernem occidit: & illa, quoniam casta confunx Aber: hęc vero, quia casta fuerit per dei gratiam vidua: longe ramen magis benedicta est virgo Maria, quę non hominem tyrannum vicit, sed principem huius mundi, principem tenebrarum, cui potestas est aetatis caliginosi, diabolum, iuxta dominum ad ipsum de virginē Marię loquentem: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius. ipsa contereret caput tuum.

Insuper ipsa glorioissima virgo Maria non vnius. sed vtriusque status, vtpore coniugij et viduitatis excellentis.

Luc. 8

Psal. 48

Judie. 5
Judith. 15

Ephe. 2. 8

Gen. 5

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Cor. 7 Ientissime sibi meritum vendicat, sed non modò duros statum, coniugij videlicet & viduitatis, sed & iis duobus præcellentioris status virginitatis: quæ quicquid est boni, quicquid est meriti in triplici statu abundantissime habet: quicquid mali sive imperfectionis staribus iis inest, nesciuit.

Virginitas magnū meritum habet carnis integratæ tem, sed imperfectior est statu cōiugij, quia prole caret. **Libertas** sui, cōditionem viduitatis cōmendat, sed solis tuto confortij deprimit, extenuatq. In cōiugio bonum est prolis foecunditas, defectio verò, carnis est corruptio.

Magis itaq; virgo Maria benedicta est, non solum Iahele & Juditha, sed & omnibus mulieribus & virginibus & coniugib; & viduis, quarum ipsa decus est & gloria singularum & vniuersarum, quia virgo fuit perpetua & quidem secunda, vidua fuit sine solitudine, coniugata & incorrupta, quum aliæ gloria duntaxat fuerint in suo statu, nec quidem sine defectu.

Nōne, quæso, merito predicatur virgo Maria bene dicta præ cæteris omnibus mulieribus, quæ nulli fuit vñq; maledictioni obnoxia, velut alia mulieres? Siquidem omnis mulier subiacet maledictioni vel dei vel legis. Corrupta quidem, maledictioni dei, dicentis: In dolore partus. Virgo, maledictioni legis, dicentis: Maledicta sterilis in Israël. Ipsa verò benedictissima virgo Maria, vtruncq; maledictum vitauit: Dei, quia virgo peperit: legis, quia filium habuit.

Est proinde virgo Maria super omnes mulieres benedicta, quæ maledictum Euæ nō sensit, vt cæteræ mulieres, sed totā illius maledictionē abstulit, et toti mundo attulit benedictionē, que & propterea super oēs viros post filium est benedicta, quoniam vniuerso generi humano benedictionis gratiā meruit. Ad quā proinde nō im merito cōclamat ecclesia catholica, dicēs: Multæ filiæ cōgregauerūt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Quæ & propterea de seipso præ gaudio suę à deo benedictionis, ait: Ecce enim ex hoc beatā me dicēt, oēs generationes.

Absit igitur, chariflumi, vt cum perfidis Mariæ ma stigis,

Gen. 1
Exo. 23
Deu. 7

Pro. 31

Luc. 1

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 289
stigibus, tam gloriose & superbene dictæ virginis sumus ingrati, propter redēptionem nobis per illam, vt instrumentum, exhibitam, ei vel atillum derrogantes, quæ omni laude est dignissima, teste catholica ecclesia: cui magis quam cunctis à condito mundo schismatis & hæreticis est adhibenda fides, quum sit columna & firmamentum veritatis.

i. Tim. 3
Quomodo dominus Iesus, fructus ventris
Mariæ sit ac fuerit & benedictus.

Caput X XIII.

Et benedictus fructus ventris tui.

A Vdiuimus ex ordine tres singulares, adeoq; maximas summæ dignitatib; et excellētib; virginis Mariæ cōmendationes, nēpe quia gratiæ plena sit, & cū ea dominus, et super oēs mulieres singulariter benedicta quas ex dei Opt. Max. cōmissione Gabriel archāgelus eī de celo tulit ac tribuit, quarūnūc ecclesia per verba sanctissimæ Elisabethæ, spiritu sancto replete, reddit rationem, dicens: Et benedictus fructus ventris tui.

Non enim hæc verba dixit angelus, sed Elisabetha **Luc. 1**, spiritus sancti suggestu protulit, quæ catholica ecclesia recte superaddit, per ea rationem reddens, quorū usque adeo sit gratiæ plena, & super omnes mulieres insigniter benedicta, quoniam Iesus Christus fructus ventris ipsius, sit benedictus.

Etsi enīm vocula, Et, esse fortasse possit hac etiā parte cōunctionis particula græca per inuersionē τι cōsona, quæ copulat dictionē dictioni et sensum sensu, quasi cārenula, tamē rectius duxerim eā hoc loco habēdam pro cōjunctione causalib; vel rationalib;, utpote quæ reddat diciti præcedentis rationem & causam, vt valeat idem, quod valet, Quia, Quoniam, & id genus aliud. Quo in sensu non solum prophani scriptores vñ sunt, sed & sacri et ecclesiastici. Siquidem Vergilius cecinīt: Audieras, & fama fuit, id est, quia fama fuit. Et Quintilianus Primum puer conabitur imitando verba effingere, & natura tenacissimi sumus eorum, quæ mollibus animis percipimus, id est, quia natura sumus &c. Sic orat La

OO tinus

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Psal.50

tinus interpres versum in psalmo Dauidis: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Quare & id est, Quia in peccatis concepit me mater mea. Sic & alias.

Dic igitur Elizabeta spiritu sancto acta, Quare Maria virgo super oes est mulieres benedicta? Respoderet. Et, quia Iesus Christus (quam clausula adiecit ecclesia, p declaratione fructus Mariani ventris) fructus ventris ipsius est benedictus. i. gratiis plenus et propterea laudatus, gloriosus et inclytus, de quo quidem benedicto fructu, Iesu Christo, loquutus est ipse deus ad regem David, promittens ei Christum ex stirpe eius nasciturum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. De quo deinde rex ipse David vaticinatus est, inquiens: Benedictus qui venit in nomine domini, deus dominus et luxuit nobis. Quod deinde repetivit gens Hebreorum, clamans de eo: Benedictus qui venit in nomine domini. Certe qui venit in nomine et voluntate domini, scilicet patris, non alius est quam Iesus Christus, fructus benedictus ventris Mariæ, quia filius ipsius secundum humanitatem naturalis, sicut est filius secundum diuinitatem dei patris naturalis, nimis deus & homo verus. Qui propterea bisfarum benedictus est. i. propter gratiarum omnium abundantiam gloriosus & inclytus.

Primo quidem, quia verus homo, benedictus est abundantia benedictione omnis gratiae, quippe plenus dono omnium charismatum, cui, prout euangelista testatur, deus pater dedit spiritum non ad mensuram, sicut aliis hominibus, quippe plenitatem gratiae mox ab instanti conceptionis habuit, qui et propterea puer adhuc quadraginta dies natus, appellatus est ab euangelista plenus gratia.

Secundo, benedictus, quia deus, plenitudine benedictionis totius gratiae & gloriae, secundum quam est ipse, Paulo teste, benedictus super omnia deus in secula, benedictione omnis gloriae & gratiae.

Est autem hic benedictus fructus ventris Mariæ, omnino oppositus & contrarius fructui arboris veritatem in paradyso, quem primi parentes, male suadenti cacoemoni creduli maducarunt. Quandoquidem fructus iste maledictionem toti mundo et mortem intulit, hic vero fructus

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 290

fructus ita nobis adferit benedictionem, vt maducantibus adferat vitam aeternam, de se dicens: Qui maducat me, viuet propter me. Tanta est igitur plenitudo benedictionis huiusc fructus ventris Mariæ, vt ab eius ple-

Ioan.6

nitudine nos omnes accipiamus, utpote qui non solum in se habuit omnis benedictionis plenitudinem, sed &

Ioan.3

benedictionem amplissimam in omnes homines transfundit, vt fons suos riuulos, & ex ipso in totum genus humani, immo & in sua matrem benedictam aeternam benedictionis munus processit, quemadmodum longe antea de

Psal.72

ipso predixit propheta: Et benedicetur, inquietus, in ipso oes tribus et cognationes terrae, omnes gentes magnis

Ges.22

scabunt eum. Id quod, & deus pater olim promiserat Abrahæ, prædicens: In semine tuo benedicentur oes tri-

Matt.1

bus et cognationes terræ. Sed quis semen illud Abrahæ, nisi Iesus Christus benedictus fructus ventris Mariæ, per quam ille descendit ex stirpe Abrahæ? Quod ipsa virgo Maria spiritu sancto confirmavit completum esse in fructu suo benedicto Christo Iesu, inquiens: Domini

Luc.3

nous recordatus est misericordia sue, Sicut loquutus est ad patres nostros Abrahæ et semini eius. Quod etiam

Ibidem

confirmavit Zacharias, ex spiritu sancto predicens: Ius

Gala.3

surandum quod iuravit ad Abrahæ patrem nostrum, daturum se nobis. Quod fuit dei patris ius surandum, quod Abrahæ fecit: Nimisque omnes gentes essent recepturi benedi-

ctionem in semine ipsius Abrahæ, quod erat Iesus Christus, benedictus fructus ventris Mariæ, Paulo manifeste sic interpretata, quum ait: Non dicit feminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, Et feminis tuo, qui est Christus.

Psal.20

Est igitur & virgo Maria, propterea super oes mulieres, immo super uniuersas creaturas, mirabiliter benedicta, quoniam Iesus Christus fructus sui ventris, est ineffabiliter benedictus; non ipse benedictus, quoniam ipsa sit benedicta sed

Gene.3

quia fructus ipsius est preuenit in benedictionibus dulcedinis, proinde benedicta est ipsa. Atque ideo benedicta est arbor, quia benedictus est fructus arboris, que est Maria, cuius ventris generosus fructus est ipse Iesus Christus benedictus in secula, a quo venit quicquid in se habuit

OO a

vira

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

Virgo Maria benedictionis & gloriae. Primo proinde errant ut impij haeretici, qui negant tantopere laudam & benedicendam virginem Mariam, quia consteretur eius laudem & benedictionem referri in fructum ventris sui, propter quem ipsa est laudabilis & benedicta: qua laudata, vere praecepit laudatur eius fructus benedictus Iesus Christus: cui detrahitur quicquid honoris de trahitur eius arbori, Marie virginis mari. Secundo errant impie haeretici, negantes Christum esse verum hominem, utpote eiusdem cura Maria, quae certe homo fuit, esse naturam, qui plus quam certo liqueat, fructum eiusdem esse cum planta & arbore, naturam. Tertio, dicentes Christum habuisse corpus phantasticum, quoniam verus ipse fuerit partus matris Marie, quoniam fructus ipse procedat ex vera substantia arboris. Quartio dicentes ipsum non incarnatum in ventre virginis Marie, sed eum per ipsam transisse quasi per aqueductum, quoniam audimus, quia sit fructus ventris. inde non aliter conceptus et natus de spiritu sancto, quam fructus in substantia arboris conceptus & nascitur. Quinto errant plus quam impie cum Iudeis, qui dicunt ipsum conceptum ex semine Joseph, & ex Maria virginitate Iesu proditum, quoniam Elisabetha per spiritum sanctum edo facta, dicit cum Christum, esse benedictum fructum ventris: quoniam sicut fructus arboris ex ipsa arboris substantia formatur & producitur, sine villa tamquam abbris fractione, disruptione aut diuulsione, ita Iesus benedictus, verus deus & homo, humanam carnem vere sumpsit ex substantia sanctissime sue matris Marie, citramen ipsius virginitatis lassitudinem & corruptionem, ut quae iuxta figuram portet Ezechielis, ante partum, in parte, & post partum virgo permaneat inviolata.

Ezec. 44

Mat. 1

Cuius proinde, non Joseph, Christus Iesus est fructus adseritur ab ipsa Elisabetta. Quod & Matthaeus insinuans, & describens Iesu Christi genealogiam, dicit: Jacob autem genuit Joseph, virum Mariam, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. planè monstrans Iesum de nullius viri semine esse conceptum, nec alicuius viri substantialem filium et fructum, nisi solius virginis Mariæ, quoniam

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 293
quum aliqui, qui semen sumperunt ex patribus, eorum patrum fructus existunt & dicuntur. ipse vero Iesus Christus fructus duntaxat benedictus virginis Marie, qui solus matrem in terra, non autem patrem, & solus in celo patrem, non autem matrem habet.

De sanctitate ac significatione nominum, Iesus, & Christus. Cap. XXV.

Iesus Christus. Duo sunt nomina omnium longe propter significationem & virtutem eorum sanctissima, dignissima & fortissima, & ab ipsa ecclesia quoque salutatio angelica vel ideo recte subiuncta, quoniam declarant predicationem sententiam, & explicant, quoniam sit ille fructus benedictus virginis ventris, nimirum Iesus Christus. Sane tam sanctum, tamque terribile reuerendum est hoc Iesus, nostrum saluatoris nomen proprium, ut in eo fleatur omne genu coelestium, terrestrium & infernorum, quod proximum omnium nominavit os domini quasi plane nouum, de celo detulit angelus, virginis Marie insinuavit, circumcidentes imposuerunt: in quo vel solo fieri nos oportet saluos. Id quod ipsum nomen sua significatione arguit, quoniam Iesus tantundem est, quod saluator: quoniam ipse non unius tantum populi vel nationis, ut olim Moyses & Iosue & Joseph, suo aduentu, sed totius humani generis, nec quidem temporariu[m] & corporalem, sed exter, nam, coelestem & spiritualem salutem adduxit, iuxta predictionem angeli, ad Joseph virum Mariam, dicentis: Paries autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Id quod complectu[m] est in nativitate Iesu, dicens angelo ad pastores: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Est autem Christus, nostri saluatoris commune nomen, & nomen in ipso completi sacramenti, sicut propriu[m] ipsius nomen est & gratiae Iesus. Et sane quantum discriminis est inter gratiam & gloriam, tantum est differentia inter Christus et Iesus. Et sicut hic per gratiam baptismalem dicimur a Christo Christiani, ita dicemur ipsis cocedente, a Iesu in coelesti gloria Iesuitæ, id est saluatoris

OO 3 re

Phil. 2
Esa. 43

Luc. 2
Luc. 2
Act. 3

Exo. 14
Iosue. 4
Gene. 48

Mat. 1

Luc. 2

Act. 11

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.

re saluati. Valet aut̄ Christus Græcē tantūdem atq; vna
cōs Latine, & Hebraice Messias dicitur. Quo quidem
nomine designatur ipse dñs noster Iesus esse verus Mes-
sias, in lēge & prophetis longe antea promissus, q̄ veni-
ret ad m̄tūdī redēptionē, Christus verō recte dici cōp-
tus, quoniā fūerit vnc̄tus oleo spirituali, sc̄. charismatib⁹.

Pſal. 44 spiritus sancti p̄z cōsortibus ipsius, nō aliter atq; verus
Dani. 9 idemq; cōelestis rex & sacerdos in æternū, qualis certe
Pſal. 109 a. Re. 11 est sicut in veteri lēge pontifices & reges iuncti fuerūt
a. Re. 12 oleo materiali, in sua institutione & consecratione.

Quapropter pleriq; semper nomini Iesu subiungi-
Luc. 2 tur & additur Christus. cū enim angelus dixisset, Quia
Mar. 27 natus est vobis hodie saluator, subiunxit, qui est Chris-
Mar. 15 t̄s dñs. Ita Pilatus dicebat: Quem vultis dimittam vo-
Luc. 23 bis? Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus? ad diffe-
rentiā eorum, qui vocati sunt olim singulariter Iesus,
qui tamen Christi, hoc est, vnc̄t reges, pontifices et Mes-
siae non fuerunt, vti est dominus nolter Iesus, fructus be-
neditus ventris Mariæ, &c.

De significato & efficacia vociū Amen.

Cap. XXVI. Amen.

Hec dictio bifariā accipitur, quū Hebraica sit par-
tis aduerbi. Vno quidem modo particula est ad-
firmandi, idemq; valet propemodum, quod vere, certe,
profecto, qua solemus, quod diximus, quasi iuramento
quodam cōfirmare. Quā in significatione sapenumero
vtitur ipse dñs, quū quid omnino notatu necessariū di-
cit, ac ipsum prorsus esse verū cōfirmat, dicens: Amē di-
to vobis, quoniā cōlum & terrā &c. Ad hanc sane sig-
nificationē ad finē salutationis angelicē subiungi potest
secundum eos, qui volunt ipsam nō esse orationē, sed sim-
pliē laudationē virginis Mariæ, vt sit sensus: Benedi-
cta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui
Iesus Christus, Amen. Hoc est, certe ita est: quādoqui-
dem haec ipsa dictio secundum hanc significationē adfir-
mat totum, quod cōtentum sit in ipsa salutatione ange-
lica, esse verum. Secundo aut̄ modo, Amen particula
est optationis, tantundemq; valet atq; fiat; in qua qui-
dam

DE CATH. ECCL. ORAT. LIB. V. 298

item significatione nos vti oportet hac ipsa vociū, secū-
dum Paulum in fine orationū, q̄ per eam optamus ex
animo nobis concedi fieriq; , quod orauimus & petiuī-
mus in ipsiis orationib⁹ nostris. Ita quoq; Christus v̄lus Mat. 6
est hac particula lectūdūm hanc significationē in oratio-
ne sua dominica, nobisq; sic vtrūdū voluit in fine no-
strarum orationū. Reliquerūt aut̄ interpres hanc di-
ctiunculam in Hebreo, nec eam transtulerunt in Græ-
cum nec in Latinū idioma, ob reuerentia salvatoris, qui
sapenumero v̄lus est ea ad cōfirmandam veritatem, &
ad oprandū nobis ea, quē volumus & petimus nomi-
ne ipsius a patre. Habet aut̄ hēc vociū triplicē efficaciā

Prima est, q̄ orationē non secus atq; sigillum scriptu-
ram, claudit. Secunda, q̄ intentionem recolligit, quū
enim dicitur, Amen, intentionem summatim fertur super
omnia præcedentia: & si aliquid ex fragilitate humana
per distractionē mentis in oratione absq; actuali inten-
tionē pertransitum fuerit, ad id intentione reddit, dicendo,
Amen. Tertia, quod imperat exauditionē, quū sit sig-
num & nota exauditionis, quando per ipsum omnino
optet homo fieri a deo quod peritum est: per quod &
Christus pleriq; cōtulit, quod ab ipso petitiū est, dicens:
Fiat sicut petisti, sicut vis, sicut credidisti. Est proinde
magnificum sane & efficacissimū verbum, Amē, id est,
Fiat, per quod in principio in verbo coæterno pater
æternus creauit omnia, dicens: Et facta sunt. Quo eriam-
num verbo deus ipse omnipotēs nos omnino perditos
reparauit, dicente illa sanctissimā reparatrice nostra, virgi-
ne, inquam, gloriofissima Maria, ad angelum: Fiat mihi
secundum verbum tuū. Quo propterea verbo recte
concludemus mirabilem hanc salutationē, illi ab ange-
lo factam, & quotidie ab ecclēsia fieri solitam, dicentes:
Amen, nō modo quia per ipsum confirmamus esse ve-
rum, quicquid inibi laudis gloriose illi virginī dedi-
mus, sed & quia per optamus fieri verum & nobis indu-
bitato conferri, quod per mentis eleuationem desidera-
mus, nobis videlicet misericorditer gratiōseq; commu-
nicari salutem, quam nobis Iesus Christus fructus ille
bene-

Cor. 13
Neem. 8
Esd. 9
Luc. 24

Mat. 8
Mat. 15

Gene. 1
Pſal. 32
Pſal. 148
Luc. 8

FRID. NAV. IN CATH. CATEC.
benedictus ventris Mariæ, sua humanitate, quam Gas
briel illi in eiusmodi sua salutatione annunciat ex ea
futuram, impetravit & acquisivit, ne nostris illam pec-
catis frustra exhibaram & amissam sentiamus.

Siquidem oratio non solum est expressa necessario-
rum petatio, sed & sola quandoq; mentis ad deum ele-
uatio, sed & ascensio mentis ipsius ad deum per
pium & humilem affectum, in qua non
est opus quibuscumq; verbis, vt in-
struatur deus, qui nouit, quo

Mat. 6. nobis opus est, anteq; pe-
timus, vti paulo fu-
sus hanc rem
prosequim
si sumus in præfa-
tione huius
Apolos
giz.

E N I S.